


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.


+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Digitized by Google



Digitized by Google

L 2/

3048 e 62.

Digitized by Google

H. A. H. to R. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HENRICI HOOGEVEEN

DOCTRINA PARTICULARUM

LINGUÆ GRÆCÆ

IN EPITOMEN REDEGIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

Glasguae:


Excudebat Andreas Duncan, Academiæ Typographus,

VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY,

LONDINI.

1813.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRÆFATIO.

HOOGEVEENIANI operis de Particulis linguæ græcæ Epitomen a me Jenæ a. cIↃIↃCCLXXXII. curatam, quum etiamnum a studiosis expeti viderem, divenditis superioris editionis exemplis, denuo sic recensui, ut animadversiones olim adjectas et ab Hoogeveeno singulari libello, qui nuper demum amici beneficio in manus meas pervenit, sub examen vocatas, aut firmarem, aut, ubi opus esset, corrigerem. Eas partim in ipso textu uncis [ ] inclusas posui, partim in appendicem, quæ nunc demum accessit, conjeci. Et quum Hoogeveenus quam plurima exempla ex Platone attulisset, ubique addidi tomorum et paginarum editionis Bipontinæ numeros, quum hanc editionem in multorum studiosorum manibus versari scirem. Accessit ex præfatione Hoogeveeni utilis locus, quo universe de particularum græcæ linguæ origine et natura disputavit, ac recte eas unquam mere

Digitized by Google

expletivas esse negavit. Ceterum typorum forma mutata, recisisque nonnullis, quæ pro hujus epitomes consilio melius aberant, effeci, ut hæc editio, quamvis alias superiore auctior, in brevius tamen corpusculum contraheretur. Halæ in Fridericiana Regia d. IX. April. cIↄIↄcccvI.

CHR. GODOFR. SCHÜTZ.

Digitized by Google

HENR. HOOGEVEENI

DE

PARTICULARUM LINGUÆ GRÆCÆ

UNIVERSA INDOLE

ET

VI DISSERTATIO,

EX PRÆFATIONE

MAJORIS OPERIS EXCERPTA.



PRIMAM, ut reliquarum, ita Græcæ quoque linguæ originem fuisse simplicissimam, ipsa natura ac ratio docent, primosque ὀνομαθέτας nomina, quibus res, et verba, quibus actiones exprimerent, non vero particulas instituisse probabile est. Certe quum ex nominibus et verbis integra constet oratio, quorum hæc actiones et affectiones, illa personas agentes et patientes indicant: jure quæritur, an primæva lingua habuerit particulas. Non utique necessariam, rem exprimendi, vim habere videntur, sed adscititiam quandam, et sententias per nomina et verba expressas variandi, stabiliendi, infirmandi, negandi, copulandi, disjungendi, imminuendi, affirmandi, limitandi, multisque modis afficiendi: ipsæ vero, quatenus particulæ, per se solæ spectatæ nihil significant; quid enim est γὰρ, τοὶ, γὲ, καὶ, εἰ, ἂν, ἄρα, ὅτι et reliquæ adversantes, confirmantes, ratiocinantes, si nihil addatur, quod confirment, adversando aut ratiocinando infringant vel stabiliant? Natura, inquam, ipsa docet, particulis antiquiora esse nomina et verba, quia, observato rerum ordine, necesse est res et actiones prius fuisse natas et expressas quam particulas, quæ has vel conjungunt, vel disjungunt; priora sunt jungenda jungentibus, firmanda firmantibus, limitanda limitantibus et sic deinceps. Neque mea hæc, neque nova est de particularum minus antiqua origine opinio; suffragantem habeo Plutarchum ad illam quæstionem, quæ inter Platonicas postrema est, *Cur Plato dixerit orationem ex nominibus et verbis misceri?* Ubi ait, *probabile esse, homines ab initio particularum orationem distinguentium eguisse.* Hinc non admodum est obscurum, quæ res primam particulis originem præbuerit. Illa enim nomina et verba, quæ antiquissimi una cum ipsorum regimine

mediæ orationi inseruerunt, sequens ætas, brevitati studens, neglecto regimine, sivè mutilata structura, clanculum tamen intellecta, nuda reliquerunt, et parte sui destituta, tanquam vestigia læsæ sententiæ. Ita intelligo Ciceronem, qui in lingua Romana idem innuere videtur libr. de Orat. III. c. 51. * *Itaque illi veteres*, inquit, *sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum, et quasi orbem verborum conficere non possent, —terna aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant, qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, et æqualibus interspirationibus uterentur.* Ita revera ipsæ particulæ olim fuerunt vel nomina, vel verba.—E. G. Dixerunt: Σωκράτης ἐφιλοσόφει. Πλάτων τὰ φιλοσοφούμενα ἔγραψεν. Habemus duo effata, inter se diversa, quam diversitatem, quæ per se satis est perspicua, si tamen exprimere vellent, dixissent: Σωκράτης ἐφιλοσόφει. ἄλλο vel ἄλλα λέξω. Πλάτων τὰ φιλοσοφούμενα ἔγραψεν. Habemus nomen ἄλλο, et verbum λέξω, perfectam sententiam reddunt constructa ἄλλο vel ἄλλα λέξω. Et sic vetustissimos fuisse loquutos patet ex Homero Il. E. v. 259. ubi ἄλλο δέ τοι ἐρέω circumscribit vim particulæ ἀλλά. Sed qui sequuti sunt, brevitatis gratia illud λεξω neglexerunt, remanente ἄλλο vel ἄλλα, sententiam perfectam non absolvente: quæ ellipsis ubi semel constanti usu firmata fuit, illud ἄλλα, diversitatem notans, suffecit, et mutato accentus loco facta particula est.—Statuamus ergo, particulas in sua infantia fuisse vel verba, vel nomina, vel ex nominibus formata adverbia; id quod perspicuum est in ἀμέλει, ἄγε, φέρε, ἀλλὰ, τοὶ, νὺ, ἄτε, ὅτι, ὅπως, ὡς; probabile in ἄρα, fortasse etiam in μὲν et δέ. Sic τάχα, ut hoc addam, proprie *celeriter* apud antiquissimos, postea naturam particulæ sortitum, cœpit notare *fortasse* post Homeri tempora; nam veteres contendisse, hanc vocem apud illum poëtam nunquam occurrere, nisi in priori significatione, testis est Eustathius ad Homer. p. 86. l. 30. ed. Rom. et p. 1415. l. 4. Aliæ quoque magis, aliæ minus perspicua servant antiquorum et obsoletorum nominum vestigia, quales sunt accusativi ἵνα, πάλιν, πλὴν, πρίν. Quod si de multis hoc probari possit, similem reliquarum originem fuisse, non facile, opinor, quisquam negabit. Quin etiam supersunt adhuc nomina et verba usitata, quæ tamen ita absolute orationi, constructionis expertia inseruntur, ut naturam particularum induisse manifesto liqueat; qualia sunt τὶ, φέρε, ἴθι, ἄγε, εἰπέ.

Dicamus ergo, particulam esse voculam ex nomine vel verbo ortam, quæ sententiæ addita, aliquam ipsi passionem affert, et orationi adminiculo est, et officiosa ministra. Ministram voco, quia orationi non inserta, sed per se posita et solitaria, nihil

* At Cicero h. l. non de particulis, sed de numero oratorio per brevia incisa quæsito loquitur. *S.*

Digitized by Google

significat. Quid enim est ἀλλὰ, nisi diversa ponantur, cujus diversitatis sit index? Quid facit μῶν solitarium? sed sententiæ præfixa, quæ sine ipsa foret affirmativa, eam inflectit, ut interrogatio formetur. Multum enim interest, utrum quis dicat: Ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφόν, an μῶν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφόν; Alterum est accusantis, alterum inquirentis judicis. Quid ἂν notat per se? Sed verbo additum, ei adimit actum. Qui enim dicit: ἔστειλεν ἄγγελον ὁ δεῖνα; significat, illum misisse nuntium; qui vero ἔστειλεν ἂν dicit, misisse negat verius quam affirmat. Contra dixerit: ἔστειλε δὴ, confirmat missi nuncii veritatem. Dixerit idem ἦ μὴν ἔστειλε, misisse illum jurat. Quamvis itaque particulæ per se sine nominibus aut verbis spectatæ nihil significent, orationi tamen insertæ maximum præbent usum. Nam, quemadmodum non perinde est, quo vultu, gestu, vocis ductu aliquid proferatur; ita particulæ similem ac majorem usum præstantes orationi vim addunt, qua cæteroquin destitueretur. Non tamen officium, quod orationi præstant, semper æque perspicuum est.—

Ex primariarum autem potestatum investigatione id consequimur, ut discamus, quomodo cognatæ significationis aut inter se vicinorum usuum particulas rite discernamus; non enim omnibus æque locis eædem semper in eadem significatione quadrant; cujus rei ignorantiam sequuntur aliquando crassi errores. Ut si quis Græcitati non admodum assuetus audiverit, particulas καὶ ταῦτα significare et optime reddi *præsertim*, *præcipue*, nec rationem hujus notionis rite perceperit, hæc verba: *Plerique judices accusatoris verbis fidem temere habebant, præsertim juvenes;* Græce redditurus sine hæsitatione dicet: Τῶν δικαστῶν οἱ πολλοὶ τοῖς τοῦ διώκοντος λόγοις προπετῶς ἐπίστευσαν, καὶ ταῦτα νέοι ὄντες. Quæ tamen ita versa contrarium verbis Latinis sensum ferunt; nam illic intelligimus inter judices maxime juvenes fidem temere habuisse accusatoribus, cum Græca hoc vitium a juvenibus potius amotum, senioribus affingant, quia καὶ ταῦτα affert additamentum, quod vitium auget a persona agentis, quod contra hic potius imminuitur. Qui itaque consideraverit in καὶ ταῦτα supprimi verbum ἐποίουν, in tali casu repudiabit has particulas et reponet μάλιστα δὲ, vel ἄλλως τε καὶ, vel ἄλλοι τε καί. Qui itaque hic καὶ ταῦτα dicit, hunc sensum reddit: Et hoc faciebant, cum essent juvenes; quod sano sensu caret. Quis enim hinc non colligeret: Quid fecissent ergo, si fuissent senes? Qui vero μάλιστα δὲ ponit, intelligit, judices fuisse pronos ad audiendas accusatoris criminationes, et in iis maxime, qui juniores erant. Addo alterum exemplum. Ἀλλ' ἢ proprie *sed vel*, quorum illud habet vim διαφορικὴν, hoc est diversum quid a præcedentibus ponendi; hoc disjunctivum est. Hæc esto utriusque genuina potestas. Utrumque aggregatum sæpissime optime redditur *nisi*, quæ secundaria notio est, nata ex diverso utriusque linguæ genio. Sed caveant interim tiro-

nes, ubi Latini *nisi* dicunt, ibi semper reponere ἀλλ' ἤ. Non enim ubique eadem loquendi ratio est; ut in his: *Multi in honore forent, nisi immodicis divitiis essent corrupti.* Græce: Πολλοὶ ἐν εὐδοξίᾳ ἐτέθησαν ἂν, εἰ μὴ τῇ ὑπερβαλλούσῃ εὐπορίᾳ διεφθάρησαν. Ridiculus sit, qui hic pro εἰ μὴ reponat ἀλλ' ἤ. Sed si ἀλλ' ἢ reddatur *sed vel*, quadrabit omnibus casibus, quamvis non ita, ut Latinorum consuetudini semper conveniat; sic tamen, ut vis διαφορικὴ et διαζευκτικὴ ubique dominetur. Quare potestatem notionemque propriam genuinamque appello eam, quæ per omnes usus dominatur, neque unquam prorsus perit. Nunquam particulæ ita suam exuunt naturam, ut nullum potestatis genuinæ vestigium relinquant. Ab hac dominante particularum potestate non facile recedendum, nec temere ad peregrinam notionem confugiendum censeo, nisi jubente necessitate; neque suffecerit illa causa, quod alienæ linguæ congrua interpretatio probetur. Nam sic multiplicatæ particularum potestates dependerent a variis ingeniis linguarum, in quas transfunduntur, quod absurdum. Et hac quidem in re multum peccaverunt grammatici et enarratores. Sic nonnullos ex Tryphone triginta significationes particulæ ὡς affinxisse, dicit H. Stephanus; quarum tamen plerasque, vel alienas esse prorsus, vel exemplis, ab iis significationibus, quæ alioquin certæ sunt, abhorrentibus probatas, vel adeo inter se affines, ut ex una plures factæ sint, ostendit; vel illis significationes tributas narrat, quarum ne umbram quidem agnoscere quisquam possit in iis, quæ subjunguntur, exemplis. Hæc grammaticorum immodice vagantium consuetudo est. Ego ex primaria ac genuina potestate novem diversos usus deduxi. Si genuinam potestatem semel recte tenuerimus, in indagando particularum officio usu et vertendi ratione minus peccabimus; fit enim non raro, ut quatuor horum, potestatis, officii, usus et versionis, necessaria sit distinctio. Talis est ὁ ἈΛΛΑ σύνδεσμος, potestate διαφορικὸς, officio συναπτικὸς, usu et significatione varia. Sic δὴ, νῦν, et τοίνυν diversa sunt potestate, sed sæpe communem habent usum παρακελευστικόν. Quod ad versiones attinet, constat unamquamque particulam unum quippiam natura sua significare, quæ sive notio, sive potestas vocatur, in omnibus locis apparere debet; et quantumvis ea sæpe in diversa abire videtur, tamen, si rem diligenter inspicimus, vim suam primitivam ubique exercet; quare tutissimum est ei quam firmiter semper inhærere. Qui vero usum tantum spectantes, genuinam notionem parum morantur, sæpe incerti vagantur, et particulis adscribunt fere totidem notiones, quot locis, qui legentibus occurrunt, convenire possunt. Hinc difficilis et incerta discentibus evadit particularum cognitio. Sic particula γὰρ rationem infert, quæ præcedentem affirmationem vel negationem stabilit. Hanc suam vim nusquam non exercet, et nullam aliam in linguæ incunabulis fuisse, non una causa est, cur credam. Sed tractu

Digitized by Google

temporis, cum aliquid non simpliciter affirmare vel negare voluerunt, suppressa ratione, confirmandæ sententiæ indice, hac particula utebantur; mox etiam ipsam particulam, rationis notam, quasi rationem, emphasis gratia, adhibuerunt. Hinc factum est, ut a multis *profecto, sane, nimirum,* aliter reddita sit. Quæ significatio in versione quidem ferri potest, et quandoque debet, quia suus unicuique linguæ genius est, sed a verà particularum doctrina abesse debet. Locus est Platonis in ipso Reipublicæ vestibulo, ubi Polemarcho dicenti, Δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι, ὡς ἀπιόντες, respondet Socrates: οὐ γὰρ κακῶς δοξάζεις. Quorsum hic particula γάρ? Non utique abundat. At interpretes Latinæ consuetudini intenti, nihil hærebunt, e vestigio reddentes: *Profecto non male conjectas.* Sed qui in particulæ vim diligentius inquirere cupit, in hoc non acquiescet voletque genuinam notionem eruere. At ubi hoc loco particulæ γὰρ vis est αἰτιολογική? Polemarchus inquit: *Videmini ad urbem tendere.* Respondet Socrates: *Non enim male putas?* Non quadrat. An μεταθέσει hic concedendus locus est? Ut hoc velit: οὐ κακῶς δοξάζεις; ὡρμήμεθα γὰρ πρὸς ἄστυ ἀπιόντες. Ita ut elliptica sit locutio. An vero μετάθεσις cuipiam durior videbitur? Quid enim? Nativam Socratis comitatem agnosce, Polemarchi ingenium solers officiose laudantis, quasi felicissime, ut semper, ita nunc conjiciat. Sic sensus erit extrinsecus supplendus, q. d. non mirum est, nos tibi videri ad urbem proficisci, cum re vera urbem petamus: tu enim, ut omnia, ita hoc verissime conjicis. Quam βραχυλογίαν Græcis fuisse in deliciis, passim patebit.—

Sed ad versiones ut redeam, patuit eas, quantumlibet a vera particularum potestate abhorreant, ferri tamen posse; patebit etiam debere nonnunquam, propter diversa linguarum, in quas transfunduntur, ingenia. Sic particulæ causales ἐπεὶ et ὥστε more Latinis incognito præfiguntur interrogationibus, ita ut cognatæ particulæ γὰρ vicem obtinere videantur, ut in illo Aristophanis in Pluto v. 882.

—Μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾷς;
Ἐπεὶ πόθεν θοιμάτιον ἔληφας τοδί;

Ubi ἐπεὶ πόθεν pro πόθεν γὰρ rationem infert, cur dixerit alterum esse participem; *nam unde,* inquit, *habes hoc pallium?* Latinus sermo non patitur hoc: *quoniam unde habes?* Talia sunt ἐπεὶ πῶς; ἐπεὶ τίς; et similia, de quibus suis locis. Similiter τοῦ ἐπεὶ et ὥστε genuinam notionem linguæ Romanæ ingenium respuit, quando eum imperandi modo construuntur, ut apud Platonem in Hipp. min. p. 369. Ἀλλ' οὐχ εὑρίσεις, ὦ ἑταῖρε· οὐ γάρ ἐστιν· ἐπεὶ σὺ εἰπέ. Latinum non est: *quoniam tu dic.* Nec potest servari *quoniam* in versione, nisi mutata imperandi ratione hoc modo: Sed non invenies, amice; non est enim; quoniam, si esset, tuum esset

Digitized by Google

dicere.—Ratiocinatur enim ex officio Hippiæ, cujus erat hoc invenire, si esset; q. d. *Si esset, tu diceres; at cum non dicere possis, hinc constat non esse.* Tale est ὥστε interrogativo et imperativo præfixum, quod in versione Latina *itaque*, *ergo* reddi necessario debet, quod *ita ut* ante interrogationem et imperativum non admittit Latinitas, ut cum Aristides dicit pro Quatuorv. p. 452. ὥστε πῶς ἐκείνους ἀπολύει τῆς αἰτίας; *Ita ut quomodo* Latini non possent dicere; dicunt, *quomodo ergo illos absolvit?* Et Sophocles in Electr. v. 1175.

> Θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Ἠλέκτρα, φρόνει,
> Θνητὸς δ᾽ Ὀρέστης· ὥστε μὴ λίαν στένε.
> *Mortali nata es patre, Electra, sape,*
> *Mortalis est Orestes ergone nimium geme.*

Quamvis ita reddant Latini, quia aliter nequeunt, hinc tamen non sequitur, illos veram particulæ ὥστε potestatem ac notionem assequi; nam *itaque* et *ergo* sunt αἰτιολογικὰ, cum ὥστε sit ἀποτελεστικὸν, quæ notio perit omnino.

Magis hæc ferenda sunt, quia tolerari debent, quam admittendæ particulæ otiosæ. Otiosas autem particulas non appello eas omnes, quæ salva structuræ ratione abesse possunt; sed quæ sine damno et illæso sensu abesse possunt, quarumque orationi insertarum nulla plane ratio est. Tales apud antiquos auctores dicere audeo nullas esse. Si fiat, ut adjectarum nullam rationem dare possimus, id nostræ potius ignorantiæ imputandum, opinor, quam linguæ vitio. Quid enim aliud nisi vitium linguæ est, vel scribentis insulsitos, si quis sententiæ vocem interjiciat, quæ nihil prorsus significet, et prorsus sit inutilis? Quod si particula salva orationis structura abjici possit, non statim ea dicenda otiosa, vel expletiva, cum, hac neglecta, pereat vel emphasis, vel perspicuitas, quam orationi suppeditat, vel simile quid, propter quod vel additur, vel repetitur; atque ita suo semper officio fungens, ob id ipsum non abundat. Hæc ratio est, quare ubique, quantum id fieri potuit, arcere coner otiosas particulas, quas vel vulgus, vel eruditorum chorus nonnunquam παρέλκειν censet. Imo rationibus, quibus moti a Plutarcho opusculum de vita Homeri abjudicant, lubenter hanc adjicerem, quod scribit auctor, ab Homero particulas quasdam suis versibus nonnunquam insertas, quibus tanquam appendiculis et additamentis inanibus, explendo tantum, ac suis numeris absolvendo carmini intertextis utatur.—

Non una ex causa profluxisse videtur hæc de particularum abundantia grammaticorum tantum non communis consensus; qui simul ac præsentem particularum vim non assequuntur, neglecto labore, ac diligentiore cura, illico ad decantatum illum pleonasmum, securi magis quam tuti, confugiunt. Quæ autem

Digitized by Google

elegantia possit esse vocabuli, nihil prorsus significantis, equidem non video. Inventa utique vocabula sunt ad animi sensum exprimendum, quid igitur tale præstabunt particulæ in oratione plane supervacuæ? Certe non ideo abundare dicemus, quia in versione Latina negliguntur, sive verius non redduntur, quia reddi non possunt, neque legitima est ab alia ad aliam linguam consequentia. Quod si tamen contendat quispiam, ut fit, nonnullas particulas apud antiquissimos ornatus causa adjici, ut in δέ τι, ὅς τι, καί τι et similibus, rogaverim, qui factum sit, ut qui secuti sunt, hoc ornamentum loci fecerint? Prima ac princeps causa nostra sit ignorantia; si enim omnium particularum naturam originemque plane haberemus cognitam, non difficile foret ubique locorum, quam vim, potestatem, usum et elegantiam orationi præstarent, ostendere; nunc, omissa diligentiore earum disquisitione, proclive fuit ad pleonasmum confugere. Hinc consueta illa et familiaria grammaticis, etiam eruditissimis aliquando, vocabula: ἐκ περιττοῦ κεῖται· ἐκ περιουσίας· ἐκ παραλλήλου· παρέλκει· πλεονάζει· περισσολογία· *particulæ expletivæ, otiosæ*, παραπληρωματικαί.

Secunda causa, cur particulæ dicantur otiosæ, non raro oritur ex dilecta Græcis βραχυλογίᾳ, qua omissæ sententiæ tanquam signa ac custodes relinquunt particulas; cujus rei exempla plurimis locis occurrunt. Vide in ἐπεὶ, ἄρα et alibi.

Ignoratæ particularum potestatis et usus, ideoque inter supervacaneas adscriptarum tertia causa sit, quod Græci, secus ac Latini, mutata vel inflexa loquendi ratione, idcirco non rejiciunt eas particulas, quibus in meris enunciationibus usi fuissent; sed servant tanquam argumentationis implicitæ aliusve potestatis notas. E. g. apud Aristoph. Plut. v. 775. Plutus, recepto oculorum usu, penitus considerat mores hominum, quos hactenus opibus beavit, et hinc concludit, se sycophantis et improbis favisse. Collectionis index est ὁ ΑΡΑ σύνδεσμος. Ergo potuisset sic concludere: Κακοῖς ἄρα ἀνθρώποις συνὼν ἔλαθον. Sed erubescens et quasi territus iniquitate rei, hæc verba παθητικῶς proferens ait:

Οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον.

Servata particula ἄρα, quam Latini tanquam in παθητικῇ consumtam negligunt. Hinc præcoci nimium judicio vel παρέλκειν aiunt alii, vel, ut Devarius, alienam ipsi potestatem tribuunt, quæ ei loco maxime convenire videatur.

Quarta causa est proclivius Græcorum, quam Romanorum, ad particulas ingenium, parcius enim hi iis utuntur, illi largiori manu, et ad levissimam rationem particulas suppeditant, quæ sententias firment, infringant, plurimisque modis varient, et afficiant. Sic nonnunquam particulæ, quæ, mutata structuræ ratione, excidere posse videntur, servantur, vestigia affectæ

Digitized by Google

orationis indicantes. Ita, ut exemplo res fiat clarior, post ἐπεὶ servatur δὲ apud Homer. Odyss. Ξ. 405.

"Ος σ' ἘΠΕΙ` ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνια δῶκα,
Αὖθις ΔΕ` κτείναιμι.

Quid hic facit δὲ, cum ἐπεὶ præcedat? aut vicissim quid ἐπεὶ, cum δὲ sequatur? Sensus est: *qui postquam te in tugurium recepi, et tibi dona hospitalia dedi, nunc interficiam.* Qui non sapiunt antiquissimam loquendi consuetudinem, iis proclive est confugere ad pleonasmum, in quibus Eustathius, qui p. 1765. l. 23. ita loquitur: Ἐν δὲ τῷ ΑΥΘΙΣ ΔΕ κτείναιμι περιττὸς ὁ σύνδεσμος, ληφθεὶς συνήθως ἀντὶ τῦ δή. Cui suo jure occurrit eruditissimus Ernestius, non exponens tamen, quid præstet, si non vacet. Rogare etiam quis possit, cur non simili jure Eustathius dicat, τὸν ἘΠΕΙ σύνδεσμον περιττὸν κεῖσθαι. Deinde, si nihil significet, et plane sit otiosum, cur dicatur pro δὴ poni? Dicamus, opponi hinc εἰς κλισίαν ἄγειν καὶ ξένια διδόναι, illinc κτεῖναι, cujus oppositionis servat ὁ ΔΕ σύνδεσμος ἀντὶ τῦ ΑΛΛΑ positus, licet ἐπεὶ præcedat, et structuram ita vestigium mutet, ut ΔΕ superfluum videatur. Quodsi pro ἐπεὶ substituas πρότερον, habebis planiorem τῦ ΔΕ potestatem, hoc modo: "Ος πρότερον μέν σ' ἤγαγον εἰς κλισίαν, καὶ ἔδωκε ξένια, αὖθις δὲ κτείναιμι. Certe hanc structuram non assequuntur Latini, sed an ideo ΔΕ παρέλκει apud Græcos? An ergo Latine illud non potest exprimi, ut oppositionis signum non pereat? Potest hoc modo: *Qui, postquam te in tugurium recepi, et hospitalia dedi, nunc* CONTRA *interimam.* Sic particulæ ratiocinativæ, causales, conclusivæ, illativæ, etiam more Romæ incognito orationi Græcæ inseruntur, ita ut, cum duæ sint sententiæ, quarum posterior ex priori sequitur, aut posterior prioris rationem infert, Latini alteri orationis membro suam particulam addant concludentem aut ratiocinantem; Græci autem una non contenti utrique frequenter congruam particulam tribuant, ut cum dicimus: *Injuria affecit: ergo supplicio dignus est.* Vel ita: *Supplicio dignus est; nam affecit injuria.* In illo posterius membrum sequitur ex priori; in hoc prioris posterius rationem infert. At Græci conclusivæ sententiæ conclusivam, et ratiocinativæ ratiocinativam particulam addunt, dicuntque: Ἠδίκηκε γάρ· ὀφλισκάνει ἂν δίκην. Vel: Ὀφλισκάνει ἄρα δίκην, ὅτι ἠδίκηκε.

Quinta causa est aggregandi particulas cognatas consuetudo, quarum altera ob suppressam per ellipsin sententiam, vel ex superioribus revocandam, vel extrinsecus petendam, prima fronte vim omnem ac potestatem amisisse videtur; re tamen penitius inspecta, patet utramque officio suo fungi egregie. Tales sunt particulæ γὰρ ἂν, ὅμως μέντοι, aliæ.

Sexta causa est incredibilis Græcorum in rebus, præcipue controversis, cautio; illi, quasi semper sibi diffidentes, opinionem

Digitized by Google

suam modeste proponunt, sententiam suam ab alterius judicio suspendentes. Hinc particulis μειωτικαῖς, στοχαστικαῖς, διστακτικαῖς, περιγραφικαῖς et similibus dicentium confidentiam mollientibus et corrigentibus plena ipsorum oratio est, ita ut non una contenti, haud raro aliam, itemque aliam adjungant, id quod, si cuipiam alii, maxime familiare est Platoni, apud quem, ut exemplo rem illustrem, lib. II. de Rep. p. 386. Socrates exponens, quale hominum genus ad remp. bene constitutam requiratur, agricolas nominat; sed, quia his opus est aratro, addit fabros: bubulcos item et pastores, quia ad agriculturam maximus boum et jumentorum usus est. Verba sunt: Ἀλλ' ΟΥ'Κ ἌΝ ΠΩ πάνυ ΓΕ μέγα ΤΙ εἴη, εἰ αὐτοῖς βουκόλους καὶ ποιμένας, τούς τε ἄλλους νομέας προσθεῖμεν. Vocat hoc πάνυ μέγα, quippe quorum opera in republica maxime erat necessaria. Sed hanc sententiam, quasi sibi diffidens, non simpliciter mollit, et vide, quot μειωτικὰ cumulet. Principio per negationem effert, deinde vocula ἂν, sive δυνητικῶς sive aliquatenus στοχαστικῶς accipiatur, leniorem reddit negationem; quæ tamen ne nimium molliatur, addit τὸ πω, prohibens, ne illud ἁπλῶς dictum putemus, sed præteritum tempus præsenti terminans, futurum nihil morans. Tum sequuntur γε et τὶ, quorum alterum significationi τοῦ ΠΑ'ΝΥ, alterum τοῦ ΜΕ'ΓΑ aliquid detrahit. Talia interpretes vel negligere fere solent, vel sæpe assequi nequeunt, quin Latinitati vis inferatur sæpe non sine insigni damno; ut vel hinc constet, quanta injuria auctoribus Græcis fiat, quorum verbis et ornatus et significantissima nonnunquam emphasis detrahitur.—

Sed hæc sufficiant de particulis, quæ dicuntur παραπληρωματικαί, quas a puriori Græcitate prorsus exulare jubeo.—

Digitized by Google

Digitized by Google

ΑΛΛΑ.

I.

De Particulæ ΑΛΛΑ *usu* *Discretivo et Adversativo.*

I. Αλλα *autem, sed* significat [G. *aber, sondern*] atque adeo 1. *diversitatem* notat, 2. *oppositionem.*

Diversitatem in hoc: Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. *Legisti, sed non intellexisti:* [G. *du hasts gelesen, aber nicht verstanden*] *nam si intellexisses, non damnavisses.*

Oppositionem notat, s. adversative ponitur, v. c. Plat. Phædr. Οὐχ' ὑπ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκόντες, *non necessitate coacti, sed sponte.* [G. *nicht aus Noth, sondern freiwillig.*] Aristoph. Ach. v. 47. præconi roganti Οὐκ ἄνθρωπος; *Nonne tu es homo?* respondet Amphitheus: Οὐκ, ἀλλ' ἀθάνατος. *Non, sed immortalis.* [G. *Nein, sondern ein Unsterblicher.*

[Huc referendum est ἀλλὰ pro ἢ positum. v. c. Οὐ τὸ κερδαίνειν μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι, *non quæstus magis delectat quam honor,* Thucyd. II. 44. Sic ap. Demosth. c. Midiam p. 554. ed. Reisk. μηδένα ἕτερον εἶναι τὸν Νικοδήμου φονέα, ἀλλ' Ἀρίσταρχον, *neminem alium esse Nicodemi interfectorem, quam Aristarchum.*—]

II. Est et ubi concessis præmissis negat sequentia, ut Aristoph. Acharn. [v. 470. ed. Brunck.] dicente Euripede: Ἀπολεῖς μ'· ἰδού σοι, φροῦδά μοι τὰ δράματα. *Enecas me; en tibi in ventos abierunt mihi fabulæ,* tuis nempe molestis interpellationibus; respondet alter: Ἀλλ' οὐκέτ'· ἀλλ' ἄπειμι, q. d. *Fateor hactenus me tibi fuisse molestum, sed non amplius ero, verum abeo.* [G. *aber auch nun nicht weiter; ich gehe nun weg,* vel: *sondern ich gehe nun weg.*]

[Interdum præcedenti propositioni, quæ a particula ἐπειδὴ vel similibus pendet, sic opponit contrariam, ut simul apodosin formet: v. c. Homer. Odyss. Ξ. 151.

> Ὦ φίλ', ἐπειδὴ πάμπαν ἀναίνεαι, οὐδέ τι φῆσθα
> Κεῖνον ἐλεύσεσθαι, θυμὸς δέ τοι αἰὲν ἄπιστος·
> ἈΛΛ' ἐγὼ οὐκ αὔτως μυθήσομαι, ἀλλὰ σὺν ὅρκῳ,
> Ὡς νεῖται Ὀδυσσεύς.

Digitized by Google

(G. *O Freund, weil du doch es durchaus läugnest, und immer behauptest, er werde nicht zurückkommen, immer ungläubigen Sinnes bist, nun dann so will ich dirs nicht blos sagen, sondern mit einem Eide bekräftigen, Ulysses kömmt zurück.*)—]

III. Citra præmissorum negationem adversatur ἀλλὰ Hom. Od. Α. 48. ubi, postquam de Ægistho loquens Minerva dixerat: *O pater noster Saturnie, summe regum, et ille quidem merito exitio prorsus jacet; atque utinam, qui talia patrant, sic perirent;* addit hæc: Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ Δυσμόρῳ. *Sed propter Ulyssem bellicosum illum et infelicem animo angor.* [G. *Aber ich kränke mich etc.*]

IV. Tam discretive quam adversative positum ἀλλὰ, sequitur antecedens μέν: *a*) discretive: ut Iliad. Π. 240. αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι, ἀλλ' ἕτερον πέμπω, *ego manebo quidem—socium vero mitto* [G. *Ich selbst muss nun wohl hier—bleiben, doch schicke ich einen andern.*] Sic Xenoph. Cyrop. VII, 1. 16. ἀλλὰ τὰ ΜΕΝ καθ' ἡμᾶς ἐμοί γε δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ΑΛΛΑ τὰ πλάγια λυπεῖ με [G. *nur der Flanken wegen bin ich in Sorgen.*]—*b*) adversative: Iliad. Α. 24. Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί—ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. *Alii quidem omnes hoc comprobaverunt Achivi, soli vero Agamemnoni displicuit.* [*Alle andern gaben Beifall—nur dem Agamemnon gefiel es nicht.*]

In loco tamen Homerico Il. Ο. v. 690. sqq.

————————— οὐδὲ ΜΕΝ Ἕκτωρ
Μίμνεν ἐνὶ Τρώων ὁμάδῳ πύκα θωρηκτάων,
ΑΛΛ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων
Ἔθνος ἐφορμᾶται ποταμὸν πάρα βοσκομενάων,
Χηνῶν ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ὣς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο
Ἀντίος ἀΐξας· τὸν ΔΕ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθε.

in illo igitur loco ἀλλὰ non refertur ad μὲν, sed quæ longe sequitur particula δὲ, et diversa diversis respondent, opposita oppositis. In priori membro de Hectore aliquid dicitur, in posteriori de Jove; deinde prius membrum finditur in duas partes; primum negatur aliquid, Hectorem nempe mansisse; tum negato contrarium infertur, ruisse nempe eum ad naves. [Imo vero verba Ἀλλ' ὥστ' opponuntur prioribus οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ, et verba τὸν δὲ Ζεὺς opponuntur proxime præcedentibus ὣς Ἕκτωρ ἴθυσε v. 693.]

V. Ex potestate discretiva fluit vis excipiendi et objiciendi. Exceptiva notio est Iliad. Α. 286. ubi Agamemnon postquam dixerat: Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες, *certe, o senex, tua, si qua alia, æqua est oratio,* consentiens scilicet Nestori litem inter ipsum et Achillem componere studenti, in sequentibus excipit diversum quid ponens: Ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων,

Digitized by Google

at hic studet omnibus aliis prævalere [G. *aber dieser will*, vel: *gleichwohl will dieser über alle andre sich erheben.*]

Exceptive quoque accipitur post negationem, et exponitur per *εἰ μή*. Sic Achilles Iliad. Φ. 276. *ἄλλος δ' οὔτις μοι τόσον αἴτιος, οὐρανιώνων, ἀλλὰ φίλη μήτηρ.* *Nemo alius cœlestium tantum mihi in culpa est, quantum mater mea, sive præter matrem* [G. *keiner ist so viel Schuld daran, als meine Mutter.*]

VI. Objiciendi vim habet ap. Homer. Il. Α. 165. ubi Achilles, postquam questus est de injuria sibi ab Agamemnone illata, qui interminatus erat, se erepturum ipsi præmium, quod non ipse quidem, sed Achivi dederant, subdit: *Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ'*—*At maximam belli partem manus meæ gubernant* [G. *Gleichwohl* etc.] Ita occurrit 1 Cor. 15, 35.

[Similis usus est particulæ *ἀλλὰ* in syllogismis, ubi post propositionem universe negantem subjungitur assumtio affirmans, ibique reddi potest per: *atqui (Nun aber)*. e. c. Xenoph. Cyrop. I. 5. 11. *Οὐ γάρ τοί πω οὗτοι ἱκανοί εἰσιν ἀγωνισταὶ, οἳ ἂν τοξεύωσιν, ἢ ἀκοντίζωσιν, ἢ ἱππεύωσιν ἐπιστημόνως, ἢν δέ που πονῆσαι δέῃ, τούτῳ λείπωνται. ἈΛΛ' οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι, κατὰ τοὺς πόνους.—οὐδέ γε, οἵτινες, ἀγρυπνῆσαι δέον, ἡττῶνται τούτου· ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἰδιῶται κατὰ τὸν ὕπνον.* (*Denn das sind mir noch keine tüchtigen Streiter, die zwar gut schiessen, Wurfpfeile werfen und reiten, wenns aber an die Arbeit geht, diese nicht aushalten können: NUN sind ja aber diese Leute der Arbeit ganz ungewohnt etc.*) Frustra negat Hoogeveenus hic vim syllogismi reperiri. Nam Cyrus, *non sunt enim*, inquit, *idonei bellatores, qui etiamsi bene sagittis aut jaculis utantur, ferre tamen laborem haud possunt. Atqui hostes nostri laboribus ferendis impares sunt.* Est igitur enthymema, conclusione suppressa.]

VII. Eundem servat usum in occupationibus, neque solum in earum *ὑποφοραῖς*, verum etiam *ἀνθυποφοραῖς*, ubi quod alter opponit, aut opponere posset, anticipando diluimus, ut in verbis Nestoris Il. Α. 281. monentis Achillem, reverendum esse Agamemnonem, quia rex erat:

> *Εἰ σύ γε καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,*
> *Ἀλλ' ὅγε φέρτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.*

Si tu fortior es, et matre dea natus, at hic potentior, quia pluribus imperat. [G. *wenn gleich—so ist doch.*]

VIII. Habet etiam usum *ἐπανορθωτικόν*, cum quis se ipsum corrigit, et generale præcedens reducit ad speciale, ut Plat. Phædr. p. 268. [ed. Bip. X. p. 367.] *Μελαγχολᾷς, ἀλλ', ἅτε μουσικὸς ὤν, πρᾳότερον.* *Insanis, sed, utpote musicus, mitius.* [*Du rasest, nur als*, oder *jedoch als—sanfter.*]

IX. Non ineleganter alternis servit objectionibus. Ita ap. Aris-

toph. Acharn. v. 401. Dicæopolis Euripidis servum jubet evocare herum: respondet ille Ἀλλ' ἀδύνατον [G. *aber es geht nicht*]. Tum alter: Ἀλλ' ὅμως [G. *Doch! doch!*] Mox ipso vocante, respondet Euripides: Ἀλλ' οὐ σχολή. [G. *Ei was! ich habe keine Zeit.*] ΔΙ. Ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'. ΕΥ. Ἀλλ' ἀδύνατον. ΔΙ. Ἀλλ' ὅμως. ΕΥ. Ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι. In quibus omnibus non deest ellipsis; repetenda enim aliqua ex superioribus subinde, ut: *evocarem* quidem, ἀλλ' ἀδύνατον; et, εἰ καὶ ἀδύνατον, ἀλλ' ἐκκάλεσον ὅμως etc.

X. Nec discretivam aut adversativam naturam deponit hæc particula, ubi ejus usus est in hortationibus, redditurque: *quin*, *quin age*, siquidem præcedunt diversa vel adversantia. Ita Nestor Hom. Il. Α. 258. postquam ostenderat, quantos ex contentione ac dissidio Agamemnonis atque Achillis, si audirent, animos Trojani sumerent, addit: Ἀλλὰ πίθεσθ' [G. *aber hört, folgt mir*]. Sic Aristoph. Acharn. 1093. ἀλλ' ὡς τάχιστα σπεῦδε [G. *Aber eile was du kannst*]. Item Xenoph. Cyrop. I. 5. 13. ἀλλὰ θαῤῥοῦντες ὁρμώμεθα, *Nos vero animosi proficiscamur.* Hoc sensu non raro præmittitur vocabulo ἄγε, aut ἄγετε. ut Il. Α. 410. Ἀλλ' ἄγε λῆγ' ἔριδος, *quin age, desine litigare.* it. v. 327. Ejusmodi sunt, ἀλλὰ δὴ, ἀλλ' ἴθι, ἀλλ' εἶα, et similia. Exemplis nihil frequentius.

XI. Usus hujus particulæ ἀποστατικὸς sive ex abrupto loquentium facit, ut primum in oratione locum occupet, præterquam quod natura est προτακτική. Est tamen ubi in media sententia invenitur, ut Aristoph. Acharn. 1032. Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί. *Tu verò mihi unam guttam pacis instilla in hoc specillum.*

Inest etiam interdum indignationis significatio: ut Aristoph. Acharn. 110. Ἀλλ' ἄπιθ'· ἐγὼ δὲ βασανιῶ τοῦτον μόνος. *Quin abi. Ego hunc solus examinabo.* Item Iliad. Α. 32. [Sic Iliad. Α. 204. Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω—Ης ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ, (G. *aber wahrlich ich sage dir etc.*) ubi simul asseverandi vim auget. Similis usus animi affectum significandi est in precationibus. v. c. ubi Thetis postquam Jovi narravit Achillem ab Agamemnone ignominia affectum, hæc addit: Ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον, Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ (G. *So ehre du ihn denn*). Omninoque sic in votis faciendis adhibetur, quibus malum aliquod deprecamur. e. c. Il. Ζ. 464. Ἀλλά με τεθνειῶτα χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτοι, Πρίν γ' ἔτι σῆς τε βοῆς, σοῦ θ' ἑλκηθμοῖο πυθέσθαι. *Sed me citius mortuum terra obruat etc.* Iterum huic epitomatoris observationi frustra obnititur Hoogeveenus, mentem scil. ejus haud assequutus. Non enim *precandi* vis affingitur particulæ ἀλλὰ, sicut nec indignationis significatio ei proprie tribui potest. Sed auget tamen, ut indignantis, sic precantis affectum, quum sic, ut in his locis, ponitur, servato ceteroquin sensu adversativo.]

Illud ἄγε vel εἰπὲ, vel similis imperativus crebro negligitur ante interrogationes, quod animum prodit cognoscendi ardore accensum; hinc Ἀλλὰ πῶς δή; Ἀλλὰ ποῦ δή; Ἀλλὰ τί μήν; et similia. Sic Plat. in Phædro p. 242. Ἀλλὰ πῶς δὴ καὶ τίνι τούτῳ, supple λόγῳ quod

Digitized by Google

præcedit. Pro ἀλλ' εἰπὲ, vel ἀλλ' ἄγε εἰπὲ, πῶς etc. *Sed quomodo tandem?* [*Aber wie denn?* Ita Xenoph. Cyrop. I. 3. 11. Καὶ ὁ Ἀστυάγης εἶπεν· Ὁ δὲ σὸς πατὴρ, ἔφη, ὦ παῖ, πίνων οὐ μεθύσκεται; Οὐ μὰ Δί', ἔφη (ὁ Κῦρος). Ἀλλὰ πῶς ποιεῖ; *Sed quomodo tandem facit?* (G. *Ei nun wie fängt ers denn an?)*]

XI. Ἀποστατικὸς quoque hujus particulæ usus est in principiis orationum responsoriarum, quoties aliquis principale alterius argumentum probaturus partem tamen ratiocinii non concessurus, eidem occurrere festinat, et tanquam scrupulum tollere conatur, antequam reliqua concedat. Ita apud Xenoph. Cyrop. III. 3, 20. Cyrus exercitum e finibus Cyaxaris educturus, hujus profectionis causam offert, nempe ne diutius Cyaxari tantas copias non sine gravibus impensis alenti molestus sit, et ut hostibus sit magis formidabilis eorumque regionem infestet etc. Respondens Cyaxares, omnia hæc facile concedit, rationesque probat, excepto quod Cyri copias alere sibi grave sit, quare hoc tanquam invidiosum ante omnia tollere cupiens ita infit: Ἀλλ' ὅπως μὲν, ὦ Κῦρε καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ' ὑπονοεῖτε· τό γε μέν τοι ἰέναι εἰς τὴν πολεμίαν, ἤδη καὶ ἐμοὶ βέλτιον εἶναι δοκεῖ πρὸς πάντα. *At grave mihi esse ullo modo ——vos alere ne suspicemini quidem;* [G. *Nun was das betrifft, dass es mir schwer werden sollte——das lasst euch gar nicht einfallen;*] *progredi tamen in terram hostilem jam mihi quoque melius videtur ad omnia.*

XII. Ἀλλὰ interdum significat *ac potius*. ut Aristoph. Vesp. 1203. παῦ', ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προσμάνθανε. *Desine ac potius accumbe huc, ut discas.*

Ἀλλὰ μὴ ponitur, cum priora ita negantur, ut tamen non omnino excludantur sed sequentia magis urgeantur, vertiturque: *ac non potius*. ut Aristot. Rep. II. 5. Τὸν μέλλοντα παιδείαν, εἰσάγειν, καὶ νομίζοντα διὰ ταύτης ἔσεσθαι τὴν πόλιν σπουδαίαν, ἄτοπον τοῖς τοιούτοις οἴεσθαι διορθοῦν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔθεσι καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ καὶ τοῖς νόμοις. *Qui eruditionem est introducturus, et per hanc existimat civitatem probam futuram, absurdum est, eum putare. se ejusmodi rebus remp. esse constituturum, et non potius,* [G. *und nicht vielmehr*] *moribus et philosophia et legibus.*

XIII. Errat autem Vigerus, cum particulæ ἀλλὰ interrogationis notam tribuit. Nam in illo Platonico de Legg. X. p. 905. [ed. Bip. X. p. 109]: Ἀλλ' ἆρά τισι προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων; quod ille sic reddit: *utrum tandem similes* (Dii) *principum quorundam?* interrogandi vis hæret in ἆρα; et ἀλλὰ exercet potestatem διαφορικὴν, respondens præcedenti μὲν pro δὲ posito. Præcedit enim: Ἄρχοντας μὲν ἀναγκαῖόν που γίγνεσθαι τούς γε διοικήσαντας τὸν ἅπαντα ἐντελεχῶς οὐρανόν. Ἀλλ' ἆρα etc. Integrum itaque locum sic reddo: *Necesse utique est Deos esse principes, qui quidem gubernant omne cœlum: sed, an sunt quorundam principum s. gubernatorum similes?* [G. *aber, sind sie denn etc.*] [Apud Platonem tamen

Digitized by Google

l. l. legendum videtur: ἀλλ' ἄρα τίσι προςφερεῖς τῶν ἀρχόντων; *sed quibusnam tandem gubernatorum s. rectorum similes sunt?*] Sic Xenoph. in Memorabb. IV. 2. 10. ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ἐπιθυμεῖς γενέσθαι ἀγαθός; ubi non ἀλλὰ, sed μὴ interrogat.

II.

De Particulæ ΑΛΛΑ *usu* Elliptico; *an et* Expletivo?

I. Ἐλλειπτικῶς primum adhibetur ἀλλὰ, cum paratum ad rem quampiam exsequendam animum designat. Quum dixerat in Phædro ap. Plat. [ed. Bip. X. p. 314.] Socrates: *Auctor ego sum Lysiæ, ut quam primum scribat, amanti potius quam non amanti gratificandum esse.* mox Phædrus: ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἕξει τοῦθ' οὕτως· σοῦ γὰρ εἰπόντος τοῦ ἐραστοῦ ἔπαινον, πᾶσα ἀνάγκη Λυσίαν ὑπ' ἐμοῦ ἀναγκασθῆναι γράψαι αὖ περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγον. Paratus nempe illico Phædrus, ita futurum ait, [G. *Nun, höre nur, es soll geschehn.*] seque Lysiam coacturum palinodiam canere. Ubi ante ἀλλὰ supple, ut supra: οὐκ ὀκνήσει, vel si quid aptius.

II. Deinde in objectionibus, ubi non plane quidem semper opposita et contraria ponuntur, sed petenti scrupulus injicitur; ut Ælian. V. H. I. 21. Ismeniæ aditum ad Regem Persarum petenti respondet tribunus: Ἀλλ', ὦ ξένε Θηβαῖε, νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις· ubi vis adversativa particulæ dependet a præcedentibus: Βούλεσθαι δὲ αὐτὸς ἐντυχεῖν τῷ Πέρσῃ. Dixerat itaque Ismenias: βούλομαι αὐτὸς ἐντυχεῖν τῷ βασιλεῖ. Cui ita occurrit alter: Ἀλλ', ὦ ξένε etc. [G. *Ja, ja, mein lieber Fremdling, aber* etc.] Oratio elliptica ita supplenda: Ἔξεστι μέν σοι ἐντυχεῖν τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ etc.

[Notabilis locus est Xenoph. M. S. III. 11. 18. ubi quater deinceps, sed diverso sensu, ponitur ἀλλά. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη (Socrates), οὐκ αὐτὸς ἕλκεσθαι πρός σε βούλομαι, ἀλλά σε πρὸς ἐμὲ πορεύεσθαι. Ἀλλὰ πορεύσομαι, ἔφη (Theodota), μόνον ὑποδέχου. Ἀλλ' ὑποδέξομαί σε, ἔφη· ἐὰν μή τις φιλωτέρα σου ἔνδον ᾖ. Ubi primum ἀλλὰ corrigit id, quod Theodota dixerat; secundum est adversativum; tertium notat paratum veniendi animum, sed ita, ut opponatur quasi alterius dubitationi, an ventura sit; quartum habet concedendi vim, sed cum exceptione, de quo vid. §. sq. Germanice sic verteris: Socr. *Aber beim Zeus ich verlange ja nicht von dir angezogen zu werden, sondern ich will du sollst zu mir kommen.* Th. *Gut, ich will denn kommen, du musst mich aber auch aufnehmen.* Socr. *Ja, ja, ich will dich schon aufnehmen, wenn ich anders just keine Geliebtere bei mir habe.*]

III. Tertius usus est in brevibus objectionibus, et alternis responsionibus, ubi supprimitur particula interrogativa, πότερον aut ἄρα,

Digitized by Google

Demosth. pro Corona p. 316. [ed. Reisk. T. I. p. 233.] Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; Ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ΑΛΛ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. *Qua enim mente eos hoc tempore arcesseretis? Ad pacemne? at pax erat omnibus. An vero ad bellum potius?* [G. *oder etwa zum Kreige?*] *at ipsi de pace consiliis vestris agebatis.*

IV. Quartus est hujus particulæ usus ellipticus in comprobationibus. Ita ap. Plat. de Rep. IV. Adimantus Socratis orationem probans, quasi ex abrupto respondet: Ἀλλὰ καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, [G. *Ja, ja, dein Vortrag ist recht schön*]; ubi ellipsis hoc vel simili modo suppleri potest: Οὐχ' ὅτι συγχωρῶ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ etc.

[Alio modo comprobationi inservit Xenoph. Cyrop. IV. 5. 51. Καὶ νῦν, ἔφασαν, λαβὼν τοὺς ἵππους, ποίει, ὅπως ἄριστον δοκεῖ σοι εἶναι. Ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ ἀγαθῇ τύχῃ ἡμεῖς τε ἱππεῖς γενοίμεθα, καὶ ὑμεῖς διέλοιτε τὰ κοινά. ubi recte Zeunius V. C. ἀλλὰ δέχομαι int. *accipio vero.* (G. *Gut, ich nehme das Anerbieten an.*) Cyrus nimirum Medis permiserat, utrum equos aliis an sibi suisque dare vellent. Hic quum equos ipsius arbitrio concessissent, hoc ipsum comprobat Cyrus accipiendo, quod darent.]

V. Quinto etiam ponitur pro οὐ μόνον, ἀλλὰ καί, quando nempe priora non negantur, neque excluduntur, sed sequentia adduntur; ubi vertitur *imo etiam* [G. *sondern sogar, ja sogar*]. Ita Demosth. Philipp. III. p. 47. [ed. Reisk. T. I. p. 117.] postquam dixerat, Lacedæmoniis contumeliose agentibus, tam eos, qui querebantur, quam qui nulla injuria erant lacessiti, bellum indixisse, addit; Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ Λακεδαιμόνιοι—πολεμεῖν ᾠήθημεν δεῖν. *Nec illi solum hæc fecerunt, sed et nos ipsi et Lacedæmonii—bellum gerendum esse putavimus,* [G. *sondern so gar auch wir und etc.*] Ita fere Paulus 2. Cor. VII. 2. τῷ ἀλλὰ utitur sæpius per anaphoram repetito.

VI. Sexto exerçet vim adversativam ἐλλειπτικῶς, ubi præcedentia leviora negantur, iisque sequentia graviora opponuntur, ipso negativo exulante, aut in interrogativum mutato, qua acceptione vim præstat ἐπανορθωτικὴν, et Latine quoque *imo* redditur; [G. *Nein, vielmehr.*] Sic 1. Cor. X. 20. Τί οὖν φημί, ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν; ΑΛΛ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει καὶ οὐ θεῷ. *Imo vero quod quæ immolant*—[*Nein vielmehr dass*—].

VII. Septimo: in paradoxis, quum auditoris vel lectoris animum et attentionem rei miræ vel gravioris, seu alia ratione excellentis promissione excitare volumus; ponitur ἀλλὰ initio librorum, capitum, et sermonum. Ita unus ex homotimis orationem inchoat apud Xenoph. Cyrop. II. 1. 13. Ἀλλὰ θαυμαστὰ μὲν ἴσως δόξω λέγειν. Et caput de Rhodiorum obsoniis ita incipit Ælian. lib. I. Var. hist. Ἀλλ' ἔγωγε ὑμῖν ἐθέλω εἰπεῖν Ῥοδίων δόξαν, *ego vero vobis narrare volo Rhodiorum gloriam.* Æliani ratio plane elliptica est et patebit τοῦ Ἀλλὰ vis διαφορικὴ, si intelligemus, eum in duobus

Digitized by Google

superioribus capitibus exempla voracitatis dedisse, quibus hoc tanquam cumulum addit suppressis his aut similibus: Ἠκούσατε μὲν τὰ πρόσθεν λεχθέντα, ἀλλ' ἔγωγε etc.

[Sic Xenophon libellum de Lacedæmoniorum rep. ita inchoat: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη—ubi asseverandi vim habet. (G. *In Wahrheit*, vel *in der That, wenn ich so bedenke.*) In aliis refertur ἀλλὰ hoc modo positum ad libros, qui præcessere: ut cum Xenophon Symposium ita inchoat: Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς. ubi aperte respicitur ad libros Memorabilium Socratis, quorum quasi appendix est Symposium. (G. *Ich denke ABER, dass von braven Männern nicht nur ernsthafte Handlungen, sondern dass auch ihre Scherze merkwürdig sind).* Huc referenda etiam sunt initia epistolarum et orationum responsoriarum vel earum, quarum initium refertur ad id, quod alius dixit vel scripsit: v. c. Demosthenis ἐρωτικὸς λόγος ita incipit: Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀκούειν βούλει τοῦ λόγου, δείξω σοι καὶ ἀναγνώσομαι.]

VIII. Octavo ellipticus quoque usus censendus est, qui convenit iratis, quos stomachus impedit integra verba loqui. Ita Chremylus Aristoph. Plut. vs. 592. argumentis paupertatis ita convictus, ut nihil habeat quod opponat, Ἀλλά σέ γ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειεν, *at te Jupiter perdat*, inquit. [G. *Ei was! ich wollte, dass dich etc.*]

IX. Nono, qui colloquia conscribunt, utuntur τῷ ἀλλὰ abrupte, fingentes se in medios colloquentium sermones incidere, in quo casu ἀλλὰ nihil plane habet, ad quod referatur, nisi comminiscimur, quæ præcedere potuerunt et multiplicia esse possunt. Ita inchoat Lucianus dialogum Menippi et Protei: Ἀλλ' ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον, ἔτι φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως· ἔτι δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν, ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω καὶ ἀπιστῶ. Hic ἀλλὰ est objicientis: *At, aquam te fieri, o Proteu, non est improbabile, quippe marinum te: et arborem, hoc etiam ferri potest: et quum in leonem mutaris, similiter ne hoc quidem superat fidem: ignem vero te fieri posse, quum in mari habites, hoc vero admodum miror, nec credo.*

X. Est et alius particulæ usus, ubi post ἀλλὰ aliquid reticetur, nempe γε; et ἀλλὰ ponitur pro ἀλλά γε, *at saltem, at certe;* [G. *aber wenigstens*] ut Aristot. εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς. [Xenoph. Cyrop. V. 5. 33. νῦν μέντοι ἐγὼ, εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπό σου δοκῶ πεπονθέναι.]

Sic etiam Latini *at* simpliciter dicunt, pro *at saltem;* ut Virg. Æn. I. 547. et VI. 406. et Cic. pro Mil. cap. 34. *Si mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala.*

XI. Hactenus de usu elliptico; quicquid dicunt de hujus particulæ in oratione abundantia, id nondum est idoneis exemplis

Digitized by Google

probatum. Eustath. ἀλλὰ abundare putat in initio orationis Hom. Il. Ψ. 319.

Ἀλλ' ὃς μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς—at illic neque ἀλλὰ supervacaneum est, neque est sententiæ principium. Exercet illic, si usquam, vim suam adversativam; opponitur enim prudenti inconsideratus. Plena hæc est oratio:

> Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι etc.
> Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο,
> Ἀλλ' ὃς μὲν θ' etc.

Sensus est: *Arte carpentarius melior est quam viribus—arte auriga aurigæ præstat; sed qui equis suis et currui confidit inconsiderate, huc illuc fertur.*

Idem ἀλλὰ abundare dicit in verbis Helenæ Il. Ω. 771.

> Ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδε εἰκοστὸν ἔτος ἐστὶν,
> Ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης,
> Ἀλλ' οὔπω σεῦ ἄκουσα κακὸν ἔπος, οὐδ' ἀσύφηλον·
> Ἀλλ', εἴτις με καὶ ἄλλος ἐνὶ μεγάροισιν ἐνίπτοι
> Δαέρων, ἢ γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων,
> Ἢ ἑκυρὴ, (ἑκυρὸς δὲ, πατὴρ ὣς, ἤπιος αἰεὶ,)
> Ἀλλὰ σὺ τόνγ' ἐπέεσσι παραιφάμενος κατέρυκες.

Sed ibi in versu Ἀλλὰ σὺ etc, verba, ad quæ ἀλλὰ referri debet, præ dolore et luctu, quo percita loquitur Helena, omittuntur, quam lamentantium consuetudinem artificiose imitatur Poeta. Dolet illa mortem Hectoris, quem compellat, laudans mitem ejus animum; *viginti*, inquiens, *anni sunt exacti, ex quo patriam reliqui, neque umquam durum verbum ex te audivi, sed si quis alius in regia mihi erat gravis*, σὺ μὲν οὐχ' ἡσύχαζες, (hæc vel similia supprimuntur,) ἀλλὰ τόνγε etc. *tu non quievisti, sed verbis eum monens inhibuisti.*

[Fortasse tamen mollius et simplicius est dicere, postremum ἀλλὰ v. 771. ante σὺ τόνγ' meram esse repetitionem prioris ἀλλὰ v. 768. ante εἴτις etc. propter parenthesin longiorem. Itaque sensus esset: *sed, si quis me increparet——sed, inquam, tu illum cohibebas.*

Reiskius in indice Græcitatis opp. Demosth. particulam ἀλλὰ redundare putat in his: Contra Aristogit. I. p. 771. ὁ δὲ κρινόμενος τῶν μὲν εἰς σωτηρίαν αὐτῷ φερόντων ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν πάρεστιν ἔχων. Verum ibi vim asseverandi habet, ut Germani dicunt: *er hat DOCH auch nicht das geringste vorzutragen* etc. Hæc vis asseverandi, cui obloquitur Hoogeveenus, sic asseritur. Est forma elliptica, quasi dicatur οὐχ ὅτι μέγα τι, ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν, in quo sane est fortior negatio, quam si simpliciter dictum esset οὐδ' ὁτιοῦν. Sic de falsa leg. (p. 35. 2. ed. Reisk.) ὑπὲρ δὲ Φωκέων—ἢ ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν, *DOCH auch nicht das geringste*, sane ne hilum quidem. Et in προοιμ. δημηγορ. p. 1455. οἱ γὰρ ἄρχοντες, ἤ τινες αὐτῶν, ἵνα μὴ πάντας λέγω, τῶν μὲν ὑμετέρων ψηφισμάτων ἀλλ' οὐδὲ τὸ μικρότατον φροντίζουσιν (G. *bekümmern sich DOCH auch nicht im geringsten*

um eure Schlüsse.) Neque vero pleonasmum in hac particula agnoscimus Aristoph. Nub. v. 1367. ubi Strepsiades ait: ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι. Ibi enim ἀλλὰ inservit adhortationi. (G. *denn befahl ich ihm, er sollte DOCH— mir etwas aus dem Æschylus hersagen.*) Sic v. 1372. σὺ δ' ἀλλὰ τούτων λέξον τι τῶν νεωτέρων. *Quin tu mihi recentiorum horum aliquid recita.* (G. *Nun so sage mir doch wenigstens etwas aus der neuen Dichter Werken.*) Denique apud Xenoph. Anab. I. 3, 3. ubi Clearchus ait, se mille Daricos a Cyro accepisse, οὓς ἐγὼ λαβὼν οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων; *quos posteaquam accepi, non in meos usus reposui, NEQUE VERO voluptatibus insumsi, sed in vos impendi.*]

ΑΛΛΑ ΓΑΡ.

I. Junguntur sæpissime hæ particulæ, quarum altera præcedentibus aliquid opponit, vel saltem diversum quid ponit; altera ejus oppositionis causam affert: fitque hoc explicite, vel implicite. Explicite quidem, cum diserte et oppositio et causa additur admissa tantummodo verborum transpositione, qui frequens est particulæ γὰρ usus, ut res, cujus causam infert, contra naturalem ordinem sequatur. Exemplum habet Euripides Phœniss. v. 1318.

ΑΛΛΑ ΓΑΡ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας λόγους.

Structura verborum propria hæc est: Ἀλλὰ παύσω τοὺς λόγους. *Sed mittam hæc loqui.* Additur ratio: Λεύσσω γὰρ Κρέοντα στείχοντα. *Nam video Creontem advenientem.* Et Plato in Phædro p. 228. [ed. Bip. T. X. p. 282.] Εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. ΑΛΛΑ ΓΑΡ οὐδέτερά ἐστι τούτων. Εὖ οἶδα, ὅτι etc. Tu construe: Ἀλλ' οὐδέτερά ἐστι τούτων. Εὖ οἶδα γὰρ, ὅτι etc. i. e. *Si ego Phædrum ignoro, mei quoque ipsius oblitus sum. Sed neutrum horum est; nam probe scio.* Dein sequitur consuetudinis Phædri descriptio. [Latini quidem pro ἀλλὰ γὰρ dicere possunt uno tenore, *sed enim; at enim;* verum Germanorum consuetudo id non fert; adeoque ἀλλὰ γὰρ vel simpliciter redditur *doch;* vel *doch—denn;* aut *aber—denn;* ita ut quævis harum particularum suo loco ponatur. Ita v. c. exemplum Euripideum ita vertendum: *Doch ich muss abbrechen, denn da seh' ich den Kreon—herkommen:* Platonicum vero sic: *Sollte ich den Phædrus nicht kennen, so müsst' ich mich selbst vergessen haben. Aber es ist weder das eine noch das andre. Denn ich weiss wohl etc.* Interdum diserte sequitur propositio causalis, ita ut γὰρ repetatur. v. c. Xenoph. rep. Lac. c. 10. ΑΛΛΑ ΓΑΡ, ὅτι μὲν παλαιότατοι οὗτοι οἱ νόμοι εἰσὶ, σαφές· ὁ γὰρ Λυκοῦργος κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας λέγεται γενέσθαι.]

II. Sed non semper æque clare utriusque particulæ vis perspici-

Digitized by Google

tur, quæ tamen semper implicite latet, et quidem trifariam. Vel primo ipsi oppositioni, sivi objectioni vis causativa inest, cujus signum est ὁ γὰρ, ut apud Pind. Pyth. IV. 56. ubi, postquam dixisset, Eurypylum hospitibus apparuisse, benigneque eos compellavisse, ut qui solerent ad convivium invitare, ita pergit: ἀλλὰ γὰρ νόστε πρόφασις γλυκερῦ κώλυε μεῖναι; quod si simpliciter vertimus: *sed dulcis reditus opportunitas vetuit manere,* superfluum esse videtur τὸ γὰρ, cujus tamen vis causativa perspicitur in vocibus νόστε γλυκερῦ πρόφασις. Simplex enim adversatio talis esset: ἀλλ' ἐκωλύοντο μεῖναι. Nunc γὰρ fungitur officio τῦ διὰ, et mutata verborum structura egregie utriusque particulæ vis apparebit: Ἀλλὰ ἐκωλύοντο μεῖναι διὰ νόστε γλυκερῦ πρόφασιν. Ejusmodi constructio explicationis fere indiget. Latinorum *sed enim* sic usurpatur Ovid. Metam. VI. 152. Virg. Æn. VI. 28. [Xenoph. de Lac. rep. c. VIII. Ἀλλὰ γὰρ, ὅτι μὲν ἐν Σπάρτῃ μάλιστα πείθονται ταῖς ἀρχαῖς τε καὶ τοῖς νόμοις, ἴσμεν ἅπαντες. *Enimvero Spartæ homines magistratibus et legibus maxime obedientes esse, scimus omnes.* q. d. ἀλλὰ ὅτι μὲν ἐν Σπ.——σαφὲς, τοῦτο ΓΑ`Ρ ἴσμεν ἅπαντες.]

III. Vel ex præcedentibus aliquid est repetendum; ut ap. Plat. de Rep. lib. II. p. 366. ubi de fucata justitia disputans objectioni cuipiam, injustos peccata sua lucrantes impune abire, occurrit: Ἀλλὰ γὰρ ἐν ᾅδε δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν ἢ αὐτοὶ, ἢ παῖδες παίδων; ubi post ἀλλὰ supple ἐκ ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν, ut sit sensus: *Sed non impune feremus, nam apud inferos pœnas dabimus eorum, quæ injuste fecerimus vel ipsi nos, vel liberorum liberi.* [G. *Nun so ganz doch nicht; denn wir werden in der Unterwelt gestraft werden etc.*]

[Vel ex consequentibus intelligitur causa, quam denotat γάρ. Huc pertinet exemplum Xenoph. Memorab. II. 1. 17. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ Σώκρατες, οἱ εἰς τὴν βασιλικὴν τέχνην παιδευόμενοι, ἣν δοκεῖς μοι σὺ νομίζειν εὐδαιμονίαν εἶναι, τί διαφέρουσι τῶν ἐξ ἀνάγκης κακοπαθέντων, εἴ γε πεινήσουσι, καὶ διψήσουσι, καὶ ῥιγώσουσι, καὶ ἀγρυπνήσουσι, καὶ τἄλλα πάντα μοχθήσουσιν ἑκόντες; quod idem est ac si diceretur: Ἀλλ' οἱ εἰς τὴν β. τ. παιδευόμενοι—οὐκ εἰσιν εὐδαιμονέστεροι ἐκείνων. τί ΓΑ`Ρ διαφέρουσι etc.]

IV. Vel tertio extrinsecus est aliquid supplendum, ut apud Aristoph. Acharn. v. 738. Megarensis mercator rogat puellas, num venire malint, quam esurire; *venire* respondent illæ. Tum ille; *Sed quis ita insanit, qui vos emat, certissimum sibi damnum?* cui scrupulo ipsemet occurrit ita:

Ἀλλ' ἔστι γάρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά.

Sed enim Megaricum habeo machinamentum. [G. *Doch was thuts? Hab' ich doch etc.*] Ubi post τὸ ἀλλὰ supple οὐδὲν χαλεπόν. q. d. *sed nihil periculi est; nam est mihi etc.* Similiter Hom. Il. Φ. 581.

Οὐκ ἔθελεν φεύγειν, πρὶν πειρήσαιτ' Ἀχιλῆος.
Ἀλλ' ὁ γὰρ ἀσπίδα μὲν πρόσθ' ἔσχετο πάντοσ' ἴσην.

Digitized by Google

ubi post ἀλλὰ intellige ἀντέστη, i. e. *noluit fugere, priusquam periculum fecisset Achillis. Sed sese opposuit; nam clypeum prætendebat undique æqualem.* Tale est *sed enim* ap. Virg. Æn. II. 163. item *at enim* ap. Ter. Heaut. IV, 3. 21. quos vide.

[Sic Cyrop. VII. 1. de usu camelorum: καὶ χρήσιμον μὲν ἔδοξεν εἶναι· ἀλλὰ γὰρ οὔτε τρέφειν οὐδεὶς ἐθέλει καλὸς κἀγαθὸς κάμηλον, ὥστ' ἐποχεῖσθαι, οὔτε μελετᾷν, ὡς πολεμήσων ἀπ' αὐτῶν. ubi recte Zeunius V. C. observat, ἀλλὰ γὰρ reddi quidem latine posse *veruntamen*, sed, si rem subtiliter consideres, intelligi, post ἀλλὰ omissam esse sententiam hoc sensu: *SED usus camelorum ille est sublatus, NAM nec etc.*]

V. Inveniuntur et aliæ voces inter ἀλλὰ et γὰρ interpositæ, non tantum apud poetas, apud quos metrum hoc jubere dicas, sed et in oratione soluta; ut Xenoph. Cyrop. II. 1. 13. ubi postquam ex homotimis quispiam dixerat, fore ut fortasse videatur mira dicere, si Cyro suaderet, ut pro militibus verba faceret, subdit: ἀλλὰ γινώσκω γὰρ, ὅτι οἱ τῶν ἱκανωτάτων καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν λόγοι, οὗτοι καὶ μάλιστα ἐνδύονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων; ubi post ἀλλὰ supple οὐκ ἔστι θαυμαστὰ, γινώσκω γὰρ etc. Sic sensus erit: *Sed non adeo hoc mirum est; nam scio, orationem illorum, quibus et benefaciendi et nocendi maxima est facultas, in auditorum animis valere plurimum.* Apud Aristoph. Acharn. v. 594. Dicæopolis Lamachum vocaverat mendicum, ad quod ille: Ἐγὼ γάρ εἰμι πτωχός; *nam ego sum mendicus?* Tum Dicæopolis: Ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ; *Sed enim quis es?* [G. *Nun was bist du denn?*] Si non mendicus erat, ergo alius a mendico, cujus diversitatis index est ὁ ἀλλὰ, ratiocinationis ὁ γάρ. At cum ignoret, quis ergo, hinc interrogat, *quis es?* atque ita utraque particula egregie fungitur officio suo.

VI. In prima acceptione, ubi explicite oppositio, ejusque ratio disertis verbis additur, observandum, si oppositio præcedit, cui præfigitur ἀλλὰ γὰρ, et ratio sequitur, tunc hanc sua quasi particula destitutam suffulcire ipsius vicem explentem particulam δέ. Ita intelligo Herodotum I. 146. ubi de Ionibus loquens ita scribit: Βασιλέας δὲ ἐστήσαντο οἱ μὲν αὐτῶν Λυκίους ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας, οἱ δὲ Καύκωνας Πυλίους ἀπὸ Κόδρου, τοῦ Μελάνθου, οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρους. Ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ ὀνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων· ἔστωσαν ΔΕ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. *Reges sibi constituerunt partim Lycios, e Glauco Hippolochi filio oriundos, partim——ex utrisque. Sed nomen Ionum præ ceteris sibi vindicant.* Sequitur causa, cur jure hoc faciant: *Nam sunt et hi genuini Iones.* Ubi ἀλλὰ particula opponit τῷ στήσασθαι ἀλλοφύλους βασιλεῦς τὸ περιέχεσθαι ὀνόματος Ἰώνων, cujus oppositionis ratio additur: ἔστωσαν καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες, quæ verba quia longius a γὰρ remota sunt, ejus vice fungitur δέ. Patet hoc clarius, si utrique particulæ suus locus datur hoc modo, Ἀλλὰ περιέχονται τοῦ ὀνόματος, ἔστωσαν γὰρ etc. Perspicue Plato in Phædr. p. 261. [Ed. Bip. T. X. p. 353.] postquam mentionem injecerat Gorgiæ, Thrasymachi, et Theodori Phædrus, respondet Socrates: Ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐῶμεν· σὺ δ' εἰπὲ, ἐν

Digitized by Google

δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; quæ sic ordinanda: Ἀλλὰ σὺ εἰπὲ, τί δρῶσιν etc. ἴσμεν γὰρ τούτους.

ΑΛΛΑ ΓΕ.

I. Ubi opus est generaliorem sententiam ad magis specialem διαφόρως aut ἐναντιωματικῶς restringere, particulæ ἀλλὰ subjicitur γε, de cujus potestate imminuendi sive limitandi suo loco pluribus dicam. Primo contemplabimur particulæ ἀλλὰ, diversum quippe significantis, cum particula γε, naturalem vim servante, notionem. Et hujus quidem copulæ maximus tunc usus est, quum, præmissis quibusdam levioribus, in graviori quopiam dominatur, et quasi exultat oratio, ubi, quæ sequuntur, referuntur quidem ad ea, quæ præcedunt, omnia, sed maxime tamen iis respondent, quibus ἀλλά γε præfigitur. Sic ap. Aristoph. in Nub. v. 400. de Jove fulminatore:

Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ᾽ οὐχὶ Σίμων᾽ ἐνέπρησε,
Οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον, καίτοι σφόδρα γ᾽ εἰσ᾽ ἐπίορκοι·
ΑΛΛΑ τὸν αὐτοῦ ΓΕ νεὼν βάλλει—

sed suum ipsius quidem templum ferit. Strepsiades, ex fulmine, quo Jupiter perjuros plectit, argumento deducto, ostendit, Jovem esse Deum. Cui hoc modo occurrit Socrates: si Jupiter perjuros ferit, cur Simonem, neque Cleonymum, neque Theorum, qui vel maxime sunt perjuri, igni non percussit; vel, si hoc damus, Jovem perjuris aliquando parcere, at certe non debet propriam ædem ferire. Ubi ὁ ἀλλὰ opponit τὸ τὸν Δία Σίμωνα οὐκ ἐμπρῆσαι καὶ τὸν αὐτοῦ νεὼν βάλλειν et ὁ γὲ, priori argumento quasi leviori neglecto, gravius infert. Sic Aristot. de Rep. lib. I. p. 182. Τῶν δ᾽ ἀγρίων, εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ τά γε πλεῖστα τῆς τροφῆς καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν. *Ex feris animantibus, si non omnia, at certe plurima alimenti aut alius subsidii causa nata sunt.* Plat. Phædr. p. 268. dixerat Phædrus: οὗτοι καταγελῷεν ἄν. *Hi deriderent.* Concedit illud generale καταγελῷεν ἂν Socrates utcumque, sed restringit ad speciale, dicens: Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἀγροίκως γε, οἶμαι, λοιδορήσειαν. *At saltem non rustice increparent.* [G. *aber sie würden doch wenigstens nicht so grob schimpfen*].

III. Utriusque igitur particulæ notio principalis servatur. Nam ἀλλὰ præcedentibus adversum quid ponit, quam adversitatem adjuncta particula γὲ pro vi sua μειωτικῇ mollit, et fit locutio elliptica, quæ patet ex verbis viatorum, qui vicum Emmaum petebant, Lucæ XXIV. 21. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. ΑΛΛΑ ΓΕ σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ᾽ οὗ ταῦτα ἐγένετο. Sensus: *Nos autem speravimus, ipsum fore, qui redemturus esset Israelem; sed* (nondum id liquet) *hic certe est tertius dies præter hæc omnia, ex quo hæc facta sunt.* Is qui loqui-

tur veretur labantem fidem prodere, quare non tantum reticet τὸ οὐ φαίνεται, sed et hanc oppositionem mitigat argumento a longo tempore petito, cujus mitigationis indicium est particula γέ. [q. d. G. *aber freilich ist denn nun heute schon der dritte Tag etc.*]

IV. At earundem particularum obscurior est intellectus, cum nihil præcedit, quo referatur, sed omnia extrinsecus sunt arcessenda, ut in illo Æliani V. H. I. 32. ubi Sinæta Artaxerxi ex improviso obvius, nec in præsentia habens, quod more patrio regi offerret, dicitur οὐχ ἔχειν ὅ τι χρήσηται τῷ παρόντι, ἡττηθῆναι τῶν ἄλλων Περσῶν μὴ φέρων, μηδὲ ἄτιμος δόξαι τῷ μὴ δωροφορῆσαι βασιλέα, i. e. *quid ageret non habuisse, nec ferens, ab aliis Persis superari se, aut quod donum regi non obtulisset, infamem fieri;* quibus verbis mox addit: 'ΑΛΛ' οὗτος ΓΕ πρὸς τὸν ποταμὸν τὸν πλησίον παραῤῥέοντα ἐλθὼν σὺν σπουδῇ etc. ubi ἀλλὰ posset quidem referri ad illud superius οὐκ ἔχει ὅ τι χρήσηται τῷ παρόντι· cui respondet ἀλλ' ἐλθὼν πρὸς τὸν ποταμόν· et τὸ γὲ ad superius δωροφορῆσαι, ita ut imminuendo restringat τοῦ δωροφορῆσαι significatum, q. d. si non donum rege dignum, at saltem quia aliud præsto non erat, neque res patiebatur lentum consilium, aquam obtulit utraque manu ex proximo flumine haustam; sed additum pronomen οὗτος suspicionem habet latentis ellipseos, quæ ita suppleri possit. Ὅτι ἂν ἄλλος ὀκνήσειε μὴ ἔχων ἄξια δοῦναι, ἀλλ' οὗτος, καίπερ ἱκανὰ μὴ ἔχων, πρὸς τὸν ποταμόν γε τὸν πλησίον ἐλθὼν, καὶ ἀρυσάμενος τοῦ ὕδατος etc. Sic τὸ ἀλλὰ respondebit absenti ὀκνήσειε, τὸ 'ΟΥΤΟΣ τῷ ΑΛΛΟΣ, et τὸ 'ΥΔΑΤΟΣ ΓΕ τῷ ΑΞΙΑ. Nec infrequens hujusmodi est ellipsis, quæ etiam mox recurrit cap. 34. ubi de patre filium pravum ad judices trahente ita narrat: Τὰ μὲν πρῶτα ἐπειρᾶτο αὐτὸν ὁ πατὴρ παιδεύειν, καὶ ῥυθμίζειν λόγῳ· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείθετο, τῶν δικαστῶν τῶν περιχώρων ἀφικομένων, ἔνθα ᾤκει ὁ τοῦ νεανίσκου πατὴρ. ΑΛΛ' ΕΚΕΙΝΟΣ ΓΕ συλλαβὼν τὸ παιδίον πρὸς τοὺς δικαστὰς ἤγαγεν. i. e. *Primum conatus est eum pater instituere, et ratione ipsius mores componere: ubi vero non obtemperavit, judicibus provincias obeuntibus, ubi adolescentis pater habitabat,* (supple: *quicquid alius tergiversaretur filio parciturus*) *ille vero comprehensum filium ad judices traxit.* [G. *nun so nahm ihn denn der Vater etc.*]

[Post omissam oppositionis formulam interdum ponitur ἀλλά γε, quæ ex contextu supplenda est: v. c. ap. Demosth. Olynth. III. p. 37. 18. ed. Reisk. ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν, ἐθελήσητε στρατεύεσθαι—ubi ellipsin recte declarat Reisk. per ἅπερ οὐκ ἄλλως, ἀλλὰ νῦν γε. (G. *wenn ihr nud ABER DOCH WENIGSTENS noch von izt an—wolltet.)*]

V. Sic quidem videmus, utramque particulam constanter officio suo fungi, nec umquam alterutram omnino otiosam esse probari poterit, quamquam id efficere conatus est Devarius ex Homeri Il. A. 83.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.

Digitized by Google

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει χόλον, ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.—

ubi ὁ ἀλλὰ opponit inter se, illud: αὐτῆμαρ χόλον καταπέψῃ, et hoc: ἔχει, ὄφρα τελέσσῃ. Particula autem γε concedit aliquatenus præcedentia, sed magis urget sequentia, quare hic fere sensus erit: *ut maxime aliquis contendat, reges iram concoquere, at certe postea redeunte iræ memoria, servatam pectore revocant etc.* [G. *denn wenn er nun auch—so behält er denn doch wol seinen Groll etc.*] Utriusque igitur particulæ propriam vim agnoscere Devarius h. l. debebat. Imo tantum abest, ut alterutrum otiosum sit, ut, ubi non additur, intelligendum esse videatur. Sic illud Demosthenis, εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε, pro ἀλλὰ μέρος γε dictum putes; opponuntur enim ὅλον et μέρος. Atque ita ἀλλά γε ejusdem sunt potestatis apud Græcos, cujus apud Latinos, *at certe, at saltem;* v. c. ap. Cic. de Orat. lib. II. cap. 16.

VI. Metri gratia fit transpositio ap. Sophocl. Electr. v. 412. ubi plane ἀποστατικῶς·

Ὦ θεοὶ πατρῷοι, συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν.

At nunc adeste, o Dii patrii. Intellige extrinsecus: εἴποτε, *si umquam, at nunc saltem adeste.* Τῷ εἰ respondet ὁ ἀλλὰ, et τῷ ποτὲ respondet νῦν, quod limitat ὁ γέ.

ΑΛΛΑ ΔΗ.

I. Particularum ἀλλὰ δὴ frequentissime invenitur copula in adhortationibus; nec tamen ideo alterutram abundare dixeris. Ἀλλὰ pro sua natura a præcedentibus aliquid ponit diversum; et δὴ particulæ potestas est rem peragendam urgere neque differre, ut infra ostenditur. Ita Phædrus ap. Plat. Phædr. p. 228. [ed. Bip. T. X. p. 287.] postquam diu dissimulaverat se orationem Lysiæ, de qua inter ipsum et Socratem sermo erat, secum portare, idque Socrates suspicatus rogaverat, ut ostenderet, quid sub veste conditum haberet; deprehensus alter ait: *De spe me depulisti, Socrates:* Ἀλλὰ ποῦ δὴ βούλει καθιζόμενοι ἀναγνῶμεν; [G. *Aber höre, wo wollen wir denn nun uns hinsetzen und lesen?*] Q. d. *Sed satis de his: nunc alia agamus; ubi vis nos consideamus et legamus?* Ita ἀλλὰ δὴ particulæ junctæ diversæ cujuspiam rei ab ea, quæ precedit, desiderium indicant. Sic Euthyphro apud Platonem init. cognito Socratis accusatore Melito, quasi ad aliud properans, et misso accusatore, ipsam accusationem, quæ tandem esset, cognoscere ardens, ita inquit: ΑΛΛΑ ΔΗ τίνα γραφήν σε γέγραπται; *sed nunc,* sive, *sed age, quam accusationem adversus te instituit?* Alius est locus Plat. de Rep. lib. II. p. 365. quo Budæus et Vigerus frustra probare conati sunt,

Digitized by Google

particulam ἀλλὰ δὴ interrogationis notam habere. Verba sunt: ἀλλὰ δὴ θεὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν.? *At deos profecto neque latere neque cogere quis potest.* [G. *Nun aber kann Niemand etc.*] Dixerat is qui loquitur, dari lenocinia, quibus aliquis utens homines fallere possit, quibus verbis subjungit πρόληψιν, cujus ὑποφορὰν habet ἀλλά, quam confirmat particula δή.

II. Nonnunquam interpositione aliarum vocum disjunguntur, ut in illo Sophocl. Antig. 163. ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας—χωρεῖ. [G. *Doch da kömmt ja schon der König etc.*] *verum age, nam rex —procedit.* Et ap. Plat. Phædr. Ἀλλὰ πῇ δή; *Sed qua tandem ratione?* [G. *aber wie denn nun?*]

ΑΛΛ' Η.

I. Ἀλλ' ἢ verbatim *sed vel*, in propria hac notione invenitur apud Theogn. v.485. Μὴ πῖν' οἶνον ὑπερβολάδην, ἀλλ' ἤ, πρὶν μεθύειν, ἐπανίστασο, ἢ παρεὼν μὴ πῖνε. *Ne bibas vinum ultra modum, sed vel surge, priusquam inebrieris, vel, si ades, ne bibe.*

II. Sed non semper tam facilis est harum particularum intellectus, ut mox patebit, quum redditur, *nisi, quam quod, præterquam quod;* et sic exponitur tamquam vox formalis, cujus utraque pars constituentium deposita naturali potestate in conjunctione tertiam assumat; id quod non temere admittendum est. Ex gemina particulæ ἤ, quæ vel disjunctiva est, vel electiva, gemina nascitur τοῦ ἀλλά expositio: si enim electiva vis adhibetur, tunc ἀλλά nomen est ex ἄλλο per apocopen mutilatum, et totum hoc ἀλλ' ἢ generaliorem negationem exceptive imitat. Idque triplici ratione ostenditur.

III. Primo, quia hæc expositio optime quadrat, ut apud Platon. in Phædr. p. 231. [ed. Bip. T. X. p. 288.] οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως. Nihil aliud reliquum est, quam alacriter perficere. [G. *Es ist nichts übrig, als nur etc.* Ubi pro οὐδὲν ἀλλ' ἢ potuisset dicere οὐδὲν ἄλλ' ἢ et primo generaliter negatur quidquam superesse, mox tamen excipitur illud ποιεῖν προθύμως.

IV. Secundo confirmatur hæc expositio iis locis, ubi ex accentu planum est, et pro ἀλλ' ἢ scribitur ἄλλ' ἤ, ut ap. Plat. Sophist. p. 225. Οὐδὲν ἄλλ' ἢ τὸ χρηματιστικὸν γένος ὁ σοφιστής. *Nihil aliud sophista est, quam hominum genus faciendæ rei deditum.*

V. Denique ex nominis ἄλλος variato genere locutionis naturam quis cognoscat; nam ἄλλον ἢ dicit Herodotus, ubi ἀλλ' ἢ dicere posset. Vid. eum in Thalia c. 37. Ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων ἱρόν, ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι ΑΛΛΟΝ γε ἢ τὸν ἱρέα. *Ingressus et est* (Cambyses) *Cabirorum templum, in quod nemini fas est ingredi nisi sacerdoti.*

Digitized by Google

VI. Constat eadem ratio, ubi pro negatione præcedit interrogativum τί. Ut ap. Plat. Phædr. p. 258. [ed. Bip. T. X. p. 347.] Τίνος ἕνεκα ἄν τις ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα; Pro τίνος ἄλλου ἕνεκα ἤ. *Cujus rei gratia vivat aliquis nisi propter hujusmodi voluptates?*

VII. Has ob causas palmam mereri hæc expositio videtur; sed dantur loca, ubi commode redditur *nisi*, ut Aristoph. Acharn. 1110.

ΛΑ. Τὸ λοφεῖον ἐξένεγκέ μοι τριῶν λόφων.
ΔΙ. Κἀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.
ΛΑ. ΑΛΛ' Η τριχόβρωτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον.
ΔΙ. ΑΛΛ' Η πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι.

La. Thecam effer mihi trium cristarum. Di. Et mihi catillum da leporinarum carnium. La. Nisi crinivori cristas meas comederint. Di. Nisi ante cœnam farcimen comedam. Ubi neque ἀλλ' ἢ poni potest pro ἄλλο ἢ neque τὸ ἢ esse electivum. Dicamus igitur, conjunctionem ἀλλὰ vim habere quodammodo ἐπανορθωτικήν, ἢ autem disjunctivam, totamque locutionem esse ellipticam, et præcedentia esse repetenda. Sic ap. Aristoph. Lamachus dixerat: *Cedo mihi cristas.* Mox quasi reputans, potuisse eas esse comestas, corrigit suum hoc tumultuarium mandatum, adjiciendo ἀλλὰ, et quasi emendata jubendi ratione dicit: ἢ τριχόβρωτες κατέφαγον, ἤ μοι ἐξοίσεις· vel *crinivori comederunt*, vel *efferres mihi*, i. e. *nisi comederunt.*

VIII. At ubi præcedit nomen ἄλλος aut ἕτερος, τὸ ἀλλὰ videtur generaliorem h. e. διαφορικὴν potestatem exercere magis, quam ἐπανορθωτικήν, cum simili verborum repetitione; ut in illo Platonis Phædon. οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖν προσήκειν ἀνθρώπῳ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἢ τὸ ἄριστον καὶ τὸ βέλτιστον. *Nihil aliud prospiciendum esse homini, et de se ipso, et de aliis, quam quod sit præstantissimum et optimum.* Si admittimus ellipsin, ἀλλὰ potest servare vim διαφορικήν, et ἢ διαζευκτικήν, ita ut integrum sit, ἀλλ' ἢ τὸ ἄριστον, ἢ οὐδέν.

IX. Idem judicandum, si pro negativo interrogativum præcedit, ut in illo Platonis Apol. Socr. p. 34. Τίνα ἄλλον λόγον ἔχουσι, βοηθοῦντες ἐμοί, ἀλλ' ἢ ὀρθόν τε καὶ δίκαιον; quæ, si interrogativam sententiam in negativam mutamus, ita possunt explicari: *Aut recta et justa ratione mihi opitulantur aut nulla.* Hæc ut rite intelligantur, sciendum est, qua occasione hæc verba proferantur. Accusabatur ab Anyto et Melito Socrates corrupisse falsa doctrina ingenuos adolescentes. Defendens se Socrates dicit: *Si illi, quos in meam sententiam adduxi, me defenderent, posset inveniri ratio, qua ducti mihi opitulentur: sed nunc, quum illi, qui a me opinione dissentiunt, et quorum liberi, ut aiunt Anytus et Melitus, mea doctrina sunt corrupti, mihi opitulentur, qua alia ratione ducuntur, nisi recta et justa?* Hæc autem interrogatio Græcis verbis ita exprimitur, q. d. *qua alia*

Digitized by Google

ratione ducantur, sed aut recta et justa, aut nulla; quæ quidem ratio loquendi ab auribus Latinorum et nostris abhorret, sed tamen idonea est ad vim particulæ ἀλλ' ἢ hoc loco declarandam.

X. Ast ubi ἢ repetitur, nulla ellipsi opus est, exercetque diserte vim disjunctivam, ut 2 Cor. I. 13. Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἀναγινώσκετε, ἢ ἐπιγινώσκετε. *Non enim alia vobis scribimus sed quæ vel legitis, vel agnoscitis.*

XI. Utque constet, generaliorem hanc particularum ἀλλ' ἢ esse explicationem, quæ omnes usus complectitur, referri huc possunt et ea, quæ modo de exceptiva generalioris negationis limitatione dicta sunt. Sic illa Platonis verba superius allata hoc modo possunt resolvi: Οὐδὲν ὑπολείπεται· ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως, ἢ ἐᾶν. Vis disjunctiva patet, si dicas: *aut hoc, aut nihil aliud agendum relinquitur.*

XII. Quæritur, an ἀλλ' ἢ accipiatur pro ἀλλὰ μόνον. Docet hoc Devarius: an satis recte, equidem nescio. Facile est ad quamlibet particulæ obscuritatem confugere ad sensum, qui maxime quadret, et ad genium alterius linguæ; quod ut concedamus interpreti, ei vero, qui particularum naturam exponit et docet, non item. Verba, quæ ex Aristophanis Pace profert, sunt subobscura, v. 475.

> Οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι
> Ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων.

Credo, hæc verba οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν per se esse spectanda, tanquam parenthesi inclusa, et jungenda esse οὐδ' ἀλλ' ἢ ex superiori doctrina; et reddo: *Neque olim Argivi (hi certe nequaquam* trahebant) *aliud quicquam quam miseros deriserunt.*

[Enim vero multo mollius et facilius est, hæc ita explicare, ut Ἀλλ' ἢ elliptice positum esse dicamus pro ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἐποίουν ἤ. Sic sensus erit, puncto post εἷλκον, ut recte Brunckius distinxit, posito: *Ne hi quidem traxerunt. Dudum Argivi nihil aliud quam miseros deriserunt.*]

XIII. Verum quid vult ἢ post ἀλλὰ, quando neque negativum, neque interrogativum præcedit? ut ap. Lucian. Tyrannicid. prop. fin. Ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον.

[Hic recte quidem Hoogeveenus observat, hoc esse i. q. *mortuus essem dumtaxat ut tyrannus, sed et putans habiturum me vindicem;* verumtamen haud satis dilucide vim hujus particulæ explicat. Est vero eadem illa ellipsis, quam supra notavimus; et ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον idem est quod ἀλλ' οὐκ ἄλλως ἢ ὡς τύραννος μόνον. Eodem modo exponendus est alter locus ab Hoogeveeno allatus, Plat. Phædr. p. 261. (ed. Bip. X. p. 352.) ubi Phædrus dixerat: (ἡ ῥητορικὴ τέχνη) περὶ τὰς δίκας λέγεται καὶ γράφεται· λέγεται δὲ καὶ περὶ τὰς δημηγορίας· ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα. *(Ars oratoria) dicitur et scribitur in judiciis versari: dicitur et in concionibus: ultra* sive *amplius vero*

Digitized by Google

non audivi. Tum Socrates: Ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορός τι καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντι συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας; ubi ἀλλ' ἢ μόνον est i. q. ἀλλ' οὐκ ἄλλο ἢ μόνον. Sensus: *An Nestoris duntaxat,* (vel: *an nihil aliud quam Nestoris tantum) et Ulyssis artes in orationibus occupatas audivisti, quas ad Ilium per otium conscripserunt, et de Palamedis orationibus nihil audivisti?*]

[XIV. Ceterum ἀλλ' ἢ distinguendum est ab ἀλλ' ἦ, quod pro duplici particulæ ἦ significatione duplicem quoque sensum admittit. Modo enim significat *Profecto vero;* modo *Num vero.* (Quamquam Cl. Valckenaer ad Hippolyt. Eurip. p. 264. nescio quam ob causam, si directa oratio sit, scribendum putat ἀλλ' ἦ.) Interrogandi formula est in his, ab eodem adductis: Ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε ἄληφε; *Num vero dolor te occupavit?* Xenoph. Symp. I. 15. Item Soph. Electr. v. 879. Ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα; *Num vero insanis, o misera? (Aber sage mir, bist du rasend?)* Affirmandi formula est in Eurip. Alcest. v. 819. ed. Barn. ἀλλ' ἦ πέπονθα δείν' ὑπὸ ξένων ἐμῶν. *At profecto indignis modis acceptus sum ab hospitibus meis.* Bachius ad l. c. Xenoph. existimat, ἀλλ' ἦ quoque interrogare. Sed potius, ubi sic poni videtur, interrogatio aliunde, non ex propria vi particulæ pendet. Ut l. c. Callias dixerat: τί τοῦτ', ὦ Φίλιππε, ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε ἄληφε; hic si legamus ἀλλ' ἤ, non ἀλλ' ἦ, ita potius vertendum est: *Quid hoc est, Philippe? Nisi vero te dolor aliquis occupavit.*]

ΑΛΛ' ΗΤΟΙ.

I. De natura ac potestate particulæ ἤτοι fusius dicam: hic brevis erit labor ostendere, quem usum præbeant congregatæ ἀλλ' ἤτοι apud poëtas frequentem. In his igitur ἀλλὰ διαφορικὸν diversum quid ponit a præcedentibus, et τοὶ βεβαιωτικὸν urget sequentia ut prioribus potiora; ἢ præfixum τῷ τοὶ notat μερισμὸν, quare fere sequitur oratio δίκωλος, famulantibus particulis μὲν et δέ. Totum itaque ἀλλ' ἤτοι damnatis superioribus diversum proponit, quod potius sequendum. Hæc omnia concurrunt in oratione Nestoris Hom. Il. ι. 65.

> Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
> Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου, ὀκρυόεντος.
> Ἀλλ' ἤτοι νῦν μὲν πειθώμεθα νυκτὶ μελαίνῃ,
> Δόρπα τ' ἐφοπλισόμεσθα· φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι
> Λεξάσθων παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός.

Sine tribu, sine lege, sine lare est ille, quisquis bellum amat domesticum cruentum. Sed potius nunc quidem pareamus nocti nigræ cœnasque instruamus, custodes vero singuli incubanto ad fossam extra muros. Hic ἀλλὰ opponit bello convivia; τοὶ urget posterius; ἤ, sequentibus μὲν et δὲ, μερισμοῦ aliquam habet notam, nempe: nos cœnam instruamus, et vigilanto interim custodes; denique totum

Digitized by Google

illud ἀλλ' ἤτοι, damnatis belli calamitatibus, proponit potiora sequenda, nempe convivia et necessarias excubias.

II. Est ubi præmissa negliguntur, quæ tamen tacite sensui insunt: ut apud eundem Il. Φ. 372. ubi Xanthus fluvius apud Junonem queritur de vi sibi a Vulcano illata, quod Achilli grave malum intulerat. *Cur filius*, inquit, *tuus adeo furiose me premit? non enim tam tibi sum in culpa, quam alii Dii, qui Trojanis opem ferunt.* Tum addit:

> Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι, εἰ σὺ κελεύεις.
> Παυέσθω δὲ καὶ οὗτος.

Hic tacite damnat factum suum; q. d. Hactenus Achillem tuum misere oppressi, ἀλλ' ἤτοι etc. *Sed age potius desistam, si tu jubes; desistat modo et hic.* [G. *Aber genug, wenn du befiehlst, so will ichs bleiben lassen.*]

III. Interdum levior est damnatio seu correctio superioris sententiæ: ut in verbis Minervæ ad Achillem Il. Α. 211.

> Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.
> Ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.
> Ὧδε γὰρ——
> ——σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν.

Prior generalis est admonitio: *desiste a contentione, neque gladium stringe.* Mox distinctius agens, et levius malum concedens, ut gravius evitetur, subdit: *At si tamen ita volueris, verbis quidem potius contende: sed inhibe te, et mihi obedi.*

IV. Ex hoc usu sponte fluit alter, seu mavis eum comitatur, nempe μεταβατικὸς s. *transitivus*, qualis est apud eundem Il. Α. 141.

> Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις.
> Νῦν δ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν.

Sed de his potius alias deliberabimus: nunc vero age etc. Similiter Ι. 697.

ΑΛΛΑ ΚΑΙ.

I. Additur τῷ ἀλλὰ innumeris locis ὁ ΚΑΙ ἐπιδοτικὸς, nec quicquam habet observatione dignum, quando οὐ μόνον præcedit. Illud vero οὐ μόνον frequenter negligitur; ut in illo Luciani dial. mort. p. 443. Πολλοί γε καὶ ποικίλοι, καὶ πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων καὶ νηπίων· ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀδύρονται. Pro οὐ μόνον ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καί. *Multi quidem et varii, et omnes lacrymantes, exceptis recens natis et infantibus; sed et admodum senes lamentantur.*

Digitized by Google

II. Quod ad usum attinet, adhibetur ἀλλὰ καὶ, ubi minori majus quid additur, quare redditur *quin etiam, imo;* ut ap. eund. dial. mort. XII. ubi Alexander sua facta recensens ait: καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσωμαι· ἀλλὰ καὶ μέχρις Ἰνδῶν ἦλθον. *Et ne tibi res ad Tyrum gestas, neque Arbelis narrem; imo ad Indos penetravi.* [G. *so gar bis nach Indien.*] Sic Latini utuntur τῷ *sed et*, v. c. Sueton. Cæs. c. 75. cap. 9.

III. Elliptice, et ita ut ex præmissis aliquid repetendum sit, Paulus utitur his particulis Rom. VI. 5. IX. 10. 2 Cor. XI. 1.

ΑΛΛΑ ΜΗΝ, ΑΛΛΑ ΜΗΝ ΓΕ, ΑΛΛΑ ΜΗΝ ΓΕ ΚΑΙ, ΑΛΛΑ ΜΗΝ ΚΑΙ.

I. Particularum ἀλλὰ μὴν usus est, ubi quid cum asseveratione infertur, servante utraque particula egregie vim nativam; non male itaque verti possunt: *at certe, at vero.* Ut Aristoph. Acharn. v. 765. ubi rogatus Megarensis, quid venale haberet, respondet, porcas, jussusque ostendere, ait: Ἀλλὰ μὰν καλαί. *At certe pulcræ sunt.* [G. *Sie sind doch gewiss recht schön.*]

II. Hæc particularum vis inferendi et asseverandi ipsas aptat assumtionibus syllogismorum; unde illud potissimum Luciani sub finem Jovis Tragœdi: Εἰ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί· εἰσὶν ἄρα θεοί. *Si sunt aræ, sunt etiam dii; atqui sunt aræ; ergo sunt et dii.*

III. Observandum, has non temere, interjecto tamen vocabulo, sequi particulam γε, quæ vi sua limitandi rationem, vel omnibus concessam, vel ex præmissis legitime deductam firmiter adstruit. Ita argumentatur Socrates ap. Plat. Gorg. p. 498. [T. IV. p. 111. ed. Bip.] ὁμοίως λυποῦνται μὲν καὶ χαίρουσι καὶ οἱ ἄφρονες καὶ οἱ φρόνιμοι, καὶ οἱ δειλοὶ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι παραπλησίως.—Ἀλλὰ μὴν οἵ γε φρόνιμοι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι, ἀγαθοί· οἱ δὲ δειλοὶ καὶ ἄφρονες, κακοί.—Παραπλησίως ἄρα χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί. *Dolent igitur gaudentque imprudentes et prudentes, ignavi juxta et fortes.—Atqui prudentes certe et fortes sunt boni; ignavi vero et imprudentes mali.—Ergo gaudent et dolent æque tum boni tum mali.* Sic particula γε rem pro officio egregie urget, quippe qui totius argumenti cardo est; concesso enim, prudentes et fortes esse bonos, ignavos contra et imprudentes malos, sequitur, malos juxta et bonos dolore et gaudio affici, quia ante probatum erat, prudentes et imprudentes gaudere et dolere. Perinde ac si diceret: *Si quid aliud, hoc certe concedendum est, prudentes esse bonos et contra.*

IV. At citra syllogisticam hanc rationem ἀλλὰ μὴν γε illativam vim habet cum limitatione, ut apud Plat. in Phædon. p. 79. [c. 26. ed. Fischer.] ubi roganti Socrati, utrum anima visibile quippiam sit an invisibile, respondet Cebes, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων γε, *hominibus certe*

Digitized by Google

invisibilis est. Excipit Socrates: Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς γε τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἐλέγομεν. *Atqui nos certe ea, quæ sub oculos cadunt, et quæ non, ad hominis naturam referebamus.*

V. Ceterum ut ἀλλὰ ponitur pro ἀλλὰ καὶ, sic ἀλλὰ μήν γε pro ἀλλὰ μήν γε καὶ in sensu ἐπιδοτικῷ apud eundem in Phædr. p. 240. init. [T. X. p. 306. ed. Bip.] Ubi postquam Socrates dixerat, amatorem amasium parentibus, amicis et cognatis privatum cupere, hæc addit: Ἀλλὰ μὴν οὐσίαν γε ἔχοντα χρυσοῦ, ἤ τινος ἄλλης κτήσεως, οὔτε εὐάλωτον ὁμοίως οὔτε ἁλόντα εὐμεταχείριστον ἡγήσεται. Proprie: *at certe pecuniosum saltem* sive *ad hæc pecuniosum, aliisve possessionibus instructum neque facile capi neque captum facile teneri putabit.*

VI. Hinc earundem particularum usus in mutuis sermonibus, ubi alter plus consentit, quam proposuerat alter. Ut Plat. Theaet. p. 188. [T. II. p. 147. ed. Bip.] Ἀλλὰ μὴν, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γ' οὐδὲν λείπεται περὶ ἕκαστον, πλὴν εἰδέναι, ἢ μὴ εἰδέναι. Ubi plus est in responsione, quam in interrogatione: rogaverat enim Socrates, an non contingat nobis scire et nescire. Consentit alter non tantum, sed et addit, nihil aliud reliquum esse, quam scire et nescire.

VII. Ellipsin particulæ καὶ, sed sine limitante γε supplet Aristoteles Lib. II. de rep. c. 9. Notatis nempe quibusdam in Lacedæmoniorum rep. vitiis hæc superaddit: Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τὴν ἐφορείαν ἔχει φαύλως. *Sed et ea quæ ad Ephororum potestatem pertinent, minus recte se habent.* Similiter Plat. de Rep. lib. V. p. 468. [T. VII. p. 42. ed. Bip.] postquam nonulla dixerat de præmiis strenuorum, addit: ἀλλὰ μὴν καὶ καθ' Ὅμηρον τοῖς τοιοῖσδε δίκαιον τιμᾶν τῶν νέων ὅσοι ἀγαθοί. *Sed et ex Homeri sententia æquum est, quotquot ex juvenibus strenui sunt, tales honoribus augere.*

VIII. Est et ubi γε sequitur post καὶ, interjecta tamen vocula, ut apud Plat. V. de Rep. p. 467. [T. VII. p. 39. ed. Bip.] ἀλλὰ μὴν καὶ μαχοῦνταί γε πᾶν ζῶον διαφερόντως, παρόντων ὧν ἂν τέκῃ. *Sed et pugnabunt cuncta animalia egregie, præsentibus natis.*

IX. Cum ἀλλὰ μὴν asseverationem habeat, adjecta particula που ipsius vim imminuit, convenitque modestius asseveranti, qui suam opinionem, quantumlibet applausu dignam, ab alterius tamen arbitrio suspendit, ejusque assensum elicit. Ita Socrates ap. Plat. Hipp. min. p. 375. [T. III. p. 223. ed. Bip.] Ἀλλὰ μήν που τάς γε τῶν δούλων ψυχὰς κεκτῆσθαι δεξαίμεθ' ἂν μᾶλλον τὰς ἑκουσίως, ἢ τὰς ἀκουσίως ἁμαρτανούσας τε καὶ κακουργούσας, ὡς ἀμείνους οὔσας πρὸς ταῦτα; *At profecto, nisi tibi aliter videtur, servorum animas eas præferamus, quæ sponte peccant, et perperam agunt, quam quæ nolentes, ut ad hæc ministeria aptiores?*

X. Hæ particulæ nonnunquam interrumpuntur, et ubi quid serio negandum est, inter ἀλλὰ et μὴν interponitur οὐ, quod ad ver-

Digitized by Google

bum sequens referri potest; non enim utique τὸ οὐ negat τὸ μήν. Vid. Plat. Theaet. p. 188. [T. II. p. 147. ed. Bip.] Ἀλλ' οὐ μὴν ἅγε τις οἶδεν, οἴεταί που, ἃ μὴ οἶδεν αὐτὰ εἶναι· οὐδ' αὖ ἃ μὴ οἶδεν, ἃ οἶδε. Potuisset dicere: ἀλλὰ μὴν οὐκ οἴεταί που. *At certe quæ quis scit, non credit (opinor) ea esse quæ nescit, neque contra quæ nescit ea quæ scit.*

ΑΛΛ' ΟΥ.

I. Revera in ἀλλ' οὐ negativum οὐ non afficit ἀλλὰ, sed cohæret sequenti parti, quam negat. Sed tribuunt τῷ ἀλλ' οὐ etiam notionem *potius quam*, quæ, si rem attentius consideramus videtur potius congrua versio, quam nova significatio, aut formalis nota, quam a particulis exsulare volumus. Fere ita redditur, quando oratio est interrogativa. Plat. de Rep. lib. V. p. 450. [T. VII. p. 4. ed. Bip.] Τί δαί; χρυσοχοήσοντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους; *Quid? aurum fusuros putas hos nunc huc venisse potius quam sermones audituros?* Tota hujus versionis ratio in eo versatur, quod Latini non dicunt *sed non* in sententiæ διχάλου altera parte, quando interrogant: sed Græci tamen, apud quos ὁ ἀλλὰ servat vim διαφορικήν.

II. Enunciativæ formæ orationem habemus ibid. in ipso libri fine. Τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους, φιλοσόφους, ἀλλ' οὐ φιλοδόξους, κλητέον. *Ergo ii, qui ipsum unumquodque quod revera est, amplectuntur, philosophi, sed non opinionis studiosi appellandi.*

III. Simili idiomate idem Plato ἀλλὰ μὴ dicit, pro ἀλλ' οὐ. Phaedon. c. 49. τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυοῖν πλείω εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπερβάλλειν, φοβοῖο ἂν λέγειν, ἈΛΛΑ ΜΗ πλήθει καὶ διὰ τὸ πλῆθος; καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι, ἈΛΛ' ΟΥ μεγέθει; Ecce quod non ausis reddere *potius quam*, sed ita: *An dicere verearis, decem octo duobus plura esse et propter eandem rationem superare, non vero multitudine et propter multitudinem? Et bicubitale cubitali esse altera parte majus, sed non magnitudine?*

ΑΛΛ' ΟΥΝ, ΑΛΛ' ΟΥΝ ΓΕ.

I. Ἀλλ' οὖν ex ἀλλὰ discretivo, aut adversativo, aut quomodocunque accepto constat, et οὖν collectivo; colligit enim, non tantum ex præcedentibus, sed etiam ex iis, quæ extrinsecus intelligenda sunt. Sic ap. Euripidem in Phœniss. vs. 501. Polynicis defensionem adversus fratrem ita excipit Chorus:

> Ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
> Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.

Digitized by Google

ubi τὸ ὖν colligit ex præcedentibus, Polynicen prudenter dixisse videri, et ἀλλὰ opponit hæc postrema prioribus εἰ καὶ μή. *Etiam si in Græcia non natæ sumus, tamen etc.* [G. *Nun dann, wenn wir gleich nicht gebohrne Griechinnen sind, so scheinest du uns doch mit Einsicht der Sache zu sprechen.*]

II. Τῦ ἀλλὰ, in ἀλλ' ὖν, discretivi exemplum est ap. Plat. lib. VI. de Rep. p. 509. [T. VI. p. 121. ed. Bip.] Νόησον δύω αὐτὼ εἶναι καὶ βασιλεύειν, τὸ μὲν νοητῦ γένυς τε καὶ τόπυ, τὸ δ' αὖ ὁρατῦ, ἵνα μὴ ὐρανῦ εἰπὼν δόξω σοι σοφίζεσθαι περὶ τὸ ὄνομα· ἀλλ' ὖν ἔχεις ταῦτα διττὰ εἴδη, ὁρατὸν, νοητόν. De duobus loquitur generibus, intelligibili et visibili, quod posterius non vult vocare ὐρανὸν, ne sophistice agere videatur. *Sed*, inquit, *quicquid illud est, non refert.* Aliud nempe quid intendit, idque diversum a consuetudine Sophistarum, quod indicat τὸ ἀλλὰ, et τὸ ὖν ex superioribus concludit, duo esse genera, de quibus sermo est. [G. *Indess hast du denn doch diese beiden Arten* etc.]

III. Ἀλλ' ὖν γε eodem modo ponitur, nisi quod γε vim suam limitandi et imminuendi exercet. E. c. Nicocles ap. Isocratem p. 59. init. imperium regium populari præferens sic argumentatur: *Qui enim*, inquit, *annuos magistratus capiunt, ad privatam vitam redeunt, ante quam reip. administrandæ ratio ipsis penitus cognita est.* Οἱ δ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιστατῦντες, ἢν καὶ τὴν φύσιν καταδεεστέραν ἔχωσιν, ἀλλ' ὖν ταῖς γε ἐμπειρίαις πολὺ ἄλλων προέχυσιν. Ubi ἀλλὰ opponit τὸ ΠΡΟΕΧΟΥΣΙ superioribus τὴν φύσιν καταδεεστέραν ἔχωσι; ΓΕ circumscribit modum, quo excellunt, et τὸ ΟΥΝ ἐκ τῦ ἀεὶ αὐτὺς ἐπιστατεῖν colligit majorem ipsorum ἐμπειρίαν. Quare ita resolvuntur: *Hi semper rebus præsunt, unde fit, ut constantiorem in rep. administranda nanciscantur scientiam et licet ingeniis minus valeant, certe longo usu ceteris longe præstant.* [G. *so übertreffen sie doch wenigstens jene durch Erfahrung sehr weit.*]

IV. Ceterum ἀλλ' ὖν γε post conditionem negativam sequi solet, ut ap. Isocr. ad Demon. p. 20. Εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτῦσιν, ἀλλ' ὖν ἐλπίσι γε σπυδαίαις ὑπερέχυσι. *Si nulla alia in re superiores sunt, at spe quidem re vera præstant.* [G. *so übertreffen sie sie doch gewiss wenigstens an Hoffnungen.*] Plat. lib. IX. de Legg. p. 859. [T. IX. p. 14. ed, Bip.] Εἴτ' ὖν δυνάμεθα, εἴτε μή· ἀλλ' ὖν τό γε πρόθυμον παρεχόμενοι. *Sive re vera possimus, sive non; at profecto alacri certe animo aggredientes.* At paulo obscurius est illud ejusdem in Phaedon. p. 100. [c. 39. ed. Fischer.] Ἴσως μὲν ὖν, ὡς εἰκάζω, τρόπον τινὰ ὐκ ἔοικεν· ὐ γὰρ πάνυ συγχωρῶ, τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπύμενον τὰ ὄντα, ἐν εἰκόσι μᾶλλον σκοπεῖν, ἢ τὸν ἐν τοῖς ἔργοις· ἀλλ' ὖν δὴ ταύτῃ γε ὥρμησα. Hic ad intelligendam vim concludendi confugiendum est ad ellipsin, q. d. εἴπερ ἄλλῃ ὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ὖν δὴ ταύτῃ γε. Sensus: *fortasse quidem similitudo, qua utor, minus est congrua: non enim prorsus concedo, eum, qui res contemplatur in rationibus, in imagi-*

Digitized by Google

nibus magis eam contemplari, quam qui in operibus: quoniam vero alia non licet, at hac igitur via jam saltem aggressus sum.

V. Utuntur etiam ἀλλ' ἄν γε, cum ab uno desistentes ad alterum transeunt. Ut apud Aristoph. in Vesp. v. 1185. jubet Bdelycleon Philocleonem narrare nomina virorum illustrium in spectaculis, quæ postquam ille nunquam se vidisse responderat, mox Bdelycleon:

> Ἀλλ' ἄν λέγειν χρή σ' ὡς ἐμάχετό γ' αὐτίκα
> Ἐφουδίων παγκράτιον Ἀσκώνδᾳ καλῶς.

Per ἄν igitur transitio fit a spectaculis scenicis ad spectacula certaminum, estque ἈΛΛΑ διαφορικὸν, relinquitque extrinsecus supplendum: εἰ μὴ βέλει τοῦτο λέγειν: ut sit sensus: *Si hoc non possis aut velis, at dicere ergo saltem oportet, ut illico cum Asconda Ephudio quinquertio certaverit.*

ΑΛΛΑ ΤΟΙ, ΑΛΛΑ ΤΟΙ ΚΑΙ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΟΙ.

I. Ἀλλά τοι conjunctim, et interpositione aliarum vocum separatim, promiscue invenitur; horum alterum τοι affirmat, quod per ἀλλὰ sive discretive sive adversative afficitur. Accedente particula καὶ, ipsius vim ἐπιδοτικὴν auget, diciturque itidem promiscue ἀλλά τοι καὶ, et ἀλλὰ καί τοι. Prioris exemplum habet Plato in Sophista p. 231. [T. II. p. 229. ed. Bipont.] ubi hospite fatente, non in promtu se habere, quomodo recte definiat Sophistam, excipit Socrates: εἰκότως γε σὺ ἀπορῶν· ἀλλά τοι κἀκεῖνον ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ἤδη σφόδρα ἀπορεῖν, ὅπῃ ποτὲ ἔτι διαδύσεται τὸν λόγον. *Et recte tu quidem dubitas: sed et ipse profecto existimandus est hæsitare admodum, nec scire, qua tandem ratione huic sermoni se subducat.* Ubi ἀλλὰ καὶ involvit suppressum hoc: οὐ μόνον σὺ ἀπορεῖς. Alterius exemplum occurrit apud Sophocl. Philoct. v. 1248. ubi Neoptolemus Ulyssi capulo gladii manum admoventi et minitanti ait: ἀλλὰ κἀμέ τοι ταὐτὸν τόδ' ὄψει δρῶντα κοὐ μέλλοντ' ἔτι. Minas nempe minis repellit, quas non leviter urget particula τοι. q. d. *Profecto, ne quid dubites, idem me facientem videbis nec quidquam cunctantem.*

II. Objiciendi et excipiendi particulæ ἀλλὰ vim confirmat τοι, ut Aristoph. Acharn. 752. ΜΕ. Διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. ΔΙ. Ἀλλ' ἡδύ τοι, ἢν αὐλὸς παρῇ. Ubi potest reddi *at vero, at certe suave hoc est, si tibicen adsit.* Sic ap. Eurip. Phœniss. v. 1653. minante Creonte: *Te ipsum parum abest quin una cum hoc cadavere sepelias,* excipit Antigone: Ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας. *At gloriosum sane est amicum amico proximum jacere.* Adde Xenoph. Cyrop. lib. III. 3. 24. ubi dicenti Cyro, nullam tam præclaram esse adhortationem, quæ eodem die, quo fiat, alios reddat peritos, respondet Chrysantes: Ἀλλ' ἀρκεῖ τοι, ὦ Κῦρε, ἐὰν τὰς ψυχὰς αὐτῶν

παρακελευσάμενος ἀμείνους ποιήσῃς. *At sane sufficit, o Cyre, si admonendo animos illorum meliores reddas.*

ΑΛΛΩΣ ΤΕ ΚΑΙ.

I. Tria hæc ita conjuncta notant *præsertim*, ita quidem, ut ἄλλως τε sit i. q. *cum alias*, καὶ autem significet *tum*. Non igitur assentiendum est Eustathio, qui ad Hom. Odyss. Δ. p. 1486. particulam τε in ἄλλως τε καὶ putat abundare.

II. Construitur autem primum cum particula εἰ. Ita Plato Epist. IX. Ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν, οἷα καὶ σύ. *Jucundissima vita est, cum quis sua negotia obit, præsertim si quis ea sibi agenda eligat quæ tu;* s. *cum omnino, tum siquis* etc.

III. Secundo cum particula ἄν, ut fiat ἄλλως τε κἄν, ut ap. Demosth. orat. de Cor. non longe a principio: Πάντων ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι καὶ χαλεπὸν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ. *Omnibus rebus privari triste est et grave, præsertim si hoc cuiquam ab hoste accidat.*

IV. Tertio cum participio apud Platonem in Phaedro p. 247. lin. 26. [T. X. p. 322. ed. Bip.] Τολμητέον τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα. *Audendum est vera dicere cum alias, tum præsertim de veritate sermonem instituenti.* Sic Xenoph. Memorabb. II. 8. 2. Thucyd. lib. VII. c. 80.

V. Ex superioribus liquet, ἄλλως τε καὶ conditionem involvere, sequente εἰ, ἄν, vel simili, etiam sequente participio, quod plerumque in conditionem resolvi potest: verum id non perpetuum est; præmittitur enim sæpe tali structuræ generi, in qua frustra conditionem quæras, [sed ubi circumstantia denotatur, quæ rem auget et aggravat:] ut apud Thucyd. lib. VII. c. 75. Ἡ ἄλλη αἰκία καὶ ἰσομοιρία τῶν κακῶν ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν. οὐδ' ὣς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο· ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο. *Alia ignominia et æqualis malorum portio, quæ tamen aliquod levamen habet, nempe quando cum multis ea communis est, ne sic quidem in præsentia videbatur facilis, præsertim cum a tali splendore atque gloria ad talem exitum et humilem fortunam deventum esset.* Et apud Platonem in Phaedro p. 229. lin. 6. [T. X. p. 284. ed. Bip.] Ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδὲς, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας. *Percommodum itaque nobis erit eundo per hanc aquulam pedes irrigare, neque id est injucundum, præsertim hoc anni dieique tempore.*

[Huc igitur pertinet usus, ubi causam efficientem, aut temporis rationem, propter quam aliquid potissimum fiat, infert; quos quidem

Digitized by Google

usus Hoogeveenus separatis numeris distinxit. v. c. Thucyd. IV. c. 104. Ἐς θόρυβον μέγαν κατέστησαν, ἄλλως τε καὶ ἀλλήλοις ὕποπτοι ὄντες. h. e. διά τε ἄλλα καὶ διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτους εἶναι. *Magna in trepidatione versabantur, tum propter alia, tum maxime, quod alii aliis erant suspecti.*]

VI. Plenius patet indicatæ supra expositionis veritas, ubi ita ordinantur vocabula, ut inter ἄλλως τε et καὶ nonullæ voces interponantur, quæ loquendi ratio Heliodoro inprimis placuit. v. c. Æthiop. c. 17. ἄλλως τε γὰρ ἄπιστον τὸ βουκόλων γένος, καὶ νῦν πλέον, ὅτι τοῦ παραστέλλοντος τὴν γνώμην πρὸς τὸ σωφρονέστερον ἄρχοντος ἀμοιροῦσιν. *Nam genus pastorum et alias est infidum, et nunc magis, cum duce animos ipsorum ad moderationem còmponente destituantur.* Similiter lib. III. c. 4. Structuræ ratio est, quod ἄλλως τε et καὶ ad diversa referuntur, ut et lib. VIII. c. 13. Ἀρσάκη μὲν, ἔφη, ἄλλως τε οἰμώξοι, καὶ τὸ παρὸν ἐν ἐσχάτοις διάγει. *Arsace quidem*, inquit, *et alias lugebit, et nunc maxime in extremo versatur periculo.*

[Interdum καὶ sic avellitur ab ἄλλως τε, ut paucis verbis interjectis in eodem orationis membro ponatur. Sic Aristoph. Nub. v. 1270. sqq. ed. Kuster. ἀλλά μοι τὰ χρήματα τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευσον, ἃ 'λαβεν, ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι, *sed jube filium pecuniam mihi reddere, quam accepit, quod quum omnino æquum est, tum nunc præsertim mihi ex rebus infeliciter gestis necessarium.* Huc refertur a quibusdam locus Xenophontis Memorab. Socr. I. 2. 59. Ἔφη δεῖν, τοὺς μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ ὠφελίμους ὄντας, μήτε στρατεύματι, μήτε πόλει, μήτε αὐτῷ τῷ δήμῳ, εἴ τι δέοι, βοηθεῖν ἱκανοὺς, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι, κἂν πάνυ πλούσιοι τυγχάνωσιν ὄντες. Verum hic potius cum Ernestio ἄλλως τε κἂν legendum esse, et alterum καὶ ante θρασεῖς i. q. *etiam* s. *insuper* significare existimo. Sensus est: *dicebat eos, qui neque dicendi facultate, neque facto utiles essent, neque exercitui, neque civitati, neque ipsi populo, si res postularet, opem ferendo essent idonei, præsertim si ad hæc etiam accedat audacia, (ZUMAL wenn sie über das alles AUCH NOCH dummdreist wären) omni ratione esse arcendos, quamvis essent opulentissimi.*]

VII. Ita videmus ἄλλως τε καὶ plane adhiberi, ut ἄλλός τε καὶ, vel ἄλλοί τε καὶ, quoties sub ἄλλός τε et ἄλλοί τε quibuslibet aliis intellectis, post καὶ sequitur id, quod præcipue designatur. Ut apud eund. Heliod. post pauca cap. seq. ἄλλως τε τῶν θεῶν καὶ τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλέσαντες, *cum alios deos, tum post omnes Mercurium invocans.* Sic apud Thucyd. lib. IV. c. 100. de oppugnatione quadam loquentem: ἄλλῳ τε τρόπῳ πειράζοντες, καὶ μηχανὴν προσήγαγον, ἥπερ εἷλεν αὐτὸ, τοιάνδε, *cum alio modo tentantes, tum præcipue talem machinam, qua ceperunt, admovebant.* Itaque ἄλλως τε καὶ sæpe invenitur, ubi structura potius ἄλλός τε καὶ requirire videtur, ut ap. Xenoph. Cyrop. III. 3. 14. ἴσασι γὰρ, ὅτι ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστιν, ἄλλως τε καὶ βάρβαρον. Pro ἄλλο τε καί. *Sciunt enim copias equestres nocte esse formidabiles, præsertim barbaras.*

[Huc tamen non cum Hoogeveeno retulerim locum Xenoph. Cyrop. III. 2. 10. οὐκ ἂν ἡμῖν νῦν καλῶς ἔχοι, εἰ οὗτοι παραλήψονται πάλιν τὰ ἄκρα ἄλλως τε καὶ τετειχισμένα, *non bene nobiscum ageretur, si hi reciperent juga, præsertim munita;* non enim hic alia juga aliis opponuntur; sed duplicem ob causam dicitur periculosum esse, si hostes illa juga receperint, primum quia *juga* h. e. loca edita sunt, deinde quia etiam *munita*. Nihil agit Hoogeveenus huic epitomatoris observationi repugnans. Nam h. l. non de jugis universe, sed de illis, quæ hostes recepturi erant, agitur. Itaque ἄλλως τε καὶ τετειχισμένα non potest idem significare ac ἄλλά τε καὶ τετειχισμένα. Alia ratio est in exemplo proxime præcedente, ubi ἱππικὸν στράτευμα de omni exercitu equestri dicitur; ideoque sensus maneret idem, si pro ἄλλως τε καὶ βάρβαροι positum esset ἄλλοι τε κ. β.]

VIII. Notandum etiam, ordinem verborum posse mutari, præcipue si τῷ ἄλλως addatur aliquid, rationem vel modum exprimens. Ut apud Heliodor. VI. 14. Ὁ μὲν Καλάσιρις οἷα δὴ πρεσβυτικὸς ΤΕ ΑΛΛΩΣ ΚΑΙ πρὸς τῆς ὁδοιπορίας κεκοπιαμένος, ὕπνῳ κατείχετο. *Calasirin, quippe senem, et præsertim itineris incommodis fatigatum, somnus occupavit.* plane ut dicitur τὸ ἄλλως καὶ apud eundem lib. IX. c. 25. et apud Platon. Apol. Socr. [*c.* 16. ed. Fischer.] Φαῦλοι γὰρ ἂν τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός. *Pravi enim forent, quæ tuorum quidem verborum consequentia est, quotquot ad Trojam oppetiverunt semidei, tum alii, tum imprimis Thetidis filius.*

ΑΜΕΛΕΙ.

I. Ἀμέλει, natura sua *verbo*, quandoquidem particularum ritu orationem afficit, in hoc commentario inter particulas locum dedi. Ejus primaria et ubique dominans potestas est, qua nostra ipsorum fiducia alienam sollicitudinem relevare et tollere conamur. Verbi tamen naturam, si quis rem cogitate inspiciat, vix umquam plane exuit: eam perspicue servat, quando redditur: *Bono animo es.* Ut in illo Aristophanis Acharn. v. 367. Ἀμέλει, μὰ τὸν Δί᾽, οὐκ ἐνασπιδώσομαι. *Bono animo es, per Jovem, non induar clypeo.* Μή σοι μελέτω τοῦτο, ut exponit Suidas. Ponitur hoc sensu etiam non ineleganter in media sententia apud eund. Lysistr. v. 172. ubi Lampitoni sollicitæ, quomodo Athenienses, turbulentum genus hominum, persuaderi possent, obfirmans animum Lysistrata inquit: Ἡμεῖς, ἀμέλει, σοὶ τάγε παρ᾽ ἡμῖν πείσομεν. *Nos, ne id te sollicitet, quantum in nobis erit persuadebimus.*

II. Ubi a verbali significatione incipit deflectere, et in particulæ naturam abit, proxima verbi notio est *procul dubio;* ita enim dubitationem tollimus; vel *certe, utique, revera, profecto.* Sic ap. Xenoph. Cyropæd. VIII. 3. 4. ubi Cyrum, qui pulchras vestes inter suos distribuerat, interrogaverat aliquis: *Tu vero, o Cyre,*

Digitized by Google

quando ipse tandem de tuo ornatu cogitabis? respondet Cyrus: Οὐ γὰρ νῦν δοκῶ ὑμῖν αὐτὸς κοσμεῖσθαι, ὑμᾶς κοσμῶν; ἀμέλει ἢν δύνωμαι ὑμᾶς τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν, ὁποίαν ἂν ἔχων στολὴν τυγχάνω, ἐν ταύτῃ καλὸς φανοῦμαι. *Nonne vero me vos ornantem ipsum quoque ornari putatis? Profecto si modo vobis amicis meis benefacere possim, quacunque veste indutus fuero, in ea formosus esse videbor.* Atque hæc notio, quæ est βεβαιωτικὴ, subjicitur huic vocabulo apud Theophrastum, cum ab eo nonnulla Characterum capita inchoat. v. c. Ἀμέλει περιεργία δόξειεν ἂν εἶναι προσποίησις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας. *Revera curiositas*, h. e. *molesta sedulitas, esse videtur, cum quis benevolentiæ quadam abundantia ea instituit dicere vel facere, quæ nemo ab eo postulare aut exspectare possit.* Nec alius vocis ἀμέλει usus est apud Lucianum in Nigrin. Tom. I. p. 65. Ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάξαντα πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων. Ἀμέλει καὶ ταῦτα πρόττων διετέλει. *Censebat enim, eum, qui doceret contemnendas esse divitias, ita se gerere debere, ut quæstibus esset superior. Et revera hoc ille præstare non destitit.*

III. Ceterum, ut fit, cum vocabula semel a primo usu deflexerint, ut, quæ primum rariores, mox effusiores eorum deprehendantur acceptiones, ita et ἀμέλει primum in re dubia et gravi sollicitum confirmare consuevit, sive verbalem significationem retinens, sive in particulæ indolem abiens; deinde in re qualibet leviori cœpit adhiberi pro *nimirum, nempe*, imo ubi nulla apparet curæ vel sollicitudinis adimendæ significatio. Plato lib. V. de Rep. Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ὁ Γλαύκων ἔφη, κοινωνὸν τῆς ψήφου ταύτης τίθετε. Ἀμέλει, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε. Ubi interpres: *Et me quoque, ait Glauco, vestræ sententiæ astipulari existimatote. Nimirum, excepit Thrasymachus, nos omnes in hanc sententiam convenire arbitrator.* [G. *Ei, du kannst glauben, dass wir alle dieser Meinung sind.*]

[IV. Ἀμέλει δὲ, *utique vero*, ἀμέλει δὲ καὶ, *quin etiam;* ut ap. Theophr. Charact. cap. 5. 4. Ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινός. et sic sæpius.]

V. Suidas exponit etiam per τοιγαροῦν. Hesychius δὴ, ἁπλῶς, οὕτως (an ὄντως?) τοιγαροῦν.

[VI. Abundare hanc vocem, quod quidam putant, ut Eustath. ad Iliad. B. p. 155. et Moeris Att. v. Ἀμέλει (sed Piersono judice h. l. e lexico Coislin. interpolatus) idoneo argumento probari non potest.]

Digitized by Google

AN, KE, KEN.

I.

De Particulae AN *potestate* ἀοριστολογικῇ.

I. Particulae ἂν, pro qua poëtae dicunt κε et κεν, genuina et primaria potestas est, ad quam omnes, quae ipsi tribuuntur, revocari possunt ac debent, *certam ac definitam vocabulorum potestatem auferre*, nominibus nempe et adverbiis certam alicujus personae aut modi, verbis vero certam actus designationem; ita ut adjecta hac particula nihil certi significetur, sed omnia infinita intelligantur; nam in ὃς ἂν et ὅστις ἂν desideratur certa persona, in ὅ τι ἂν certa res, in οὗ ἂν et ὅπου ἂν certus locus, in ὅπως ἂν certus modus, in ὅταν certum tempus; in γράφοι ἂν certus actus tollitur, nam qui *scriberet*, ipso actu non *scribit*. Atque in verbis idem valet, cum ea negatione afficiuntur. V. c. in οὐκ ἀπέθανε actus quidam certo negatur: *non mortuus est*. At si dicitur in Evang. Joannis c. II. 32. Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφὸς, *domine, si hic fuisses, non mortuus fuisset meus frater;* certitudo negati actus tollitur. Quatuor itaque sunt modi, quibus actus tolli potest, nam dicitur quis vel *posse* facere, vel *velle*, vel *debere*, vel *facturus*. Quod ad sensum ἀοριστολογικὸν attinet, eum per omnes usus dominari, et ad unum saltem superiorum usuum referendum esse, in sequentibus patebit. Usus ἐλλειπτικὸς, si usus is vocari possit, nihil huic particulae praeter alias orationis partes novi affert. Παραπληρωματικὸς s. expletivus fingitur magis, quam probatur. Qui probat aliquem accusare, ὅτι κατηγορεῖ τις, probat actum, qui vero particulam ἂν addit, sublato actu statuit agendi *facultatem*, *voluntatem*, aut *officium*. Facultatis usus longe frequentissimus est, rarior officii.

II. Potestatem ἀοριστολογικὴν exercet particula ἂν juncta inprimis Articulo subjunctivo, aut nominibus ὅσος, ὅστις, itemque adverbiis οὗ, ὅπου, ὅπως, ὁσάκις, notatque in illis personam infinitam, quae possit, velit, vel debeat; in his tempus, locum, modum, quo quis dare vel possit, vel velit, vel debeat, vel denique daturus sit. In omnibus fere cum Conjunctivo, nonnunquam cum Indicativo et Optativo construitur.

Maxime vulgaris usus est cum *Articulo subjunctivo*, cui juncta idem notat, quod Latinorum syllabica adjectio *cunque*. Ita Xenoph. Cyrop. lib. II. ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων, ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι, *ut lapidum et lignorum quaecunque construenda sunt*. Et Aristoph. Acharn. 355. ἅπανθ' ὅσ' ἂν λέγω. *Omnia quaecunque dico*. In his tamen Aristophanis verbis non liquet, utrum λέγω Subjunctivi sit an Indicativi, propter communem utriusque terminationem, quanquam cum *Indicativo* quoque retineri posse sensum ἀοριστολογικὸν, quis neget, qui legerit verba Boeoti ap. eund. ib. v. 873. ubi roga-

Digitized by Google

tus, quid mercium ferat, ait, ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς, ubi ἂν non verbo ἐστὶ, sed nomini ὅσα adhæret.

Frequentior tamen in hoc sensu *Subjunctivus* est, præsertim in aoristis. *Aoristo* I. jungitur in illo Platonis Phædr. p. 264. init. [T. X. p. 358. ed. Bip.] Μεταμέλει, ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν. *Eorum, quæcunque benefecerint, pœnitet.* Et Homer. Iliad. Α. 527. ὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, ὐδ' ἀπατηλὸν ὐδ' ἀτελεύτητόν γ', Ο ΤΙ ΚΕΝ κεφαλῇ κατανεύσω, *namque*, inquit Jupiter, *nec revocabile nec fallax est verbum, nec effectu suo caret, quicquid capite annuero.* Sic et Act. Apost. VII. 3. Cum *Aoristo secundo* construit Plato Phædr. p. 268. l. 15. [T. X. p. 366. ed. Bip.] Ἀξιῶ ἰατρὸς εἶναι καὶ ἄλλον ποιεῖν, ᾧ ΑΝ τὴν τούτου ἐπιστήμην ΠΑΡΑΔΩ. *Medicum me esse profiteor aliumque talem reddere, cuicunque hanc scientiam tradiderim.* Ibid. p. 248. l. 22. [T. X. p. 324. ed. Bip.] ἥτις ἂν ψυχὴ Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τὶ τῶν ἀληθῶν. *Quæcunque anima deum comitata aliquid perspexerit eorum quæ vera sunt.* Sic et Matth. XXII. 9. Nempe hoc fere toties fit, quoties verbum in aor. 1. minus est usitatum.

Cum Optativo interdum construi, sed tunc demum, ubi res præterita narretur, asserit Budæus p. 498. Jungit tamen Homerus præsenti Optativi Il. Α. 550. ubi de re præsenti sermo est: ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ΕΘΕΛΟΙΜΙ νοῆσαι, *si quod autem* consilium *seorsim a diis ego volutare velim.*

Denique ἀοριστολογικῶς jungitur adverbiis, ut οὗ ἂν, ὅπου ἂν, *ubicunque*, ὅπως ἂν, *quomodocunque* etc. Ita Plat. Phædr. p. 251. l. 42. [T. X. p. 332. ed. Bip.] ὅτε νυκτὸς δύναται καθεύδειν, οὔτε μεθ' ἡμέραν, οὗ ἂν ᾖ, μένειν, θεῖ δὲ ποθοῦσα, ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος. *Neque noctu dormire potest, neque interdiu, ubicunque est, consistere, sed vagatur desiderio acta, ubicunque putat, se eum visurum, qui pulcritudinis est compos.* Sic ὁσάκις ἂν, *quotiescunque*, e. c. 1 Cor. XI. 25. 26.

II.

De Particulæ ἌΝ *significatu* POTENTIALI.

I. Particulæ ἂν potestas ἀοριστολογικὴ, ubi in verbis versatur, suum ipsis actum tollit, et quidem quadruplici modo. Tollitur enim actus, ubi is redigitur vel ad *potentiam*, vel ad *voluntatem*, vel ad *officium*, vel denique ad *tempus futurum*.

Omnium frequentissimus usus est δυνητικὸς s. *potentialis*, qui jungitur fere optativis. Ita Dicæopolis ap. Aristoph. Acharn. v. 313.

πόλλ' ἂν ἀποφήναιμ' ἐκείνους ἐσθ' ἃ χἀδικουμένους.

multas injurias passos esse illos, ostendere possum; ubi actus verbi ἀποφαίνειν tollitur per particulam ἂν· non enim dicit, se *ostendere*, sed *posse se ostendere* ait. Quare convenit *anticipationibus*, quibus non, quod revera objicit adversarius, sed, quod objicere possit,

Digitized by Google

indicatur; ut in illo Demosth. Olynth. I. τί οὖν; ἄν τις εἴποι. *Quid igitur? dixerit aliquis.* Latini hac particula destituti, ubi tamen ejus vim exprimere conantur, utuntur subjunctivo. Ita Phœbus ap. Ovid. Metam. II. 12. Phaëthontem ab incepto deterrens ait: *Vasti quoque rector Olympi—non agat hos currus.* Οὐκ ἂν ἐλαύνοι τάδε τὰ ἅρματα.

II. Cum *imperandi* modo construi nequit, neque enim facere quippiam posse aut non posse res est aut nostri aut alterius cujusvis arbitrii. *Subjunctivo* quoque jungi, cum potentiam significat, Budæus exemplo Isocratis probabat; ubi is dicit οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμεῖς πεπείρασθε, ὥστ' ἄριστ' ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν. In quo recte Devarius legendum potius optativum esse διδάξοιτε monuit.

III. Sed potestatem δυνητικὴν servat etiam cum *Infinitivis*, ut in illo Platonis lib. IV. de Rep. p. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ (πόλει) μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην, κατιδόντες δὲ κρῖναι ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν. *In tali enim civitate putamus invenire nos posse justitiam, et re diligenter expensa, definire posse id quod pridem quærimus.* Et in Phædr. p 235. fin. [T. X. p. 297. ed. Bip.] τοῦτο δὲ οἶμαι οὐδ' ἂν τὸν φαυλότατον παθεῖν συγγραφέα [G. *So was, dächt' ich, könnte auch dem schlechtesten Schriftsteller nicht begegnen.* [Ubi ἂν εὑρεῖν, κρῖναι ἂν et ἂν παθεῖν pro εὑρεῖν, κρῖναι et παθεῖν δύνασθαι.

IV. Nec infrequens est cum *Participiis* constructio. Ita Phædrus ibid. p. 260. init. [ed. Bipont. X. p. 349.] Οὑτωσὶ περὶ τούτων ἀκήκοα, οὐκ εἶναι ἀνάγκην τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσεσθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ ΔΟΞΑΝΤΑ ΑΝ πλήθει. *Ita de his rebus accepi, qui orator futurus est, ei non necesse esse ea, quæ vere sunt justa, sed quæ populo videantur,* s. *videri possunt, discere.* Ad δυνητικὴν vim etiam referri potest illud Isocratis in Nicocle pag. 70. Πάντα ταῦτα ἐν ἑτέροις μὲν ἴσως ἂν ὤκνουν εἰπεῖν· οὐχ ὡς οὐ φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλ' ὡς οὐκ ΑΝ ΠΙΣΤΕΥΘΕΙΣ ἐκ τῶν λεγομένων. *De his omnibus apud alios fortasse dicere veritus fuissem, non quia res a me gestas mihi gloriæ non ducam, sed ne fidem non inveniret oratio.* [G. *sondern weil man mir etwa nicht glauben möchte.*] Cf. etiam Aristoph. Acharn. v. 920.

V. Ipsa indicandi Modi natura, qui actum diserte ponit, hanc particulæ potestatem respuere prorsus videtur, quare et hic rariora sunt exempla eaque subobscura, et in quibus hæc potestas ad sensum ἀοριστολογικὸν fere reduci posse videtur. Ita facultas hujus particulæ cum *Imperfecto Indicativi* constructæ videtur apparere apud Aristoph. in Vesp. v. 278.

Ἦ μὴν πολὺ δριμύτατος
Γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν· καὶ μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετο.

Digitized by Google

Solus fere erat quem persuadere non posses. [G. *er mochte leicht der einzige von uns sein, der sich nicht bereden liess.*]

VI. Ad potentiam artificiosius verbi actus revocatur, cum quis confiteri rem coactus, quam tamen nolit, verbo addit particulam ἂν, quæ ipsius efficaciam aliquatenus imminuat, ut hac arte id, quod vere factum est, fieri potuisse indicet. Egregie hoc confirmatur loco Aristophanis in Plut. v. 983. ubi anus effugere cupiens, quo minus diceret, multa a se petivisse adolescentem quem amabat, rogata tamen a Chremylo, ægre confitetur hoc modo:

Οὐ πολλὰ (scil. ἐδεῖτο), καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο,
Ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσι
Εἰς ἱμάτιόν γ'· ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα·
Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
Ἐκέλευσεν ἄν, τῇ μητρί τε θοιμάτιδιον
Πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων.

Non multa, inquit, *a me petiit. Nam supra modum me colebat. Fieri potuit, ut argenti drachmas viginti peteret, quibus emeret pallium; octo etiam, quibus calceos; fortasse et sororibus tunicam, aut matri pallam, unde pararet, petivit, aut modios forsan frumenti quatuor.* Hæc et fortasse plura stolida anus amasio petenti dederat; sed confiteri erubescens, quantum potest, ad sensum potentialem, vel qui huic cognatus est conjecturalem, reducere cupit id, quod vere factum erat. [q. d. G. *er mag mir ja wol etwa zwanzig Drachmen abgefodert haben.*] Conjecturalis plane sensus est, ubi τάχα vel ἴσως additur; quomodo cum *Indicativo* et *Optativo* construi potest. Sic apud eundem in Vesp. v. 280. ubi chorus mirans senis cujusdam absentiam in causam inquirit: *Num soleas perdiderit*, inquit, *aut digitum impegerit.* Deinde addit: τάχ' ἂν βυβωνιῴη, *Fortasse ex inguine laborat.* Et mox in Indicativi Præsenti: τάχ' ἂν κεῖται πυρέττων, *forsan jacet febricitans*, [G. *vielleicht liegt er etwa am Fieber krank.*]

VII. Cum futuro Indicativi constructa particula ἂν tollit ei τὸ ἐξ ἀνάγκης ἐσόμενον, ita ut intelligatur, *fieri posse*, ut res accidat. Ubi vero certa rei futuræ ratio est, sive cum conditione, sive citra eam proponitur, particula ἂν locum non habet, sed tunc solum, ubi conditio indicat apparentem consequentiam. Utriusque exemplum habet Homerus Il. Α. v. 138. ubi Agamemnon minaciter:

Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, (scil. γέρας) ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
Ἢ τεὸν, ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος
ἌΞΩ ἑλὼν, ὁ δὲ ΚΕΝ κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι.

Sin forte non dederint præmium, ipse ego auferre possum; et vel tuum, vel Ajacis, vel Ulyssis præmium auferam; poterit et ille irasci, ad quem venero. [G. *Sollten sie mir aber keinen Preis geben, nun*

Digitized by Google

so kann ich mir ihn ja selbst holen; werde entweder—und dann kann sichs leicht treffen, dass der zu dem ich komme sich darüber ärgert.] Non dicit ἄξω ἂν, sed κεχολώσεται ἄν, quia prior proponitur tanquam certa sequela: erat enim pro auctoritate imperatoria, qua valebat apud exercitum Agamemnon, in ipsius potestate præmium vi eripere; sed non erat in ipsius potestate, utrum alius præmio privatus irasceretur, nec ne.

VIII. Cum autem ipsi verbo δύναμαι jungitur, casum ponit, qui si exstet, dicitur quispiam aliquid facere posse aut non posse. Ita occurrit apud Lucian. in Demosth. Encom. p. 891. ubi ostendit, facilius esse Demosthenem oratione laudare, quam Homerum, tum aliis de causis, tum quod hujus ignota est patria, a qua itaque laudari non potest, illi vero contigerunt Athenæ, ubi magnum dicendi æquor patet de opulentia, nobilitate etc. Mox casum proponit sive conditionem, si Homero hanc fuisse patriam constaret, οὐδ' ἂν εἷς ἐπ' ἴσης ἀξίως ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ ὁ Δημοσθένης, *ne unus quidem Demosthenes hæc pro dignitate narrando sufficeret*. Dandus hic casus aut proponenda conditio nonnunquam dissimulatur. Tale illud Platonis in Phædro p. 269. l. 31. [T. X. p. 369. ed. Bip.] τὴν τοῦ τῷ ὄντι ῥητορικοῦ τε καὶ πιθανοῦ τέχνην πῶς καὶ πόθεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι; *viri vere oratoris et ad persuadendum probe parati artem quo pacto quibusve subsidiis sibi quisquam adsciscere possit?* ubi supple: ἐὰν βούλοιτο ἤτοι μέλλοι ῥητορικὸς γενέσθαι.

III.

De Particula AN *VOLUNTATEM INDICANTE.*

I. Generalis particulæ ἂν facultas verbis suum actum eripiendi non semper ad vim potentialem reduci debet, sed est ubi *velle* potius quam *posse* notat.

Hoc sensu frequenter *Optativo* jungitur. Ita Cyrus ap. Xenoph. Cyrop. lib. III. 1. 35. Tigranem interrogat: ὁπόσου ἂν πρίαιο, ὥστε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν; *quanti redimere velles, ut uxorem reciperes?* et III. 1. 41. rogata a Tigrane uxor, in quem oculos conjecisset, respondet, τὸν εἰπόντα, νὴ Δία, ὡς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἂν πρίαιτο, ὥστε μή με δουλεύειν· *in eum, per Jovem, qui dixit, se velle redimere vitæ suæ pretio, ne ego servirem.* Similiter apud Aristoph. in Acharn. v. 737. τίς δ' οὕτως ἄνους, ὃς ὑμέ κα πρίαιτο φανερὰν ζαμίαν; ubi ὑμέ κα ex Megarensium consuetudine pro ὑμᾶς ἄν. *Quis ita stolidus, qui vos emat, manifestum sibi damnum?* Non significat, neminem emere *posse*, vel *debere*, sed *velle*.

II. Cum *Aoristo secundo* optativi occurrit apud Homerum Iliad. A. v. 60.

Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω.
Ἂψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν.

Atride, nunc nos re infecta retrocessuros puto, si mortem effugere velimus.

III. Voluntatis inprimis facultatem servat, quum per Imperandi modum resolvitur; ut ap. Plat. in Phædro, non longe ab initio: ubi Socrates audire cupiens, quibus de rebus Phædro cum Lysia sermo fuisset, ait: Λέγοις ἄν, i. e. θέλε λέγειν. *Dic, si vis. Dicere digneris. Dic, quæso.* Habetque illud nescio quod humanitatis indicium, Socrati præter alios familiaris, qua non aperte imperat, sed, ut velit, rogat. Simili comitate p. 229. l. 12. Phædrum orans, ut pergat, προάγοις ἄν, *perge, 'sis,* inquit, cum tamen paulo ante dixisset, πρόαγε δὴ καὶ σκόπει, in Imperativo.

IV. Non semper tamen ea dicendi, quam notavi, comitas adest, imo ita locutos fuisse etiam cum violentiori imperio constat ex Sophoclis Electra v. 1498. Nam Orestes Ægistho vim illaturus pro imperio loquitur:

Χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει· λόγων γὰρ οὐ
Νῦν ἐστιν ἀγὼν, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι.

Quin intras celeriter; non enim verborum hic certamen est, sed de capite tuo.

V. Quoties oratio est obliqua, etiam cum voluntatem indicat, Infinitivo jungitur, ut cum apud Xenoph. Instit. III. p. 73. rogatus Armenius, num cuperet, ut illud solum, quod incultum et iners jacebat, cultum redderetur, si cultores solita penderent vectigalia, ἔφη ὁ Ἀρμένιος πολλοῦ ἂν τοῦτο πρίασθαι, *respondit Armenius magno se id emere velle.*

VI. Cum ipso verbo βούλομαι, ἐθέλω, aut alio ejusdem significationis constructa hæc particula generalem suam genuinamque facultatem exercet, nam illis ipsis verbis voluntatem notantibus suum tollit actum, idque quadruplici ratione. Et *primo* quidem propensum ad optandum animum notat, si non aliquid obstet, quod optare impediat. Ita ap. Plat. Euthyphr. p. 3. l. 6. [ed. Fischer. c. 2. init.] Socrati pravum Meliti adversarii animum consueta sua dissimulatione tegenti, et ejus criminationem ita interpretanti, quasi nihil aliud quam publicum bonum respiceret, respondet Euthyphron: βουλοίμην ἄν, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὀῤῥωδῶ, μὴ τοὐναντίον γένηται. *Optarem quidem; at vereor, ne contrarium accidat. Secundo,* huic usui vicinus est alter, quo, præcedente εἰ, voluntatis inclinationem notat, et, ut ita dicam, *ipsa voluntas velle*, id est propendere dicitur, convenitque maxime supplicantibus. v. c. Priamus apud Hom. Il.

Digitized by Google

H. v. 374. mittendum censet Idæum ad Græcorum exercitum, qui peteret:

αἴ κ' ΕΘΕΛΩΣΙ
Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε νεκρὺς
Κήομεν.

si velint cessare a bello horrisono, dum cadavera comburamus. Tertio ejusdem humanitatis, quam modo in λέγοις ἂν et πράγοις ἂν notavi, indicium habet: nam ubi βύλομαι imperantis vox est, et pro suo in alios dominio loquentis, ἂν Particula cum optativo constructa omnem imperandi fastum tollit, et assensum civiliter elicit, ut quum Cyrus præfectos, quos pro auctoritate regia jubere poterat, ita compellat potius ap. Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 6. βυλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς καὶ τῦτο διανοῆσαι. *Et hoc considerare vos velim. Quarto,* quoniam optatum ponit casum, qui potest exstare, hinc si quid, quod factum est, factum nolumus, opus est particula hac optandi facultatem tollere, vel saltem restringere tacita aliqua conditione, *si fieri possit,* aut simili. Ita Ulysses ap. Sophoclem Philoctet. v. 1232.

Ἀρχὴν κλύειν ἂν ὐδ' ἅπαξ ἐβυλόμην.

omnino vellem ne semel quidem audivissem.

IV.

De AN *significante* DEBEO.

I. Tertia particulæ ἂν facultas, qua verbo actus tollitur, quamquam minus frequens, est, quæ per *debendi* verbum reddenda est; eaque duplex; nam fieri aliquid debere dicitur vel ex necessitate vel ex officio. *Necessitatis* exemplum est apud Plat. in Phaedr. p. 246. init. ubi ex eo, quod anima se ipsam movet, ipsius probat immortalitatem his verbis: ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. *Necessario* igitur *anima non genitum quid et immortale esse debet.* Non enim animam dicit *posse* esse immortalem, eo enim non tendunt argumenta, quæ pro animæ immortalitate attulit, neque *velle,* id enim repugnat τῷ ἐξ ἀνάγκης; sed contendit, ex præmissis necessario consequi. Conferantur verba Hannibalis ap. Lucian. Dial. Mort. p. 284. ubi Alexandro se præferens, majestatis regiæ insignia, quibus ille præluxisse videbatur, nominans, ait: Οὐ μὴν διὰ τῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίυ καὶ στρατηγικῦ ἀνδρός. *Non tamen ob id generoso et militari viro præstantior videri debet.*

II. Officii significationem præfert illud Ulyssis apud Hom. qui Thersiten objurgans ait Il. B. v. 250.

Τῷ ὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις.

Digitized by Google

quare non debes regum nomina temere in ore ferre. Non enim posse illum aut velle significat; nam contrarium liquebat ex Thersitæ maledictis, sed non debere illum innuit reges citra reverentiam nominare, nedum convitiari. Sic et ap. Aristoph. Vesp. v. 725. πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσειας. *Priusquam utramque partem audieris, ne judica*, sive *judicare non debes.*

[III. Dubitari tamen potest, an unquam particulæ ἂν per se quidem spectatæ significatio *necessitatis* aut *officii* inesse possit. Nam si Plato dicit ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη, necessitas ejus quod affirmat verbis ἐξ ἀνάγκης exprimitur, et adjectum ἂν mollit potius rigorem affirmandi. Qui enim dicit ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, significat aliquid prorsus necessarium esse; qui autem dicit ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη, significat aliquid fortasse necessarium esse, s. necessarium videri. In exemplis autem, quæ pro significatu officii afferuntur, est potius notio voluntatis: οὐκ ἂν ἀγορεύοις est i. q. *noli, si me audis, concionari;* et οὐκ ἂν δικάσειας est i. q. *du wirst doch nicht richten wollen?*]

V.

De Particula AN *Futurum significante.*

I. Quarta actum tollendi ratio est per *futurum*, sive *rectum*, quo res plane futura intelligitur, sive *obliquum*, quo aliquid sub conditione quadam futurum fuisse dicitur; ut si quis dicat, *si non monuissem, in puteum incidisset*, Græce: εἰ μὴ δι' ἐμὲ, εἰς τὸ φρέαρ ἐνέπεσεν ἄν. Non dicit, potuisse illum; potuisset enim qualibet ratione, sive monitus sive secus; non item voluisse, quis enim velit sanus? nec debuisse, ubi nullum officii aut necessitatis vestigium; sed futurum ait fuisse, ut incideret; atque ita Præterito Futurum admiscetur.

II. Particulæ ἂν *Futurum obliquum* indicantis quia frequentior usus est, hunc præmitto; tempusque illud indicatur, quoties additur conditionalis particula εἰ. Construitur tunc cum omnibus modis, si imperativum excipias, et temporibus obliquis. Exemplum *Imperfecti* habet Aristoph. in Acharn. v. 552. sqq. ubi dicit Dicæopolis: *Age, si Lacedæmoniorum aliquis domo egressus scapha Seriphiorum catellum delatum per calumniam vendidisset, an domi sederetis? Nequaquam utique. At magna vi illico triremes trecentas deduceretis, essetque civitas plena tumultu militum. Hæc facturos vos scio.* Posteriora sic effert:

Καὶ κάρτα μέν τ' ἂν εὐθέως ΚΑΘΕΙΛΚΕΤΕ
Τριακοσίας ναῦς· ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα
Θορύβου στρατιωτῶν ——
Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ΑΝ ΕΔΡΑΤΕ.

Recenset nempe, non quid Athenienses in tali casu possent, vel-

Digitized by Google

lent aut deberent facere, sed quid facturi essent. Similiter in Evang. Joann. VIII. 42. εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν με. *Si Deus esset pater vester, diligeretis me.*

III. Cum *Plusquamperfecto* conjungit Philo Jud. Legat. ad Cai. p. 774. l. 32. Τρὶς, οὐχ ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἄν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίῳ φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμέ. *Nisi ego intercessissem, ter, non semel, sublatus fuisset, Tiberio in cædem ejus prono.*

IV. Cum *Aoristo* I. in plusquamperfecti significatione Lucian. dial. Jun. et Laton. tom. I. p. 244. de Apolline: ἐκεῖνος θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; *Illene mirabilis, cui Marsyas, si ex æquo voluissent judicare Musæ, cutem detraxisset, victor ipse arte musicâ?* Sic Matth. XXIV. 43. Luc. X. 13.

V. Cum *Aoristo II.* Indicativi invenies apud Theogn. v. 436. reddendo per imperfectum subjunctivi:

Εἰ δ' ἦν ποιητόν τε καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,
Οὔποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακός.

Si infici homines atque imbui bonis moribus possent, nunquam ex bono patre malus filius nasceretur. Interdum per Plusquamperfectum reddendus est Aoristus II. v. c. apud Homerum Il. Ε. v. 679.

Καί νύ κ' ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Et plures adeo interfecisset Lyciorum nobilis Ulysses, nisi celeriter magnus galeatus Hector animadvertisset. Sic Φ. 544. Adde Evang. Joann. XI. 32.

VI. *Optativo* jungit Plato de Rep. lib. IV. p. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] Ἐροῦμεν γὰρ, ὅτι θαυμαστὸν οὐδὲν ἂν εἴη, εἰ καὶ οὗτοι οὕτως εὐδαιμονέστατοί εἰσιν. *Etenim dicemus, nihil mirum futurum, si hi quoque beatissimi sint.* Et in Phaedr. p. 229. lin. 25. εἰ ἀπιστοίην, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην, *si fidem derogarem, non absurde facerem.*

VII. Futuri significationem manifestam deprehenderis quoque, ubi *Infinitivo* jungitur, ut apud Plat. Phaedr. p. 268. l. 16. [T. X. p. 366. ed. Bip.] τί ἂν οἴει ἀκούσαντας εἰπεῖν; *Quid ad hæc responsuros putas?*

VIII. Quæ hactenus dedi, satis, opinor, probant, Particulam hanc inferre significationem futuri per obliqua subjunctivi tempora a Latinis expressi. Sed et Futuri Indicativi vicem supplere eandem Particulam, vel ipsa venturi temporis natura indicat; tol-

Digitized by Google

lit enim hæc præsentem Verbi actum, quem differt: quod enim futurum est, tantum abest, ut revera sit vel fiat, quantum est inter præsentis et sequentis temporis terminum intervallum. v. c. apud Homerum Iliad. A. v. 138.

Εἰ δέ ΚΕ μὴ ΔΩΩΣΙΝ, ἐγὼ δέ ΚΕΝ αὐτὸς "ΕΛΩΜΑΙ.

Si non dabunt (præmium), *ipsemet ego auferam.* Minatur Agamemnon, se ipsum, nisi Achivi sibi præmium tribuant, ablaturum. Non dicit, se posse, aut velle, aut debere auferre; restat igitur nihil nisi futuri temporis potestas, quæ evidentius etiam ex superioribus patet, ubi dixerat in futuro:

'Αλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι 'Αχαιοὶ,
"Αρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον "ΕΣΤΑΙ.

Sed, si quidem dabunt præmium magnanimi Achivi, parantes illud ex animi mei sententia, ut æque dignum sit. Mox etiam eodem orationis tenore futurum subjungit, ita pergens:

"Η τεὸν, ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ 'Οδυσῆος
ΑΞΩ ἑλὼν, ὁ δέ ΚΕΝ κεχολώσεται, ὅν ΚΕΝ "ΙΚΩΜΑΙ.

Raptum veniam et ablatum vel tuum præmium, vel Ajacis, vel Ulyssis. Irasci poterit et ille, ad quem veniam. Ubi notetur non tantum futuri temporis continuatio, sed et ipsum ἂν cum futuro Indicativi constructum. Similiter minantem audimus Achillem vs. 206.

'Αλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τετελέσθαι ὀΐω,
"Ηις ὑπεροπλίῃσι τάχ' "ΑΝ ποτε θυμὸν 'ΟΛΕΣΣΗι.

Sed tibi edico, id quod etiam perfectum iri arbitror, sua ille arrogantia aliquando subito animam perdet. Non dicit, eum debere, neque velle perdere vitam, neque etiam posse; non enim aliquis satis recte τὸ τάχα intelligat στοχαστικῶς dictum, ut sit sensus: *fortasse aliquando vitam perdat:* talis enim oratio minanti non convenit, præterquam quod obstant præcedentia, ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, et τόδε καὶ τετελέσθαι ὀΐω, quæ verba certum quid et indubitatum præferunt: quare nihil restat quam futuri temporis plenissima significatio. Adde lib. I. vs. 157.

VI.

De Particulæ AN *usu* ELLIPTICO, *an et* EXPLETIVO?

I. Hactenus Particulæ ἂν primigeniam vim et multiplicem inde natam potestatem exposui: restat, ut de usu ipsius elliptico et

Digitized by Google

expletivo nonnulla dicam. Ad priorem quod attinet, in eo institutum semel ordinem servabo, ut pateat, ipsam Particulam in qualibet sua potestate nonnunquam deesse. Et principio quidem minus recte dicitur deesse, ubi sensus mere est εὐκτικὸς seu optativus, ut in illo Homeri Il. A. sub initium:

Ὑμῖν μὲν θεοὶ ΔΟΙΕΝ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.

Vobis dii, qui domos cœlestes habitant, dent, vastata Priami urbe, feliciter domum reverti. Ubi non licuisset addere particulam ἂν post δοῖεν. Addita enim hæc sensum redderet minus congruum, qui mere est optativus; optat enim Chryses, sacerdotum more omnia prospera precans; nec innuit, deos posse, aut velle, aut debere hoc dare, neque prædicit, daturos, sed optat, ut dent. Ad hæc ipsum illud εὐκτικὸν habet, quod Verbo actum suum tollit, neque quicquam aliud Particula ἂν præstare potest.

II. Sed verius ἐλλείπει, ubi, quanquam absens, genuinas tamen potestates suas exercet, ut in sensu ἀοριστολογικῷ post ὅς, ὅ τι, ὅπου, ὅσα, et similia, quibus Latini suum *cunque* adjiciunt: ut apud Plat. l. c. Τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι, ΟΣΟΝ μήτε φέρειν, μήτε ἄγειν ΔΥΝΑΙΤΟ ἄλλος ἢ ὁ σώφρων. *Tanta mihi sit auri copia, quantam nemo, nisi vir temperans, capere aut ferre possit.* Ubi ὅσον pro ὅσον ἄν: Sic οἱ pro οἱ ἂν dixit ibid. pag. 277. lin. 12. *Venimus,* inquit, *huc,* ὅπως τὸ Λυσίου τε ὄνειδος ἐξετάσαιμεν τῆς τῶν λόγων γραφῆς πέρι, καὶ αὐτοὺς τοὺς λόγους, ΟΙ τέχνῃ καὶ ἄνευ τέχνης ΓΡΑΦΟΙΝΤΟ. *Ut Lysiæ opprobrium examinemus in scribendis orationibus, ipsasque orationes, quæcunque vel arte, vel sine arte scribuntur.*

III. Ἂν δυνητικὸν seu potentiale deficit apud Hom. Il. E. v. 303.

——Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε ΦΕΡΟΙΕΝ.

Ubi φέροιεν pro φέροιεν ἄν, *ferre possent. Tydides autem manu saxum arripuit ingentis ponderis, quod duo, ut minimum dicam, viri ferre non possunt.*

IV. Ad hæc, posito casu, qui si exstet, dicitur aliquis posse aut non posse facere quippiam, (quo de usu supra dixi sect. II. §. 8.) et hic Particulam hanc ἐλλείπειν ante Verbum δύναμαι, liquet ex Evang: Joann. IX. 33. Εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. *Nisi hic a Deo esset, non potuisset quicquam facere.* Pro οὐκ ἂν ἠδύνατο.

V. Ellipsin quoque patitur, ubi voluntatis exercet usum, in illo Alcæi:

Digitized by Google

Μηδὲν ἄλλο ΦΥΤΕΥΣΗιΣ πρότερον δένδριον ἀμπέλω.

i. e. *Noli plantare.* Optime expressit Horatius lib. 1. Od. 18. init.

Nullam, Vare, sacrâ vite prius SEVERIS arborem.

VI. Abest etiam interdum τὸ ἂν, ubi officii significatum obtinet, ut ex Aristoph. Vesp. v. 1422. probat Devarius:

ἝΡΔΟΙ τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Quam quisque novit artem, hanc exerceat.

VII. Vim quoque futuri obliqui absens habet, præcedente conditione apud Lys. adv. Agorat. pag. 227. Εἰ μὲν ἦν οὗτος μὲν ἐν ἄστει, ὑμεῖς δὲ ἐν Πειραιεῖ ἦμεν, εἶχόν τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι. Pro εἶχον ἂν τινα λόγον. *Si igitur hic in urbe, et nos in Piræëo fuissemus, aliquid rationis haberent fœdera:* Aoristus Optativi et Subjunctivi pro futuro Indicativi positus suam quoque Particulam desiderat in Eccles. lib. cap. xxxviii. 15. Ὁ ἁμαρτάνων ἔναντι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, ἐμπέσοι εἰς χεῖρας ἰατροῦ. *Qui peccat in creatorem suum, incidet in manus medici.* Et in Evang. Joann. cap. xii. comm. 27. ubi loquitur Servator: Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί ΕΙΠΩ; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. *Nunc turbata est anima mea: et quid dicam? Pater, libera me ex hac hora.*

VIII. Est et alius hujus Particulæ usus ellipticus, quo ipsa quidem non deficit, sed imperfectæ ac mutilatæ orationis vestigium habet. Estque hic usus duplex; nam primo postulat præcedentis Verbi repetitionem. Ita anus in Pluto Aristophanis v. 984. rogata, quid maxime adolescens, quem amabat, a se petivisset, respondet;

Οὐ πολλά· καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο·
Ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσι
Εἰς ἱμάτιον γ'· ὀκτὼ δ' ἌΝ εἰς ὑποδήματα.

Ubi ἂν requirit repeti præcedens Verbum ᾔτησε. *Non multa,* inquit; *nam supra modum me colebat. Sed fieri potuit, ut argenti drachmas viginti petiverit, quibus emeret pallium; octo etiam, quibus calceos.* Frequentissima hæc est ellipsis in πῶς ἄν; πῶς γὰρ ἄν; πῶς καὶ ἄν; respondendi formulis, in quibus ex præcedentibus Verbis aliquid repetendum est: ut apud Platonem in Phileb. pag. 43. lin. 42. [T. IV. p. 275. ed. Bip.] interroganti: Ἔσθ' ἡμῖν ὅπως θάτερα γένοιτ' ἄν, χρυσὸς ἢ ἄργυρος; *An aliqua ratione alterum ex his fieri potest, aurum vel argentum?* respondetur: Καὶ πῶς ἄν; supple γένοιτο, *Et quomodo posset?* Paulo post dicenti Socrati: Οὐδ' ἄρα ὁ μέσος βίος, ἡδὺς ἢ λυπηρὸς λεγόμενος, ὀρθῶς ἂν

Digitized by Google

ποτε, οὔτ' εἰ δοξάζοι τις, δοξάζοιτο, οὔτ', εἰ λέγοι, λεχθείη. *Neque igitur media illa vita, quam sive quis jucundam vel tristem existimat, talis recte existimetur, sive dicit, recte dicatur.* respondet Protarchus: Πῶς γὰρ ἄν; scil. ὀρθῶς δοξάζοιτο καὶ λεχθείη. *Quomodo posset?*

IX. Quandoque non præcedens Verbum tantum, sed et addita Verbo negatio repetenda venit; nam ibidem pag. 43. lin. 34. [ed. Bip. IV. p. 274.] Socrati roganti: Οὐκ ἂν εἴη τὸ μὴ λυπεῖσθαί ποτε ταὐτὸν τῷ χαίρειν; *Nonne aliquando non dolere idem sit ac gaudere?* respondet Protarchus: Πῶς γὰρ ἄν; intelligens, ut videtur, non simpliciter ταὐτὸν εἴη, sed ταὐτὸν οὐκ εἴη· ut responsum interrogative prolatum affirmet: quare pergit Socrates: Ὁπόταν οὖν ἀκούσῃς, ὡς ἥδιστον πάντων ἐστὶ διατελεῖν ἀλύπως τὸν βίον ἅπαντα, τί τόθ' ὑπολαμβάνεις λέγειν τὸν τοιοῦτον; *Quum igitur audiveris, omnium esse suavissimum universam vitam absque dolore transigere, quid tunc intelligis talem dicere?* Respondet alter: Ἡδὺ λέγειν φαίνεται ἔμοιγε οὗτος, τὸ μὴ λυπεῖσθαι. *Suave esse mihi dicere videtur ille, non dolere.* Quod si negativum οὐ ex præcedentibus non repetitur, πῶς γὰρ ἂν non affirmabit, sed inquiret in modum, quo id fieri possit: at sic non subjecisset Socrates: ὁπόταν οὖν ἀκούσῃς etc. sed οἷον ὁπόταν ἀκούσῃς.

X. Interdum non antecedens quidem Verbum revocandum venit, sed aliud quid extrinsecus petendum, orationique inserendum, quod sensus postulat. Hunc usum observavit ex Synesio Budæus p. 496. et ex eo Vigerus cap. VIII. sect. 3. Verba Synesii, loquentis de homicidio, cujus auctor non erat manifestus, sunt: Ἐγὼ δὲ, καίπερ ἀδήλου τοῦ πράγματος ὄντος, οἶμαι δεῖν ἅπαντας ἑξῆς ἀποτροπιάζεσθαι, τὸν μὲν, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ὥστ', εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ΕΠΟΙΗΣΕΝ ἊΝ, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις πρέπουσαν αἰτίαν ἐδέξατο· τοὺς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, ὅτι ΣΥΝΕΠΛΑΣΑΝ ἊΝ καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ ἐγκλήμα. Quæ ita reddit Budæus: *Ego vero, tametsi re non comperta, aversandos tamen omnes æque censeo: hunc ideo, quod, si facinus non admisit, est tamen ejusmodi ingenio, ut fecisse credi possit, crimenque ut in moribus ejus hæreat, hos,* (delatores et criminantes) *quod, etsi crimen non confinxerunt, idonei tamen sunt, qui confinxisse existimentur; convenit enim eorum moribus, ut falsam suscepisse criminationem credantur.* Ubi ἂν post Verba ἐποίησεν et συνέπλασαν indicium infert suppressæ dictionis, puta, ἡνίκα ἂν καιροῦ τινος λάβοιεν. *Fecisset, si commoda se obtulisset occasio.*

XI. Sed quod Grammatici nonnulli hanc particulam interdum plane superfluam et mere expletivam esse putarunt, id sane idoneis argumentis probare non potuerunt. Hoc igitur affirmare liceat, Particulam ἂν per se quidem positam, nunquam abundare. Singula loca, in quibus quidam hanc particulam παρέλκειν dixerunt, excutere, nimis longum foret. Suffecerit nobis loca quædam examinare, ubi particula ἂν *aut* vere geminatur, *aut* saltem geminari videtur, ut videamus, an in ejusmodi locis alterutrum saltem ἂν superfluum existimari possit.

Digitized by Google

XII. Atque ut a posteriori incipiamus, ubi particulæ ἂν geminatio non vera, sed tantum apparens est, primum ne geminari quidem Particula recte dicitur, quoties in oratione bis invenitur, et utraque ad diversa referri debet. Sic ἂν minus recte dicitur abundare, ubi duo sunt verba, ad quæ utrumque referatur. Hoc modo pro usu παραπληρωματικῷ locum affert Budæus pag. 497. ex Xenophontis Κύρ. παιδ. lib. V. Cap. III. §. 35. Ὅσῳ δ' ἊΝ κουφότερον ΣΥΣΚΕΥΑΖΩΜΕΘΑ καὶ εὐτελέστερον, τοσούτῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἊΝ ἈΡΙΣΤΗΣΟΜΕΝ τε, καὶ δειπνήσομεν, καὶ καθευδήσομεν. *Quanto leviori ac tenuiori apparatu usi fuerimus, tanto sequentibus diebus et suavius prandere, et cœnare, et dormire poterimus.* Sed quis non videt, utrumque Verbo, cui jungitur, actum tollere? Non enim dicit, eos tenuiori apparatu uti; sed ponit casum, si utantur, tum id consecuturos, ut suavius postmodo *prandere possint.*

Prorsus abundare putat Stephanus ἂν apud Plat. in Alcibiade secundo p. 142. [T. V. p. 85. ed. Bip.] ἀλλὰ κἂν εὔξαιντο ἂν γενέσθαι, εἴ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνει. Quodsi utrumque ἂν ad verbum εὔξαιντο referatur, alterutrum manifeste abundat. Sed videndum tamen, num posterius ἂν non pertineat ad sequens verbum γενέσθαι. Sermo est de vanis hominum votis, qui non solum oblatam tyrannidem aut præfecturam non adspernentur, ἀλλὰ κἂν εὔξαιντο etc. Certum est κἂν constare ex καὶ ἐπιδοτικῷ, de quo postea videbimus, et ἂν futurum obliquum designante. Alterius ἂν intricatior quidem ratio est, sed vi oppositionis videtur exercere potestatem δυνητικὴν, quæ patebit fortasse, si integrum locum addidero, qui hic est: Οἵ τε πολλοὶ οὔτε ἂν τυραννίδος διδομένης ἀπόσχοιντο ἂν, οὔτε στρατηγίας, οὔτε ἑτέρων πολλῶν, ἃ παρόντα βλάπτει μᾶλλον ἢ ὠφελεῖ· ἀλλὰ κἂν εὔξαιντο ἂν γενέσθαι, εἴ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνει. Hic si ἂν ante γενέσθαι auferatur, parum justa videtur oppositio: *Non tantum sibi temperare non possent, quin acciperent, si hæc sibi offerrentur, sed optarent etiam, ut acquirerent.* Deest igitur hic aliquid, quod τῷ διδομένης ἂν opponatur. Sed accedente ἊΝ δυνητικῷ illo altero, omnia sunt planiora; illud enim efficit, ut concinnior fiat oppositio, cujus hæc ratio: *Non tantum sibi temperare non possent, quin acciperent, si tyrannis aut præfectura, aut multa alia, quæ, si adsint, nocent magis, quam prosunt, offerrentur, sed etiam optarent, ut sibi daretur copia ea acquirendi, si ipsis hæc non adsint.*

XIII. Nec rectius dicitur abundare in eodem orationis membro repetitum, ubi alterum Participio, alterum Verbo jungi debet; nam, quod Latini per duo Verba, id Græci φιλομέτοχοι per Participium et Verbum exprimunt; atque hinc sit, ut oratio revera sit bimembris, quæ prima fronte uno constare membro videtur. Ita pro usu expletivo verba Platonis affert Vigerus ex lib. IV. de Legg. pag. 705. lin. 13. [ed. Bip. T. VIII. p. 163.] Τοῦτο γὰρ ἔχουσα (πόλις) πολλὴν ἐξαγωγὴν ἊΝ ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΗ νομίσματος ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πάλιν ἈΝΤΕΠΙΜΠΛΑΤ' ἌΝ. i. e. ut ipse vertit: *Hoc enim si haberet, ut rerum inde multarum exportatio fieret, ita magna*

Digitized by Google

vicissim argenti aurique copia repleretur. Sed ipse tamen, num recte dicatur παραπληρωματικὸν, dubitare videtur; subjungit enim: *Ubi* ἂν *cum* παρεχομένη *junctum manifeste redundat, vel significat* παρέχειν δυνησαμένη. Atque ita prius ἂν δυνητικὸν esse posse existimat. Ego vero futuri obliqui sensum subesse dixero, ut mens sit, non quasi multa exportari possent, sed multa exportarentur. Nam, quia multa ex urbe possunt exportari, ideo ea auro et argento non repletur; sed quia revera exportantur; id quod hic loci innuit Plato. Cæterum, cum pro Participio παρεχομένη possit verbum adhiberi, quis non videt, bimembrem esse orationem, quum ita instituitur: Πολλὴν μὲν ἐξαγωγὴν ἂν παρεῖχε, νομίσματος δ' ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντιπίμπλατ' ἄν. Atque ita, cum utrumque ἂν suo fungatur officio, neutrubi abundare dici debet.

XIV. At in eodem orationis membro geminatur apud Aristoph. in Acharn. vs. 306.

Πῶς δέ γ' ἊΝ καλῶς λέγοις ἊΝ, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ
Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει;

Quomodo hoc quidem recte dixeris, si pepigisti cum his, quibus neque religio, neque fides, neque jusjurandum constans est? Hic si dicimus, utrumque ἂν ad Verbum λέγοις referendum esse, procul dubio alterum otiosum plane erit. Sed latere profundior sensus videtur, qui jubet priorem Particulam non ad τὸ λέγοις, sed ad præcedens πῶς referri. Quæsiverat Dicæopolis, num fœdera recte inivisset, cui respondet chorus: Πῶς δέ γ' ἂν, etc. Quod si semel ἂν adhibuisset, dixissetque: Πῶς δέ γε καλῶς λέγοις ἂν, potuisset videri credere, Dicæopolin recte fœdera inivisse, sed rogare tantum de modo, quo inivisset. Nunc, cum dicat πῶς ἂν, non rogat, quomodo iniverit fœdera, sed quis possit modus excogitari, quo hoc facere potuerit: atque ita negat implicite, quam negationem interrogative effert; atque ita πῶς ἂν perinde est, ac si dixisset: οὐκ ἂν εἴη ὅπως.

XV. Ast, ubi vere geminatur, videamus, rectene an secus παρέλκειν dicatur. Non simplex repetitæ vocis causa afferri potest. Jam vero, simul atque geminationi sua constat ratio, non utique ea plane otiosa est: ut cum post longiorem parenthesin repetitur; ita enim μακρολογία medetur, et auditoris aut lectoris intentioni, assequi vix valentis, succurrere aliquantum videtur, ut in illo Aristophanis in Acharn. v. 210.

Οὐκ ἊΝ ἐπ' ἐμῆς γε νεό-
τητος, (ὅτ' ἐγὼ φέρων
Ἀνθράκων φορτίον
Ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων,)
Ὧδε φαύλως ἊΝ ὁ

Σπονδοφόρος ὄντος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος ἐξέφυγεν.

Neque tunc, quum juvenis eram (quando ferens onus carbonum assecutus sum Phayllum in fuga) hic cum suis fœderibus, a me in fugam actus, ita me effugisset. Similiter apud Plat. de Rep. lib. iv. pag. 420. lin. 25. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] Ὥσπερ οὖν ἌΝ, εἰ ἡμᾶς ἀνδριάντας γράφοντας προσελθὼν ἄν τις ἔψεγε, λέγων, ὅτι οὐ τοῖς καλλίστοις τοῦ ζώου τὰ κάλλιστα φάρμακα προστίθεμεν· οἱ γὰρ ὀφθαλμοί, κάλλιστον ὄν, οὐκ ὀστρείῳ ἐναληλιμμένοι εἶεν, ἀλλὰ μέλανι· μετρίως ἌΝ ἐδοκοῦμεν πρὸς αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι, λέγοντες. *Veluti, si quis nos, dum imagines pingeremus, adiret ac reprehenderet, dicens, nos pulcerrimis animalis membris non pulcerrimos adhibere colores, eo quod oculi, quibus nihil in corpore pulcrius, non minio, sed atramento essent illiti, apposite huic respondere videremur, dicentes* etc. Hic quoque longior oratio post primum illud ἂν, ejusdem Particulæ repetitionem in fine facile concedit absque abundantiæ criminatione.

XVI. Repetiverunt quoque hanc Particulam Græci, quoties utile videbatur id, quod dicebant, recte et imprimis intelligi, quare geminando magis urgebant non sine emphasi. Sic Aristoph. in Vesp. v. 506.

— Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἌΝ ὀρνίθων γάλα
Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἌΝ. —

In quibus verbis properanter nimis otiosam Particulæ geminationem agnoscit Budæus pag. 495. quæ si conceditur, perit omnis, quæ verbis additur, emphasis. Neque enim magis hic abundat ἂν, quam Latinorum *non*, si reddas: *Non enim hanc ego vitam avium lacte mutem; non ego.* Par huic locus est apud Eurip. in Orest. v. 710.

Ἀλκῇ δέ σ' οὐκ ἌΝ, ᾗ σὺ δοξάζεις ἴσως,
Σώσαιμ' ἌΝ. —

Id imprimis inculcare studet Menelaus, si quam sperare opem posset Orestes, eam per vim et pugnando ferri non posse, quare non tantum in his verbis ἐμφατικῶς geminat τὸ ἂν, sed et ante dixerat:

Μάχῃ μὲν οὖν ἂν οὐχ ὑπερβαλοίμεθα.

et fusius argumentis idem probaverat. Geminatur non absimili modo in iis, quæ sequuntur ap. Aristoph. ibid.

——Ἥδιον ἌΝ
Δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἌΝ,

Digitized by Google

manente eadem emphasi in sensu affirmativo, quæ modo inerat negativo. *Libentius ederem; imo multo libentius.*

VII.

De Particulæ ἌΝ *potestate* CONDITIONALI.

I. Restat, ut de Particula ἂν conditionali nonnulla dicam; quæ fere cum Subjunctivo construitur. Est huic Particulæ potestati cum præcedenti illa generaliori arctissima cognatio; nam primo tollit item actum verbi, cui jungitur; non tamen iisdem semper modis, quibus illa, quæ actum Verbo ereptum reducit ad potentiam, significationem volendi, debendi aut futuri temporis; sed fingit vel ponit aliquid, quod si fiat, hoc vel illud eventurum designat. Ut, qui dicit, ἂν ὁ οὐρανὸς πίπτῃ, non indicat, cœlum posse ruere, aut velle, aut debere, aut ruiturum; sed fingit talem casum. Sic nullum horum significare potest in hoc Platonis lib. iv. de Rep. pag. 420. in fine: [T. VI. p. 328. ed. Bip.] Ἀλλ' ἡμᾶς μὴ οὕτω νουθέτει· ὡς, ἄν σοι πειθώμεθα, οὔτε γεωργὸς γεωργὸς ἔσται, οὔτε κεραμεὺς κεραμεύς. *Sed ne nos ita moneas; nam, si vobis pareamus, neque agricola erit agricola, neque figulus figulus.* Neque enim significat, se posse parere, neque debere, aut velle, aut pariturum, et tamen actum τοῦ πείθεσθαι tollit, fingens nempe, si pareret, hoc inde consecuturum, ut agricola non esset agricola, nec figulus figulus.

II. Secundo arcta est inter ἂν si et ἂν ἀοριστολογικὸν cognatio, si quidem ὅστις ἂν et ἄν τις, ὅσοι ἂν et ἄν τινες, ὅπου ἂν et ἄν που, et similia facile, nec ullo sensus detrimento inter se permutari possunt: ut illud Homericum supra in ἂν ἀοριστολογικῷ allatum:

— Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

— Namque meum non est revocabile verbum,
Nec caret effectu, neque fallax, vertice si quid
Annuero. ——

Num alius eveniet sensus, si quis pro ὅ τι κεν vel ἂν κατανεύσω scribat ἄν τι κατανεύσω?

III. Aliud utriusque ἂν inter se cognationis indicium est, quoties cum Participio constructum conditionem manifestam infert, ut in verbis Platonis, modo ex secundo Alcibiade allatis: Οἱ δὲ πολλοὶ οὔτε ἂν τυραννίδος διδομένης ἀπόσχοιντο ἄν, οὔτε στρατηγίας. Pro ἂν τυραννὶς δίδωται. *Si ipsis offerretur tyrannis aut præfectura.* Hujus Particulæ cum Participio structura a Budæo non ita animadversa in causa fuisse videtur, quare hanc judicaverit παραπληρωματικήν. Nam locum affert ex Platonis Politico, pag. 301. lin. 34. [T. VI.

p. 97. ed. Bip.] Ἐπεὶ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ γ' ἌΝ, οἷον λέγομεν, ἀγαπᾶσθαι ἄν. *Quoniam, si talis esset, qualem describimus, amaretur,* ubi γενόμενον ἂν pro ἂν γένηται. Ait tamen, abundare ἄν.

V. Denique huic Particulæ adjunctum ΚΑΙ ἐπιδοτικὸν respondet Latinorum *etiamsi,* ita tamen, ut apud Græcos Particula ἂν præponatur, secus atque apud Latinos: nam quoties ἂν subjungitur, coalescit in unum et fit κἄν. Plato in Sophist. pag. 230. lin. 38. [T. II. p. 228. ed. Bip.] optimam animarum purgationem esse redarguendi rationem ait, qua si quis careat, ἌΝ ΚΑΙ τυγχάνῃ βασιλεὺς ὁ μέγας ὤν, τὰ μέγιστα ἀκάθαρτον ὄντα. *Etiamsi rex Persarum esset, maxime tamen eum impurum esse.* Sed hic plena exemplis omnia.

VI. Tantummodo observandum, nonnunquam τὸ καὶ abesse, atque ita videri ἂν solitarium idem præstare quod ἂν καὶ vel κἄν. Ita loquitur Plut. de Anim. Procr. p. 1027. lin. 41. Καὶ γὰρ, ἌΝ ἀληθὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, ἀμυδρὰν ποιεῖ τὴν μάθησιν ἄνευ παραδειγμάτων. *Etenim, licet, quod illi dicunt, verum sit, obscuram tamen doctrinam reddit absque exemplis.*

ἌΡΑ.

I.

De Particulæ ἌΡΑ *Primaria Potestate, ejusque Variis Usibus.*

I. Particulæ ἄρα primaria vis est in consequentiis syllogismorum, ubi præterquam quod ipsi cum Particula ἂν colligendi potestas communis est, hoc sibi peculiare habet, ut magis sit συλλογιστική, legitimam consequentiam ex præmissis apte positis deducens. Plenus autem perfectusque syllogismus est, cujus assumtioni præfigitur ἀλλὰ μὴν, et consequentiæ additur τὸ ἄρα, [G. *also, folglich*] ut in notissimo Luciani loco sub finem Jovis Tragœdi: Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μήν εἰσι βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. *Si sunt aræ, sunt etiam Dii; atqui sunt aræ; ergo sunt et Dii.* Vide simile exemplum in syllogismo falso apud Lucian. Tom. 1. in Vitarum Auct. pag. 565. Ὁ λίθος σῶμά ἐστι; ΑΓ. Ναί. ΧΡ. Τί δέ; τὸ ζῶον οὐ σῶμα; ΑΓ. Ναί. ΧΡ. Σὺ δὲ ζῶον; ΑΓ. Ἔοικα γοῦν. ΧΡ. Λίθος ἌΡΑ εἶ, σῶμα ὤν. ΑΓ. Μηδαμῶς. Ἀλλ' ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς, καὶ ἐξ ἀρχῆς ποίησον ἄνθρωπον. ΧΡ. Οὐ χαλεπὸν, ἀλλ' ἔμπαλιν ἴσθι ἄνθρωπος. εἰπὲ γάρ μοι, πᾶν σῶμα ζῶον; ΑΓ. Οὔ. ΧΡ. Τί δέ; λίθος ζῶον; ΑΓ. Οὔ. ΧΡ. Σὺ δὲ σῶμα εἶ; ΑΓ. Ναί. ΧΡ. Σῶμα δὲ ὤν, ζῶον εἶ; ΑΓ. Ναί. ΧΡ. Οὐκ ἌΡΑ λίθος εἶ, ζῶόν γε ὤν.

Digitized by Google

II. Usui συλλογιστικῷ affinis est ὁ ἐνθυμηματικὸς, in quo ὁ ἄρα idem præstat officium. Ita ἐνθυμηματικὸν totum caput sexagesimum sextum Epicteti, in quo singulis enthymematibus legitime additur Particula ἄρα. Οὗτοι, inquit, οἱ λόγοι ἀσύνακτοι· Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ΑΡΑ κρείσσων. Ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ΑΡΑ κρείσσων. Ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτοί· Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ΑΡΑ κτῆσις τῆς σῆς κρείσσων. Ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ΑΡΑ λέξις τῆς σῆς κρείσσων. Σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις. *Hæc non congrua dicta: Ego te ditior sum, ergo te melior. Ego te eloquentior, ergo te melior. At hæc magis congrua: Ego te ditior sum, possessio ergo mea tuæ præstat. Ego te eloquentior, dictio ergo mea tuæ præstat. Tu utique neque possessio es, neque dictio.* Similiter Aristot. de beata vita disputans cap. 7. libri X. Ἠθικῶν Νικομαχ. ita claudit: Τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει, κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐσθ' ἑκάστῳ· καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος, οὗτος ΑΡΑ καὶ εὐδαιμονέστατος. *Quod cujusque naturæ proprium est, id cuique et optimum est et jucundissimum. Homini ergo, qui vitam menti convenienter ducit, siquidem hæc maxime hominem constituit, vita hæc beatissima etiam est.* Hæc potestas ἐνθυμηματικὴ, Homero imprimis familiaris, non sine damno sententiæ sæpe ab interpretibus negligitur. E. g. Il. Ε. vs. 333. ubi Diomedes Venerem insequitur,

Γιγνώσκων, ὅτ' ἄναλκις ἔην θεὸς, οὐδὲ θεάων
Τάων, αἵ τ' ἀνδρῶν πόλεμον κατακοιρανέουσιν,
Οὔτ' ΑΡ' Ἀθηναίη, οὔτε πτολίπορθος Ἐνυώ.

negligit interpres particulam, reddens: *Cognoscens, quod imbecillis esset dea, neque dearum illarum, quæ virorum bellum administrant; neque Minerva, neque urbium vastatrix Bellona.* Atqui ita Minerva et Bellona eximuntur e numero dearum bellicosarum: cum contra particula ἄρα ex præcedenti versu colligat, non fuisse Minervam aut Bellonam, quia hæ deæ bellicosæ sunt. Plenior itaque argumentandi ratio hæc est: Sciebat Diomedes, Venerem esse imbellem, neque earum dearum, quæ bellicosæ habebantur: atqui Minerva et Bellona erant bellicosæ; ergo non esse Minervam aut Bellonam.

III. Usus hic manet etiam in colloquiis, ubi ex alterius affirmatione aut negatione aliquid infertur, ut apud Plat. in Phædon. p. 79. [c. 26. ed. Fischer.] ex eo, quod anima sub adspectum non cadit, infert, eam rei invisibili similiorem esse, quam corpus; hoc vero visibili: Τί οὖν περὶ ψυχῆς λέγομεν, ὁρατὸν εἶναι, ἢ οὐχ ὁρατόν; Οὐχ ὁρατόν. Ἀειδὲς ΑΡΑ. Ναί. Ὁμοιότερον ΑΡΑ ψυχὴ σώματός ἐστι τῷ ἀειδεῖ, τὸ δὲ τῷ ὁρατῷ.

IV. Qualem in argumentationibus συλλογιστικαῖς καὶ ἐνθυμηματικαῖς, talem quoque usum præstat in sorite, in quo τὸ ἄρα ex primæ propositionis subjecto et postremæ prædicato per cumulatam pro-

Digitized by Google

positionum successionem colligit. Hujus exemplum est in libr. Sapient. cap. VI. comm. 17—20. Ἀρχὴ γὰρ αὐτῆς (σοφίας) ἡ ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία· φροντὶς δὲ παιδείας ἀγάπη· ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς· προσοχὴ δὲ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας· ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ. Ἐπιθυμία ΑΡΑ σοφίας ἀνάγει ἐπὶ βασιλείαν. *Principium sapientiæ est verissimum institutionis desiderium: institutionis cura amor: amor observatio legum ipsius: legum observatio est confirmatio incorruptæ stabilitatis: incorrupta stabilitas efficit, ut Deo quis proximus sit. Ergo sapientiæ desiderium ad regnum ducit.* Huc refer verba Apostoli in ep. pr. ad Corinth. cap. XV. comm. 14. Εἰ δ' ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ΑΡΑ τὸ κήρυγμα ἡμῶν.

V. At vis hæc collectiva non semper æque perspicua est, latetque, quoties, non ex proxime præmissis, sed altius et ex diffusiori argumentationum complexu eruenda est, ut in epistola ad Rom. cap. VIII. init. ubi ex omnibus, quæ docuerat Apostolus a commate 16. capitis primi, de justificatione, sanctificatione, carnisque ac spiritus inter se conflictatione, transiturus denique ad victoriam, quam sancti in Christo de carne reportant, atque inde natam consolationem et salutis certitudinem colligens, ait: Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. *Nullum igitur condemnationis supplicium est iis, qui in Christo Iesu sunt, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum.*

VI. Latet quoque nonnunquam aliquantulum vis illativa aut collectiva, quum τὸ ἄρα orationi obliquæ illic inseritur, ubi minime quis argumentationem exspectet, cum tamen, ut ut prima fronte obscura, legitime, si quis attendat, ex præmissis sequatur conclusio. Ita amatoris mores describens Plato in Phædro pag. 241. [T. X. p. 309. ed. Bip.] ostendit, eum, quum amare desierit, dementiæ suæ pœnitentia actum, amasii consuetudinem fugere, qui fugientem sequitur, existimans se cum eodem, qualem antea cognoverat, rem habere, ignarus illum ad meliorem mentem reversum, priorem dementiam nunc repudiare; additque: Ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθεάζων, ἠγνοηκὼς τὸ ἅπαν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἄρα ἔδει ποτὲ ἐρῶντι καὶ ὑπ' ἀνάγκης ἀνοήτῳ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι. *Ille vero cogitur persequi indignans et Deos obtestans, qui nesciverat rem omnem a principio, atque igitur non oportuisse unquam amanti et tanquam necessitate quadam dementi morem gerere, sed multo potius non amanti et sapienti.* Colligit ὁ ἄρα ex inconstantia amantium, iis morem non esse gerendum, latenter tamen propter interposita vocabula, ἠγνοηκὼς τὸ ἅπαν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι. Collectiva vis, mutata orationis structura, patebit manifestius hoc modo: Οὐκ ἄρα ἔδει ποτὲ ἐρῶντι καὶ ὑπ' ἀνάγκης ἀνοήτῳ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι, ὃ ἐκεῖνος ἠγνοήκει.

VII. Celat interdum τὸ ἄρα collectivam vim, ubi una cum con-

Digitized by Google

sequentia in argumentationibus præmittitur. Ita, postquam Idæus orator apud Hom. Il. Η. v. 394. nomine Priami et Trojanorum Achivis obtulerat opes, quascunque Paris abstulerat Argis, cæteris tacentibus, hanc conditionem repudians, respondet Diomedes:

> Μήτ' ἄρ τις νῦν κτήματ' Ἀλεξάνδροιο δεχέσθω,
> Μήθ' Ἑλένην· γνωτὸν δὲ, καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν,
> Ὡς ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται.

Vel pueris, inquit, *notum est*, *Trojanis jam cito exitium impendere*. Hinc colligit, non esse opes Alexandri, nec ipsam quidem Helenam accipiendam; cujus conclusionis indicium affert τὸ ἄρα. Cæterum ἂρ poetice pro ἄρα, κατ' ἀποκοπήν. Præmittitur etiam ἄρα in verbis Calchantis Il. Α. v. 93. qui jussus dicere causam, quare Apollo irasceretur, utrum ob vota non reddita, an propter hecatomben, an vero nidorem ovium et caprearum, ita infit:

> Οὔτ' ἌΡ' ὅ γ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης,
> Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,
> Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα·
> Τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει.

Apollo, inquit, iratus est ob sacerdotem, quem turpiter dimisit Agamemnon, quodque filiam ejus non reddidit, nec redemtionis pretia accepit: unde colligere poterant, eum non succensere ob vota vel hecatombas non redditas. Hujus conclusionis index est ἄρα, quæ præmittitur, et, quia præmittitur, hinc locus datur particulæ ἀλλὰ διαφορικῇ, quæ addita non fuisset, si recta argumentandi ratione usus fuisset Calchas, hoc modo: Ὁ Ἀπόλλων ἐπιμέμφεται ἐπ' ἀρητῆρι, ὅ τὴν θυγατέρα οὐκ ἀπέλυσεν Ἀγαμέμνων, οὐκ ἄρα εὐχωλῆς ἕνεκα.

VIII. Obscurior quoque est vis collectiva, ubi, præmissa consequentia, præpostera est argumentandi ratio, nec τὸ ἄρα consequentiæ additur, sed propositioni alicui ad finem argumentationis rejectæ. Ita glorians Achilles apud Hom. Il. Φ. v. 189. ubi genus suum a Jove deducens, ait:

> Αὐτὰρ ἐγὼ γενεὴν μεγάλου Διὸς εὔχομαι εἶναι·
> Τίκτε μ' ἀνὴρ, πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι,
> Πηλεὺς Αἰακίδης· ὁ δ' ἌΡ' Αἰακὸς ἐκ Διὸς ἦεν.

Quod si hæc, quæ primo loco ponuntur, collocentur postremo, iisque ἄρα addatur, nascetur legitima argumentatio per soriten, hoc modo: *Genuit me Peleus, Peleum Æacus, Æacum Jupiter; ergo genus mihi a magno Jove est*. De inversa hac argumentandi ratione plura adspergam in Particula γάρ.

IX. Ex inversa hac argumentandi ratione nova nascitur τοῦ ἄρα significatio, commodeque redditur Latine *nempe*, *nimirum*,

Digitized by Google

scilicet: si enim in verbis Achillis modo ex Homero allatis metathesin admittere nolimus, ita commode satis redduntur: *Sed glorior ego, genus mihi esse a magno Jove; genuit me vir multis imperans Myrmidonibus, Peleus Æacides: hic nempe Æacus ex Jove fuit.* Estque hic Particulæ usus poetis imprimis familiaris. Videsis eundem Il. Ο. v. 306—310. ubi bis adhibetur:

> Τρῶες δὲ προύτυψαν ἀολλέες· ἦρχε δ' ἌΡ' Ἕκτωρ
> Μακρὰ βιβὰς, πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ Φοῖβος Ἀπόλλων
> Εἱμένος ὤμοιιν νεφέλην· ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν,
> Δεινὴν, ἀμφιδάσειαν, ἀριπρεπέ', ἣν ἌΡΑ χαλκεὺς
> Ἥφαιστος Διῒ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν.

Troes primi impetum fecere conferti, ducebat nempe illos Hector fortiter incedens, præeunte Phœbo Apolline, humeris nebulam induto, armatoque ægide impetuosa, terribili, undique hirsuta, insigni, quam nempe faber Vulcanus Jovi gestandam dederat, quæ terrorem viris etiam fortissimis incuteret.

[Præsertim ab initio periodi ἄρα sæpe notat *sane, utique,* quod notavit Cel. Valckenaer ad Eurip. Hippol. 1315. uti ἄρ' οἶσθα, *nosti utique.* (G. *du weist, doch wohl.*) Sic Xenoph. Cyrop. VII. 5. 40. Ἄρα, ἔφη ὁ Κῦρος, νῦν μὲν καιρὸς διαλυθῆναι. *Sane nunc quidem tempus discedere.*]

X. Obtinet hic usus, ubi τὸ ἄρα inter οὐδὲ et γε medium invenitur, ut apud eundem Il. Α. v. 330. ubi Talthybius et Eurybates cum mandatis ab Agamemnone ad Achillem missi abductum ab eo Briseida, inveniunt

> —Παρά τε κλισίῃ καὶ νηῒ μελαίνῃ
> Ἥμενον, ΟΥΔ' ἌΡΑ τώ ΓΕ ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.

ad tentorium et navem nigram sedentem; nimirum hos haud læto sane vultu adspexit Achilles. [G. *und freilich freute sich Achilles nicht, da er sie sah.*] Similiter Il. Φ. v. 495. et v. 608.

XI. Ex collectiva hujus particulæ potestate natus est ejusdem usus ἐν τοῖς ἐπιφωνηματικοῖς, quia nullæ sine aliqua conclusione fiunt acclamationes. Ita Ælianus V. H. l. 1. cap. 25. narrans, Alexandrum soli Phocioni scribentem τὸ χαίρειν apposuisse, addit: Οὕτως ἄρα [G. *So sehr also*] ἠρήκει τὸν Μακεδόνα ὁ Φωκίων. Ubi τὸ ἄρα ex præmissis concludit, quantum Phocione Macedo fuerit delectatus.

XII. Neque a primigenia notione recedit in temporum designationibus, quibus res agenda maturuerit, paratis nempe omnibus, quæ ad eam feliciter transigendam requiruntur: reddique tunc potest *commode, opportune,* [imo rectius *igitur*] ut apud Hesiod. Ἐργ. v. 422.

Digitized by Google

Τῆμος ἄρ' ὑλοτόμει μεμνημένος ὥριον ἔργον.

Præmiserat operi poëta opportunum autumni tempus, quo cæsa ferro materia cariei minus obnoxia est, ubi folia humi funduntur, nec amplius germinant arbores: *tunc*, inquit, *commode ligna seces, memor laboris opportuni.* [Rectius: *tunc igitur* etc.]

XIII. Hinc ortus est usus ἐν ταῖς τῶν χρόνων ἀναφοραῖς. Vid. Hom. Il. Ω. v. 785.

> Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος ἠὼς,
> Καὶ τότ' ἌΡ' ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δακρυχέοντες.

Sed, quum jam decima apparuit aurora lucem mortalibus ferens, tunc vero extulerunt asperum Hectorem lacrimantes. Et mox:

> Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
> Τῆμος ἌΡ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος ἔγρετο λαός.

Quum vero mane genita apparuit roseis digitis aurora, tunc igitur circa pyram præclari Hectoris congregatus est populus.

II.

De Particula ἌΡΑ, *significante* Effectum.

I. Quod si consequentia factum continet, quod narratur, hinc nascitur affinis τοῦ ἄρα potestas effectum indicantis. Hujus usus est duplex: vel cum quis mandata dicitur exsequi, vel fieri aliquid dicitur, unde aliud consecutum est. Prioris exemplum est apud Hom. Il. Ο. v. 236. Jubetur illic a Jove Apollo adire Hectorem, eique magnum inspirare animum, quo Achivos territos ad naves repellat. Ὣς ἔφατ', ait Poëta, statimque ostensurus, quem effectum Jovis sortita fuerit oratio, subjungit:

> —Οὐδ' ἌΡΑ πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων,
> Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων, ἴρηκι ἐοικὼς
> Ὠκεῖ.——

et quæ sequuntur.

> *Ergo haud imperium detrectans patris Apollo,*
> *Accipitri similis veloci montibus Idæ*
> *Descendit.*——

II. Alter usus τοῦ ἄρα effectum designantis est, cum dicitur aliquid consecutum ex facto, quod narratur, ut apud Hom. Il. Φ. v. 69.

Digitized by Google

"Ητοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο δῖος Ἀχιλλεὺς,
Οὐτάμεναι μεμαώς· ὁ δ' ὑπέδραμε, καὶ λάβε γούνων
Κύψας· ἐγχείη δ' ἌΡ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
Ἔστη.——

Achilles nempe sustulit hastam, cupiens confodere Lycaonem: at ille accurrens obstipo corpore subiit, et genua prehendit, eo successu, ut hasta tergum supervolans terra defixa staret. [G. *und so ging dann die Lanze über den Rücken hinweg in die Erde.*] Præmissa facti occasione, ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς ἀνέσχετο δόρυ, οὐτάμεναι μεμαώς, ipsum factum narratur, ὁ δ' ὑπέδραμε κύψας: unde sequitur effectus, ἐγχείη ἔστη ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ, cujus signum infert τὸ ἄρα.

III. Hoc modo τὸ ἄρα usurpatur ἐλλειπτικῶς, ubi præmittenda ex præcedentibus repeti debent, ut quum apud Xenoph. Instit. Cyr. lib. III. cap. I. 15. roganti Tigrani, Πότερα δ' ἡγῇ ἄμεινον εἶναι σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ τὰς τιμωρίας ποιεῖσθαι, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ; *Utrum melius ducis cum tuo bono pœnas sumere, an cum tuo damno?* respondet Cyrus: Ἐμαυτὸν ἌΡΑ οὕτω γ' ἂν τιμωροίην. *Sic nempe me ipse punirem.* ubi supple ex præcedentibus, ἐὰν τὰς τιμωρίας ποιήσωμαι σὺν τῇ ἐμῇ ζημίᾳ. Ponitur scilicet casus, si pœnas sumerem cum meo damno, talis sequeretur effectus, ut me ipse punirem.

IV. Intricatiorem nonnunquam hanc effectum significandi potestatem reddit metathesis, quæ occurrit apud Ælianum V. H. lib. 1. cap. 15. ubi agit de columbis earumque pullis. Τῶν νεοττῶν, inquit, γινομένων, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσιν, δι' ἌΡΑ τοῦτο. Qui locus mirum quantum eruditissimos fatigavit, mutantibus Gesnero, et Adr. Junio δι' ἄρα in δι' ἀρᾶς, legente Tan. Fabro δὴ ἄρα vel δῆτα, aliis ad παραπλήρωμα confugientibus, sed veritati propius accedente Perizonio, τῷ ἄρα significationem τοῦ *scilicet* vel *nempe* tribuente. Observata tamen metathesi, et structura hoc modo restituta: Ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον δι' ἄρα τοῦτο, ἵνα μὴ βασκανθῶσιν, patet effectus, Particulæ ἄρα beneficio, significatio; ut sit sensus: *Conspuit in illos, ut hoc modo invidiam ab iis avertat, nec illi fascinentur.*

V. Transpositioni affinis in affectu usus est, qui paulo ante in inversa argumentatione observatus est, quoties scilicet effectus præponitur, et sequenti causæ efficienti additur τὸ ἄρα, ut apud Hom. Il. Φ. in fine, ubi Apollo Agenoris forma vultuque assumto fallit Achillem, qui eum putans esse Agenorem persequitur infestus:

Ἕως ὃ τὸν πεδίοιο διώκετο πυροφόροιο,
Στρέψας πὰρ ποταμὸν βαθυδινήεντα Σκάμανδρον,
Τυτθὸν ὑπεκπροθέοντα· δόλῳ δ' ἌΡ' ἔθελγεν Ἀπόλλων.

Causa est: *Apollo Achillem dolo decipiebat,* unde consecutus est

effectus, nempe, *Achilles eum per campum tritici feracem persequebatur, conversumque ad profundum Scamandri fluvium adegerat, vestigia vestigiis premens.* Et, ut supra ex præpostera argumentandi ratione natam vidimus τȣ̃ *nempe, nimirum, scilicet* significationem, ita et hic eadem observari potest, et, ut illic, ita et hic potestas possit intelligi αἰτιολογική. Parum enim refert, utrum reddamus, *Nimirum*, an, *Nam dolo eum Apollo decepit.* Hæc ratio est, quare supra allata illa exempla ex Hom. Il. Ο. v. 306. Α. v. 330. et Φ. 608. huc etiam referri possint.

III.

De Particulæ ἌΡΑ *usu* Conjecturali.

I. Si factum vel causa effectum eventumque suum nondum sit sortita, sed is tantum per conjecturam prospicitur, hinc natus est usus conjecturalis, quem Græci στοχαστικὸν vocant. Differt tamen in eo ab ἴσως et πȣ, quod non præfert hunc usum, cum solitarium est, sed subjunctum conditionalibus, εἰ, ἐὰν, ἢν, ἄντι, vel interrogationibus dubitativis. [Quare haud scio an conjecturalis sensus ab his potius particulis repetendus sit, ἄρα autem hic quoque propriam notionem, qua conclusio quædam significatur, servet.] De conditionalibus pauca prælibemus. Ita apud Plat. in Phædr. pag. 238. [T. X. p. 303. ed. Bip.] Σιγῇ τοίνυν μȣ ἄκȣε· τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι· ὥστε ἘΑΝ ἌΡΑ πολλάκις νυμφόληπτος, προϊόντος τȣ̃ λόγȣ, γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. Attente vult audiri propter loci, in quo versabantur, divinitatem, cujus hunc narrat effectum, ut in ipso sermonis progressu aliquoties Nympharum spiritu lymphatus agitetur: dubiam tamen hujus effectus opinionem indicat τὸ ἄρα· *ut, si forte lymphatus videar, ne mireris.* Conferantur Acta Apost. cap. VIII. 22. Δεήθητι τȣ̃ Θεȣ̃, ΕἸ ἌΡΑ ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σȣ̃. *Precare Deum.* Cujus effectus sequitur, dubius tamen, quia a libera voluntate Dei dependet; εἰ ἄρα etc. [Verius fortasse: *precare deum, ut propterea,* sc. ob preces tuas, *tibi condonetur* etc.] Auget στοχασμὸν addita Particula γε, ut ibid. cap. XVII. 27. Ζητεῖν τὸν Κύριον, ΕἸ ἌΡΑ ΓΕ ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. *Ut quærerent Dominum, si forte eum contingerent et invenirent.* [Nisi potius vertendum: *ut quærerent dominum, si forte, hac ratione,* (nempe quærendo) *eum contingerent et invenirent.*]

II. Effectui proximus est eventus, qui per easdem Particulas dubius redditur. Sic anceps belli eventus indicatur a Demosthene orat. pro Megalopol. sub finem: Οἴομαι τοίνυν ἔγωγε κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι δεῖν, ὅτι μὴ προσδεξαμένων μὲν ὑμῶν τȣ̀ς Μεγαλοπολίτας, ἐὰν μὲν ἀναιρεθῶσι καὶ διοικισθῶσιν, ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθὺς ἔστιν εἶναι· ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἌΡΑ, ὡς ἤδη τι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐξέβη, βέβαιοι σύμμαχοι Θηβαίων δικαίως ἔσονται. [Hic particula ἌΡΑ nihil efficit, ut dubius videatur eventus. Sed ἌΡΑ hic quoque servat concludendi vim.

Digitized by Google

Duæ nimirum sunt enuntiationes disjunctivæ, quarum alterutra vera sit necesse est. Sublata igitur priore, ponitur altera. Ita enim concluditur: Aut illud aut hoc; Non autem illud; Igitur hoc. Ergo sententia ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἌΡΑ sic est interpretanda: *Si vero, quod sublato illo necessario sequitur, serventur.* Sic paulo post: Ἐὰν μὲν τοίνυν καταπολεμηθῶσιν οἱ Θηβαῖοι, ὥσπερ αὐτοὺς δεῖ, οὐκ ἔσονται μείζους τοῦ δέοντος οἱ Λακεδαιμόνιοι, τούτους ἔχοντες ἀντιπάλους τοὺς Ἀρκάδας ἐγγὺς οἰκοῦντας· ἐὰν δὲ ἀνήνεγκωσιν ἌΡΑ οἱ Θηβαῖοι καὶ σωθῶσι, ἀλλ' οὖν ἀσθενέστεροί γε ἔσονται ἡμῶν συμμάχων γεγενημένων τῶνδε τῶν καὶ δι' ἡμᾶς σεσωσμένων· ὥστε πανταχῇ συμφέρει μήτε προέσθαι τοὺς Ἀρκάδας μήτε δι' αὐτοὺς, ἂν ἌΡΑ σωθῶσι, περιγεγονέναι δοκεῖν, μήτε δι' ἄλλους τινὰς, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Optime totum hunc locum vertit Cl. Jacobsius (*Demosthenes Staatsreden* p. 76.): *Auch muss, dünkt mich, noch folgendes in Erwägung gezogen werden. Wenn wir itzt die Megalopoliter zurückweisen, und sie dann von ihren Feinden besiegt und zerstreut werden, so wird hievon die Vermehrung der Macht Lakedämons die unmittelbare Folge seyn. Werden sie aber dennoch gerettet, wie denn wohl manches wider Erwarten geschieht, so werden sie mit allem Rechte treue und beständige Bundesgenossen der Thebäer werden.— Wenn die Thebäer im Kriege, wie sie es verdienen, gezüchtigt werden, so werden die Lakedämonier dadurch nicht über die Gebühr vergrössert, indem sie immer an den Arkadiern, ihren nächsten Nachbarn, einen Gegner behalten. Wenn aber auch die Thebäer die Gefahr besiegen, und sich aus dem Kriege retten, so werden sie doch schon dadurch geschwächt, dass wir die Freundschaft eines Volks gewonnen haben, das uns seine Rettung verdankt. So ist es also auf alle Fälle nützlich die Arkadier nicht aufzuopfern, und wenn sie gerettet werden sollen, diese Rettung weder ihnen selbst, noch irgend einem andern Volke zu überlassen.* Ultima verba pressius ad vim particulæ ἄρα intelligendam sic verti poterant: *So ist es also überall nützlich, weder die Arkadier aufzuopfern, noch auch, wenn sie demnach gerettet werden sollen, den Schein aufkommen zu lassen, als ob sie ihre Rettung sich selbst, oder einem andern Volke als Euch zu danken hätten.*]

III. Ita hic usus conjecturalis obtinuit, ut denique citra ullam effectus aut eventus rationem plane pro ἴσως vel πῃ adhiberi cœperit, quale est illud Achillis apud Hom. Il. Α. v. 65. qui hortatur, ut vates consulatur, dicatque, quare Apollinis ira adeo sæviat:

Εἴτ' ἌΡ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης.

Sive is ob votorum forte, sive ob hecatombarum non redditos honores conqueratur. [Hic iterum ἄρα servat vim concludendi. Nempe causa quædam esse debebat, cur Apollo iratus esset. Sive *igitur* ob vota, sive ob hecatombes honores non redditos poterat irasci.] Casus plane fortuitus indicatur ab eodem Il. Ε. v. 312.

Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀνδρῶν Αἰνείας,

Ἐ͂Ι μὴ ἌΡ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη.

Atque ibi periisset rex Æneas, nisi forte illico animadvertisset Jovis filia Venus. [Neque tamen hic opus est a propria τοῦ ἄρα significatione recedere. Æneas periisset, nisi Venus periculum ejus animadvertisset. Hæc igitur causa salutis Æneæ notatur inserta particula ἄρα.] Confer Plat. in Phædro pag. 257. lin. 28. Ὥστε ὀκνῶ, μή μοι ὁ Λυσίας ταπεινὸς φανῇ, ἘΑΝ ἌΡΑ καὶ ἐθελήσῃς (sic enim lego pro ἐθελήσῃ.) πρὸς αὐτὸν ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι. *Quare timeo, ne Lysias mihi humilis videatur, si forte volueris ejus dictioni aliam opponere.* [Nihil in lectione Platonis mutandum. *Vereor*, inquit Phædrus, *ne Lysias mihi humilis videatur, siquidem voluerit tuæ orationi* (πρὸς αὐτὸν scil. λόγον) *aliam* (quasi certaturus tecum) *opponere.* Tota consequutio sententiarum hæc est: *Tua, Socrates, oratio multum superavit Lysiæ superiorem. Si IGITUR Lysias etiam voluerit aliam tibi opponere, vereor ne ea quoque inferior futura sit, meo certe judicio.*]

IV. Nonnunquam inter εἰ et ἄρα alia interseruntur, ut apud Thucyd. lib. iv. cap. 86. Καὶ εἴ τις ἰδίᾳ τινὰ δεδιὼς ἄρα, μὴ ἐγώ τισι προσθῶ τὴν πόλιν, ἀπρόθυμός ἐστι. *Et, si quis forte ab aliquo sibi privatim metuens,* [vel potius: *et si quis, quia scilicet privatim aliquem metuit,*] *ne urbem illis tradam, animo minus promto est.*

V. Quum dico, τὸ ἄρα post εἰ esse στοχαστικὸν, non putandum, hanc Particulam, præcedente εἰ, semper esse conjecturalem; est enim ubi hoc modo constructa, in primaria notione et usu inveniatur, ut apud Plat. lib. v. de Rep. pag. 451. fin. [T. VII. p. 8. ed. Bip.] Οἷόν τ' οὖν ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρῆσθαί τινι ζώῳ, ἂν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ παιδείαν ἀποδιδῷς; *Fierine potest, ut quopiam animali ad res easdem utaris, nisi prius eadem educatione et institutione instruxeris?* Negante altero, ita pergit: ΕἸ ἌΡΑ ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ταὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς; *Si igitur ad res easdem mulierum opera utemur ac virorum, nonne et res easdem sunt docendæ?*

VI. Post interrogationes, in quibus dubitatio est, eandem vim habere τὸ ἄρα, liquet ex eodem Phædr. pag. 268. [T. X. p. 366. ed. Bip.] Ἴδε καὶ σὺ, εἰ ἄρα καὶ σοὶ φαίνεται διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ἤτριον, ὥσπερ ἐμοί. *Tu etiam videris, utrum forte et tibi hi lacera veste videantur, quemadmodum mihi.* Ita in Act. Apost. cap. XII. 18. milites, qui vinctum in carcere Petrum custodiverant, ubi ipsum, ab angelo liberatum, non invenere, dubitabundi quærunt, Τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο; *Quid forte accidisset Petro.* i. e. *Qua fortuna evasisset.*

VII. Et hic quoque vestigia τοῦ ἄρα συλλογιστικοῦ apparent; nam ex eo, quod Petrum, quantumvis diligenter custoditum, non inveniunt,

mirum quippiam et præter solitum ei accidisse colligunt; quid autem hoc sit, dubitant. Ita apud Aristoph. in Vesp. v. 266.

> Τί χρῆμ' ἄρ' οὐ 'κ τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικαστὴς
> Πέπονθεν; ὡς οὐ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος.
> Οὐ μὴν πρότου γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν.

Miratur chorus, Philocleonem non adesse, rationem admirationis addit; quia scilicet antea ille nunquam solebat ultimus adesse, sed semper primus; hinc concludit, ipsi accidisse aliquid, cujus conclusionis index est ἄρα. Id tamen quid sit, cùm dubitet, hinc interrogat τί ἄρα etc. [G. *Was muss denn aber mit ihm vorgegangen sein?*] Est igitur argumentationis ratio præpostera, præmissa conclusione et sequente argumento. Similiter Socrates apud Platonem in Phædro haud ita longe a principio, [T. X. p. 28. ed. Bip.] suspicans Phædrum in sinu orationem Lysiæ gestare, rogat, ut proferat: δείξας γε πρῶτον, τί ἄρα, inquit, ὃ ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ· τοπάζω γάρ σε ἔχειν τὸν λόγον αὐτόν. *nempe si mihi ostenderis, quid tandem illud sit, quod sinistra sub veste habes: suspicor enim, te habere ipsam orationem.* [Rectius: *quid igitur illud est, quod* etc.]

VIII. At quoties interrogationi nulla subest dubitatio, eaque directe instituitur, non exercet τὸ ἄρα vim suam conjecturalem, sed utraque Particula seorsim officium præstat, altera interrogandi, concludendi altera; ut, εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; *An igitur hæc ita se habent?* in Act. Apost. cap. vii. init. Sic Lucianus in Solœcist. Tom. I. pag. 577. Solœcistam fatentem se non percepisse solœcismos, ait: Εἰ ἄρα καθ' εἷς λανθάνει σε περιϊών; *An ergo singuli te fugiunt oberrantes?* Scite dixit καθ' εἷς, cum sensus, quem consulto tegit, sit: *An ergo* τὸ καθ' εἷς σολοικισμὸς *te fugit oberrans?* Ita vim collectivam exercet post μήτι, quæ sæpe non animadversa ab interpretibus negligitur, ut in eo post. ad Cor. cap. I. com. 17. Τοῦτο οὖν βουλόμενος, ΜΗΤΙ ἍΡΑ τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; *Quum igitur hoc constitui, an hinc sequitur, levitate me usum?* Nec huic doctrinæ repugnat locus, qui ex Xenophontis Instit. lib. III. pag. 84. lin. 7. possit afferri: Τί δέ; εἰ καὶ σὺ συγκαλέσας, ἕως ἔτι ἔξεστι παρακελεῦσαι, εἰ ἄρα καὶ σὺ ἀμείνους ποιήσαις τοὺς στρατιώτας· ubi interrogationis nota non referenda est ad εἰ ἄρα, sed ad superius τί δέ. Quamvis Leunclavius reddat: *An non et ipse redderes eos animosiores?* Nam Chrysantas, cognito, hostes a suo rege ad prælium cohortatione animari, alloquitur hic Cyrum, dicens: *Quid si et tu militem convoces, dum adhuc hortandi copia datur, si forte et tu animosiores redderes milites?* Non potuit rogando dicere: *An redderes animosiores?* sic enim videtur subesse negatio, cum contra moneat Cyrum idem facere, ut patet ex responsione Cyri: Ὦ Χρυσάντα, μηδέν σε λυπούντων αἱ τοῦ Ἀσσυρίου παρακελεύσεις etc. Id quod coegit Leunclavium τὸ εἰ reddere *An non;* quod tamen εἰ nunquam significat, et si

Digitized by Google

hoc innuisset Chrysantas, non εἰ, sed ἐκεῖν dixisset. Τὸ εἰ itaque retinet suam potestatem conditionalem, et τὸ ἄρα conjecturalem.

IV.

De Particula ἌΡΑ *TRANSITIVA.*

I. Affinem effectui significationem affert ἄρα, quum notat rem rite et tanquam per successionem fieri, quomodo, si unquam, suam maxime refert originem. Hoc sensu occurrit apud Hom. Il. Α. v. 465.

> Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ᾽ ἐκάη, καὶ σπλάγχν᾽ ἐπάσαντο,
> Μίστυλλόν τ᾽ ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ᾽ ὀβελοῖσιν ἔπειραν.

Narrat, quæ in sacris epulis rite fieri solebant: *sed postquam costæ adustæ sunt, et viscera gustaverunt, et alia rite secuerunt verubusque transadegerunt.* Ita in funere Hectoris Il. Ω. v. 786.

> Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος ἠὼς,
> Καὶ τότ᾽ ἄρ᾽ ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δακρυχέοντες.

Et paulo post:

> Ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
> Τῆμος ἄρ᾽ ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος ἔγρετο λαός.

Atque in tali casu redditur commode, *tum*, *mox*, *deinde*, *deinceps*, [pressius *tum igitur*, *mox igitur* etc.] prouti casus sese offert. [G. *dann also.*]

II. Hinc in continuata narratione, ubi aliud ex alio sequitur, Particulæ ἄρα, δὲ, ἔπειτα promiscue adhibentur; ut Il. Φ. v. 490.

> Ἦ ῥα καὶ ἀμφοτέρας ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔμαρπτε
> Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ᾽ ἌΡ᾽ ἀπ᾽ ὤμων αἴνυτο τόξα,
> Αὐτοῖσιν δ᾽ ἌΡ᾽ ἔθεινε παρ᾽ οὔατα μειδιόωσα
> Ἐντροπαλιζομένην· ταχέες Δ᾽ ἔκπιπτον ὀϊστοί.
> Δακρυόεσσα δ᾽ ἜΠΕΙΤΑ θεὰ φύγεν.—

Dixit, et ad carpum utramque manum prehendit sinistra, tum dextra ab humeris arcum detraxit, quo mox ad aures eam verberavit huc illuc se convertentem subridens, veloces vero exciderunt sagittæ. Deinde lacrymans dea fugit. Rursus Il. Ι. v. 207.

III. Ex hac rerum rite se invicem sequentium significatu novum τοῦ ἄρα μεταβατικοῦ nascitur officium superioribus inferiora con-

Digitized by Google

nectendi. Maximeque inservit recensionibus, quomodo aliquoties ab Homero adhibetur in Bœotia.

IV. Hinc frequentissimus ejus usus est apud Poetas in sermocinationibus, ubi, finita alicujus oratione, quæ relata est, ad aliam fit transgressio: ut apud Hom. Il. H. v. 392.

> Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Et paulo post:

> Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον υἷες Ἀχαιῶν.

Et sexcenties alibi.

V. Atque ita ponitur pro μὲν οὖν, vel μὲν δὴ, sive inchoativo, ubi, præmissis quibusdam προλεγομένοις, ad rem ipsam accingimur, sive ubi continuatur oratio. Exemplum offert Homerus Il. A. sub init. qui præmissa propositione ita infit:

> Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Latini utuntur *ergo*. *Quis ergo Deorum eos commisit litigantes?* Similiter inchoat Hesiodus Opera et Dies:

> Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος.—

Lycaonis fatum narraturus Homerus Il. Φ. v. 39. ipse quis et qualis fuerit, exponit; mox ipsam historiam aggrediens ita ait:

> Τῷ δ' ἄρ' ἀνώϊστον κακὸν ἤλυθε δῖος Ἀχιλλεύς,

et quæ sequuntur. *Huic ergo, inopinatum malum, supervenit divinus Achilles.* Paulo post pro ἄρα utitur οὖν in eodem casu; nam, facta digressione, qua Lycaonis varios casus breviter exponit, ad rem rediens, quasi altero sumto initio, ait:

> Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

VI. Perspicuam magis metabasin facit sequens Particula δὲ, ἀλλὰ, αὐτὰρ, aut his aliud affine. Talis fit transitus apud Hom. Il. Φ. v. 136.

> Ὣς ἄρ' ἔφη· ποταμὸς δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.

Perinde est ac si in oratione soluta diceres: Τοιαῦτα μὲν οὖν ἔλεγε, ποταμὸς δὲ etc. *Sic ille quidem dixit, at fluvius animo magis indignatus est.* Similiter v. 502.

> Ὣς ἄρ' ἔφη· Λητὼ δὲ συναίνυτο καμπύλα τόξα.

Digitized by Google

VII. Cæterum ut ἂν ante se habet μὲν, unaque præcedens orationis membrum claudit, sequenti initium dante Particula δὲ, aut cognata αὐτὰρ, idem etiam præstare τὸ μὲν ἄρα videmus apud Hom. Il. O. v. 100.

Ἡ ΜΕΝ ἌΡ' ὣς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη,
Ὤχθησαν Δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοί.—

Igitur hæc quidem locuta veneranda Juno consedit; at graviter tulere Dii per domum Jovis. Sic v. 149. et Il. Φ. 298. O. 400.

Τὸν ΜΕΝ ἌΡ' ὣς εἰπόντα πόδες φέρον, ΑΥΤΑΡ Ἀχαιοὶ
Τρῶας ἐπερχομένους μένον ἔμπεδον.—

Hunc igitur sic quidem locutum abstulere pedes, at Achivi Trojanos ingruentes constanter exspectabant.

VIII. Hoc modo et post δὲ repetitur. Il. Φ. v. 427.

Τὼ ΜΕΝ ἌΡ' ἄμφω κεῖντο ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
Ἡ Δ' ἌΡ' ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευε.

Ubi prius ἄρ' præcedentia claudit concludens; posterius in initio sequentis orationis transitivum est, et reddi potest *deinceps.*

ἎΡΑ.

I. Particula ἆρα interrogativa tono et quantitate a proxime præcedenti differt. Potestas est ἐρωτηματική, usus non simplex. Vel enim civilius interrogamus, v. c. Plat Euthyphr. p. 10. Ἆρα κατάδηλον, ὦ Εὐθύφρον, ὃ βούλομαι λέγειν; *Num quod volo dicere tibi perspicuum est?* [G. *Nun? ist dirs deutlich?*] Vel indignantium et succensentium interrogationibus convenit. Ut in Aristoph. Nub. 1305.

Φεύγεις; ἔμελλον ἆρα κινήσειν σ' ἐγώ;

Fugin' hinc? An debui ergo te expellere? Q. d. *Nondum abiisti? An ergo necesse fuit mihi te vi abigere?* [Notandum est, diversitatem inter ἄρα et ἆρα tantum ad accentum et prosodiam, non ad significationem pertinere. Si prima longa est, circumflectitur; si brevis, acuitur. Ἆρα autem in conclusionibus atque in interrogationibus adhiberi potest. Recte Hermannus ad Aristoph. Nubb. "Errant, inquit, qui particulam ἆρα nonnisi in interrogationibus circumflecti volunt, quam accentuum ratio ubique ἆρα scribi postulat, ubi prima longa est, etiamsi interrogatio nulla sit. Ita contra sæpe ἄρα prima brevi, quod respuit circumflexum, in interrogationibus est." Itaque in loco Aristoph. Nubb. 1305. ἆρα non est

Digitized by Google

interrogativum, sed ita scribendum est: Ἔμελλον ἆρα κινήσειν σ' ἐγώ! *sane igitur te commoturus eram, nisi fugisses.* Sic in τίς ἆρ' ὁ φεύγων οὗτος Aristoph. Vesp. 888. et in Sophocleo: τίνος ποτ' ἆρ' ἔπραξε χειρὶ δύσμορος—ἆρα non est interrogativum.]

II. Raro admodum oblique interrogat: v. c. apud Platonem Phædon. pag. 70. extr. Σκεψώμεθα, ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐστί τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι, ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου; *Videamus, an necesse sit, quibus aliquid contrarium est, illud non aliunde nasci, nisi ex eo, quod ipsi sit contrarium.*

ἎΡΑ ΓΕ.

I. Frequentius τὸν ἆρα σύνδεσμον comitantur aliæ Particulæ, puta γε, μὴ, οὖν, quas una cum ἆρα idem significare, quod ἆρα, quando solitarium est, affirmant Stephanus et Devarius; num satis recte, ipsi viderint. Quod ad ἆρά γε attinet, ex Devarii sententia Budæum sequentis pag. 477. sequitur, τὸ γε prorsus supervacuum esse: et ita quidem, ut huic Particulæ junctum nativa vi semper destituatur. Si vero rem rite expendamus, videmus clare, Particulam γε τῷ ἆρα subjunctam suo fungi officio limitandi; quod fusius exponam, ubi ad illam Particulam pervenero. Nititur Budaei Devariique sententia verbis Xenoph. quæ occurrunt lib. I. Memorab. cap. 5. 4. Ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα ἡγησάμενον τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα, ταύτην πρῶτον ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάσασθαι; *An non, quicunque arbitratur, temperantiam virtutis esse fundamentum, ita saltem se ipsum parare debet, ut animam hac virtute ornet?* Utuntur geminis his Particulis Græci, quoties interrogant, non ea, quæ ipsi nescientes, ex alio discere cupiunt; sed quoties ea rogant, quæ, omissis aliis, quæ controversa videri possint, sciunt in confesso esse; quotiesque aliquid asseverare et urgere volunt. [ut cum Germani dicunt: *Nicht wahr also?*] Quæ vis et usus prorsus abest ab ἆρα, quando solitarium est.

II. Quæ dixi, clarius patebunt, quando interrogationem mutamus in enunciationem, ut cum Demosthenes ait de Fals. Leg. pag. 241. lin. 48. Ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις; Laudaverat nempe Orator Æschinis animum in Philippum acerbum, et patriæ studiosum, orationem quoque præclaram pro libertate Græciæ: sed simul incusat mutatam in deterius mentem, postquam in Macedoniam venerat: *At*, inquit, *postquam in Macedoniam venit, num his similia saltem vel affinia dixit?* Quæ interrogatio, si in enunciationem mutatur, vehementer negat, Æschinem dixisse superioribus similia. At Particula γε addita suam potestatem egregie exserit, monstratque, Æschinem non tantum non eadem dixisse reversum ex Macedonia, sed ne ea quidem, quæ superioribus erant similia. Affine est illud Platonis in Phædr. pag. 274. [T. X. p. 379. ed. Bip.] Εἰ δὲ τοῦτο εὕροιμεν αὐτοί, ἆρά γ' ἂν ἔθ' ἡμῖν μέλοι τι τῶν ἀνθρωπίνων δοξασ-

Digitized by Google

μάτων; *Si vero hoc invenerimus ipsi, num deinceps humanæ opinationes curæ nobis sunt futuræ?* [G. *werden wir uns nun wohl im geringsten noch um menschliche Meinungen bekümmern?*] Hic sensus esset, si γε abesset; at nunc hujus Particulæ adjectio nervosiorem reddit sententiam, quum, sublata interrogatione, fiat enunciatio negativa, pro ἀρά γε, οὐκ ἄρα γε. Quomodo mens erit: *Humanarum opinationum certe nulla quidem cura nobis esse potest.*

III. Inveniuntur et hæ Particulæ, interjecta alia vocula, disjunctæ apud Aristoph. in Vesp. sub init. ubi Xanthias et Sosias senem inclusum servant, Sosiasque Xanthiæ, de difficultate custodiæ querenti, et excubias dissolvere cupienti, respondet, magnum ipsum lateribus suis malum arcessere, additque:

Αρ' οἶσθά γ', οἷον κνώδαλον φυλάττομεν;

Minus recte Latine, *An scis, qualem servemus belluam?* Ita enim otiosum est γε. Sed dissoluta interrogatione, mens erit: *Quidquid agis, hoc certe ignorare non debes, qualem servemus belluam.* [G. *Nun du weist doch wohl* etc.]

IV. Intricatior tamen τοῦ ΓΕ potestas est, ubi indignantis oratio est, qualis illa Bdelycleonis apud Aristoph. in Vesp. v. 482.

Ἀρά γ' ἄν, πρὸς τῶν θεῶν, ὑμεῖς ἀπαλλαχθεῖτέ μοι;

Num per deos vos hinc abibitis? At, si diligentius attendimus, inveniemus, Particulam γε in his nequaquam naturalem suam potestatem deponere, urgentem leviora, ubi graviora utcunque remiserit, ut suo loco evidentius probabo; atque ita, si verbatim reddimus: *An vos saltem hinc abibitis?* sensus erit: *Proripite vos hinc, ne quid gravius dicam.* Quibus verbis graviora minatur Bdelycleon, nisi fugam præcipitant. [G. *Aber, in aller Götter Namen, wollt ihr euch wohl fortpacken?*

V. Atque ita, opinor, liquet, Particulam γε non temere fuisse adjectam ab antiquis; licet non negem, ejus potestatis nonnunquam tam exigua superesse vestigia, ut plane evanuisse videatur, præcipue apud eos, qui postea secuti sunt Græci, quique fortasse minus superstitiosi fuerunt particularum, præcipue aggregatarum, observatores. Ita τὸ ἆρά γε pro simplici interrogatione adhibuisse videtur Philippus, quam in Act. Apost. cap. VIII. 30. Eunuchum, Esaiam Prophetam legentem, rogat: Ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; *An intelligis, quæ legis?* Ubi languere prorsus τὸ γε videtur, nisi dicamus, addere interrogationi aliquam emphasin, qua qui utitur, serio magis rogare videtur, et alteri responsum elicere; id quod facile ex limitandi potestate fluere potest. [Imo potius limitat interrogationis vim particula γε. Qui enim sic interrogat: ἆρα γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; plane dubitare videtur, an alter intelligat, quæ legit. Qui autem sic interrogat: ἆρά γε γινώσκεις; hanc ipsam dubitatio-

Digitized by Google

nem mollire et circumscribere videtur. G. *du verstehst doch wohl was du liesest?*]

[VI. Est etiam ubi ἀρά γε recte verti potest: *Num forte;* in quo tamen non deponitur limitandi potestas particulæ γε propria. Sic Æschin. dial. II. ἆρά γε διὰ τοῦτο; *Num forte propterea?* (G. *Kömmt das etwa daher?*) Sic in quæstione bimembri, ἆρά γε—ἤ. v. c. apud Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. ita Cyrus infit: Ἆρά γε, ὦ ἄνδρες, ἐνδεέστεροί τι ἡμῶν διὰ τοῦτο φαίνονται εἶναι οἱ ἕτεροι, ὅτι οὐ πεπαίδευνται τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν; ἢ οὐδὲν ἄρα διοίσουσιν ἡμῶν οὔτε ἐν ταῖς συνουσίαις, οὔτε ὅταν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους δέῃ; (G. *Was meint ihr wohl, lieben Leute, geht denn etwa unsern andern Kameraden dadurch etwas ab, dass sie nicht einerlei Erziehung mit uns genossen haben, oder werden sie darum sich weder im Umgange, noch wenns zu einem Treffen kommt, von uns unterscheiden?*)]

De Particulis ἈΡΑ ΜΗ', ἈΡ' ΟΥ'.

I. Ἆρα μὴ idem quod ἆρα significare, ait Devarius, quod verbis Xenophontis confirmat, quæ occurrunt Memorabb. II. 6. 34. Ἐὰν δέ σου προσκατηγορήσω, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτὸν, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; *Si insuper hoc de te addam,* [rectius: *si insuper te accusem,* sicut paulo ante eodem sensu, nempe ironico, κατειπεῖν ponebatur.] *præ admiratione ejus etiam benevolo te erga ipsum animo esse, num putabis, a me calumniose te traduci?* Vellem, pluribus et clarioribus exemplis, quod sentit, stabilivisset. Nam in hoc Xenophontis τὸ ἀρα μὴ potest esse πυσματικῶς ἀποφατικὸν, quo sensu τὸ ἆρα μὴ non esset ἐκ παραλλήλου positum. Ad hæc possit etiam τὸ μὴ referri ad verbum διαβάλλεσθαι, ut structura sit, ἆρα δόξεις, μὴ διαβάλλεσθαι;

[Hoogeveenus postea professus est, h. l. particulam μὴ necessario referendam esse ad τὸ διαβάλλεσθαι. Sic enim optime quadrare responsum Critobuli: Ἀλλὰ καὶ αὐτῷ μοι ἐγγίγνεται εὔνοια πρὸς οὓς ἂν ὑπολάβω εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἐμέ. in quo dictio non careat ellipsi, q. d. *Tantum abest, ut id putem, ut contra benignus in me ipso animus excitetur* etc. Mihi vero certum est, ἆρα μὴ h. l. significare *num ideo.* Si simpliciter dixisset Socrates μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ, significasset: *num putabis te a me falso et calumniose accusari?* addito ἆρα significat: *num ideo putabis te a me falso accusari.* Sic Ἀπομν. IV. 2. 10. quum Socrates quæsivisset: τί δὲ δὴ βουλόμενος ἀγαθὸς γενέσθαι—σοὶ—λέγεις τὰ γράμματα, et Euthydemus, quærens quid responderet, conticuisset, pergebat ille: Ἆρα μὴ ἰατρός; *Num ergo medicus?* scil. fieri volens.]

II. Clarior res est in ἆρα οὐ, quod quomodo ab ἆρα differat, sic habeto. Principio, quum rei, quam rogamus, ignari, eam ex ore alterius discere cupimus, ἆρα adhibendum, non item ἆρα οὐ. Ut apud Platon. in Euthyphr. pag. 10. [c. 12. ed. Fischer.] Ἆρα

Digitized by Google

κατάδηλον, ὦ Εὐθύφρον, ὃ βούλομαι λέγειν; *Num, quod volo dicere, mi Euthyphro, tibi perspicuum est?* Dixerat nempe paulo ante Euthyphro, non intelligere se satis, quod Socrates rogabat, quare ille clarius sese postquam explicuerat, subdit, ἆρα κατάδηλον etc. cupiens ex Euthyphrone scire, num satis nunc caperet, quæ dicebat. Id quod, adhuc dubitans, num satis recte intellexisset Euthyphro, pergit: βούλομαι δὲ τόδε etc. Quod si Socrates putavisset, Euthyphronem suam sententiam ac mentem post priorem explicationem cepisse, non ἆρα, sed ἆρα οὐ dixisset, utpote de re ipsa satis certus, sed alterius tantummodo eliciens assensum. [Ἆρα κατάδηλον; Germanice *Nun, ist dirs deutlich?* Ἆρα οὐ κατάδηλον vero: *Ist dirs nun nicht deutlich?* vel: *Nun ist dirs doch wohl deutlich.* Prius nempe sic interrogat, ut alterius responsionem tantum eliciat, sive illa aiens sit, sive negativa; posterius vero ita, ut certo speremus alterum ad quæstionem affirmative responsurum.]

III. Secundo, ἆρα, non ἆρα οὐ dixere Græci, ubi interrogatio bimembris erat, ut ibidem ead. pag. init. Ἆρα τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν, ἢ, ὅτι φιλεῖται, ὅσιόν ἐστιν; *Utrum sanctum a Diis amatur, eo quod sanctum est; an, quia amatur, ideo sanctum est?*

IV. Tertio, simplici ἆρα etiam utuntur, si quid negatum volunt. Ita Dem. de fals. leg. pag. 218. lin. 36. postquam duo notaverat commoda, quæ Thebani erant consecuti, sic pergit: Ἆρα καὶ μόνα ταῦτα; *An sola hæc sunt?* Quomodo habet emphasin; nam perinde est, ac si dicat: *Minime hæc sola sunt, neque maxima;* quare luculentiora addit, præmissa negatione, οὐ μὰ Δία· *nequaquam per Jovem;* ἀλλ' ἔτι etc. Addita negatio ostendit, eum, qui rogat, non ignarum fuisse: quale illud est ejusdem ibid. pag. 241. lin. 48. supr. cit. Ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις πολλοῦ γε καὶ δεῖ. *An similia et his affinia? Multum abest.*

V. Possit hic objici locus ex Xenoph. Memorabb. III. 10. 4. Ἆρ' οὖν, ἔφη, γίγνεται ἐν ἀνθρώποις πώποτε τό τε φιλοφρόνως καὶ τὸ ἐχθρῶς βλέπειν πρός τινας; *An* (pro *an non) igitur usu venit inter homines, ut nonnunquam civiliter aut torve aliquos adspiciant?* Alius atque Socrates ἆρ' οὖν οὐ dixisset; quod enim rogat, non negatum, sed affirmatum vult. At ille pro sua consuetudine εἰρωνεύεται. [q. d. G. *Kömmt also wohl der Fall vor, dass sich Leute einander ein freundliches oder böses Gesicht machen?*] Affirmatum quidem cupit, quod interrogat, id tamen dissimulat, et suam quasi ignorantiam indicans rogat, sciendi cupidus.

VI. Sed ἆρα οὐ contra utuntur, quoties aliquid affirmatum volunt: ut cum dicimus: Ἆρα οὐ τοῦτο λοιδορία ἐστίν; *An hæc non injuria est?* Quomodo interrogat Socrates apud Platonem in Euthyphr. pag. 8. init. [c. 8. ed. Fischer.] Ἆρ' οὐχ οὕτως; *Nonne ita est?* Respondet Euthyphro, οὕτω. Alcibiades apud Xenoph. Memorabb. I. 2. 44.

Digitized by Google

ostensurus, quid sit vis, rogat Periclem: Βία δὲ τί ἐστιν; Ἆρ' οὐχ, ὅταν ὁ κρείττων τὸν ἥττω, μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος ἀναγκάσῃ ποιεῖν ὅ, τι ἂν αὐτῷ δοκῇ; *Vis autem quid est? Nonne quum major minorem, non oratione persuasum, sed vim adferendo, cogit facere id, quod sibi placet?* Socrates quoque apud eundem ibid. I. 3. 11. simili modo interrogationem instituit: Καὶ τί ἄρ' οἴῃ παθεῖν καλὸν φιλήσας; ἆρ' οὐκ ἂν αὐτίκα μάλα δοῦλος ἀντ' ἐλευθέρου εἶναι; *Et quid tandem tibi eventurum putas, quum formosum osculeris? Nonne ut e vestigio pro libero servus fias?*

ΑΡ' ΟΥΝ. ἆΡ' ΟΥΝ ΟΥ.

I. Ἆρα οὖν duæ sunt voces diversa notantes, suamque vim separatim exercentes, neque earum conjunctio quicquam novi parit, quare de utraque separatim quoque dicendum fuit, nisi Devarius Budæum sequens totum hoc ἆρα οὖν *nunquid* et *utrum* redderet, quasi οὖν vacaret. Certum vero est ἆρα semper interrogare; at οὖν suam concludendi *vel* inchoandi *vel* transeundi potestatem minime exuit.

II. *Concludendi* post τὸ ἆρα potestatem servat apud Platon. in Euthyd. p. 280. [T. III. p. 22. ed. Bip.] ubi roganti: *Si ægrotares, utrius medici opera uti malles, periti, an imperiti?* respondet alter: *Periti.* Tum prior: Ἆρ' οὖν, ὅτι εὐτυχέστερον ἂν οἴει πράττειν, μετὰ σοφοῦ πράττων, ἢ μετ' ἀμαθοῦς; *An ideo,* [G. *also etwa*] *quia putas, periti operam feliciorem exitum sortituram, quam imperiti?* Ex eo, quod dixerat: μετὰ σοφοῦ, concludit, eum ideo medicum peritum præoptare, quod etc. quam tamen conclusionem interrogando profert, ἆρα οὖν. Similiter ibid. pag. 292. lin. 22. [ed. Bip. III. p. 47.] Socrates, postquam dixerat, Politicæ artis esse non tantum liberos et concordes præstare cives, sed et scientes, sapientesque, hoc probante Critone, concludit, eam artem regiam homines reddere sapientes: quam conclusionem ἐρωτηματικῶς proferens, ait: Ἆρ' οὖν ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς; *Ergone regia hæc ars homines reddit sapientes et bonos?*

III. *Inchoandi* potestatem servat post τὸ ἆρα apud Plat. in Euthyd. pag. 301. in fin. [ed. Bip. III. p. 68.] ubi tale invenitur principium disquisitionis de vocabulorum *meus* et *tuus* ambiguitate: Ἆρ' οὖν ταῦτα ἡγῇ σὰ εἶναι, ὧν ἂν ἄρξῃς, καὶ ἐξῇ σοι αὐτοῖς χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλῃ; *An igitur* [G. *Nun dann*] *hæc tua esse judicas, in quæ habes imperium, quibusque pro arbitrio uti licet?*

IV. Tandem *transeundi* potestatem servat post τὸ ἆρα apud Demosth. pro Cor. pag. 333. lin. 23. Ἆρ' οὖν οὐδὲ ἔλεγεν, ὥσπερ οὐδὲ ἔγραφεν; *An igitur nihil dixit, quemadmodum nihil scripsit?* [G. *Hat er denn aber nun auch keinen mündlichen Vortrag gethan?*] Verba ab interpretibus vexata. Reddit Wolfius: *Sed non dicebat, cre-*

Digitized by Google

do, neque scribebat. Lambinus sic habet: *Nihilne dicebat? Nihilne decernebat?* Quasi orator utrumque affirmaret: qui tamen distinguit, et separat, prius ἔγραφεν negando, posterius ἔλεγεν affirmando. Nam postquam probaverat, Æschinem, ubi opus erat, decretum non tulisse, ad aliud transit argumentum; ostensurus, eum orationem habuisse, interrogat, *num, quemadmodum nihil scripsit, ita quoque nihil dixerit?* cujus contrarium probat ex eo, quod nemini alii tunc dicendi locus vacuus erat; ità enim ait; Ἆρ' οὖν οὐδὲ ἔλεγεν, ὥσπερ οὐδὲ ἔγραφεν, ἡνίκα ἐργάσασθαί τι δέοι κακὸν ὑμᾶς; οὐκοῦν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ.

V. Est et ubi concludendi et transeundi potestatem exserit simul. Ita apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 421. [T. VI. p. 330. ed. Bip.] postquam probaverat Socrates, civitatem potius universam, quam ipsius custodes beatos et opulentos esse oportere, et responderat Adimantus: Ἀλλὰ καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ad alterum argumentum transiens, pergit: Ἆρα οὖν καὶ τὸ τούτου ἀδελφὸν δόξω σοι μετρίως λέγειν; *An igitur et hoc, quod huic est affine, satis recte tibi dicere videbor?* Potest et vis conclusiva servari, ut hæc loquentis mens sit: *Quando superiora concedis, vide, an etiam hæc, quæ inde sequuntur, concedere possis.*

VI. Ἆρ' οὖν οὐκ, quod significat *Nonne igitur?* etiam Stephano est *Nonne?* neglecta Particulæ οὖν potestate, quæ inchoativa est apud Plat. in Phædr. pag. 263. init. [T. X. p. 356. ed. Bip.] ubi Socrates Lysiæ orationem examinaturus, ejusdem exordio recitato, ita infit; Ἆρ' οὖν οὐ παντὶ δῆλον τόγε τοιόνδε etc. Sic ap. eund. Politic. p. 258. lin. 32. [T. VI. p. 7. ed. Bip.] ubi disputationem inchoaturus hospes ita rogat: Ἆρ' οὖν οὐκ ἀριθμητικὴ μὲν καί τινες ἕτεραι ταύτῃ συγγενεῖς τέχναι ψιλαὶ τῶν πράξεών εἰσι, τὸ δὲ γνῶναι παρέχονται μόνον; *Nonne igitur arithmetica, aliæque nonnullæ ei cognatæ artes ab agendo sunt remotæ, et in sola cognitione versantur?*

VII. Observandum præterea primo, ut τὸ ἄρα collectivum et illativum, est ὑποτακτικὸν, ita τὸ ἆρα ἐρωτηματικὸν, esse προτακτικὸν, licet apud Stephanum afferatur ex Sophocle locus, in quo legitur inverso ordine οὐκ ἆρα:

Οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν etc.

secundo, τὸ οὖν medium semper inter ἆρα et οὐ locum tenere.

ἍΤΕ.

I. Ἅτε particula nata ex articulo neutro plurali ἃ et τε, suppressa præpositione κατὰ, ut integrum sit καθ' ἅτε, et vim habet restringendi, convenitque maxime Latinorum *utpote, quatenus.* [G. *als, in sofern.*] Hoc modo et potestatem notare videri possit,

Digitized by Google

sed restringit potius actum ad potestatem, ut si quis dicitur pro sua auctoritate, aut data sibi potestate agere, ἅτε βασιλεὺς, ἅτε στρατηγὸς etc. hoc est καθ᾽ ἃ βασιλεὺς ἢ στρατηγός ἐστι, hoc modo restringens actum sive jus agendi ad auctoritatem aut potestatem regiam et imperatoriam. Differt ab ὥστε similitudinem notante, quæ hic abest.

II. Construitur fere cum Participio, ut apud Plat. in Phædr. pag. 245. lin. 28. [T. X. p. 318. ed. Bip.] Μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἍΤΕ οὐκ ἈΠΟΛΕΙΠΟΝ ἑαυτοῦ, οὔποτε λήγει κινούμενον. *Solum illud, quod se ipsum movet, quatenus a se ipso non destituitur, nunquam moveri desinit.* Et lib. VIII. de Rep. pag. 568. [T. VII. p. 233. ed. Bip.] ἍΤΕ σοφοὶ ὌΝΤΕΣ οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ συγγιγνώσκουσιν ἡμῖν. *Poëtæ tragici, quatenus sapientes, veniam nobis dabunt.*

III. Negligitur nonnunquam Participium: uti loco modo ex Plat. Rep. allato: Συγγιγνώσκουσιν ἡμῖν . . . ὅτι αὐτοὺς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα, ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς. *Si ipsos in civitatem non admittamus, quatenus tyrannidis laudatores.*

IV. Hæc particulæ potestas continet non raro facti aut rei rationem, unde fit, ut videatur verius quam sit αἰτιολογική, et reddatur *quippe, nam.* [G. *da ja freilich; weil freilich; indem freilich; weil nemlich.*] Hoc modo Thales Milesius dicitur Aristoteli lib. I. de Rep. pag. 185. lin. 30. ubertate olearum ex astris prævisa, omnia, quæ in Chio et Mileti erant, oliveta exigua pecunia conduxisse, ἅτε οὐθενὸς ἐπιβάλλοντος, *quippe nemine pretium augente.* Similiter apud Plat. in Phædr. pag. 275. lin. 18. [T. X. p. 381. ed. Bip.] Τοῖς μὲν οὖν τότε, ἅτε οὐκ οὖσι σοφοῖς, ὥσπερ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη. *Iis, qui tunc erant, suffecit hoc, quippe non ita sapientibus, ut vos juniores.* [G. *da sie freilich so weise nicht waren.*] Æschin. dial. III. 32. καὶ ἤδη περιφρονῶ τοῦ ζῆν, ἅτε εἰς ἀμείνω οἶκον μεταστησόμενος. [G. *und ich fange schon an dies Leben gering zu achten, da ich ja in eine bessre Wohnung übergehn werde.*]

V. Ex superioribus Plat. l. l. pag. ead. [ed. Bip. X. 381.] docemur, hoc modo cum accusativo Participii construi, quemadmodum ὡς, pro genitivo absoluto. Ibi enim sermo est de incommodo, quod literarum inventum attulit mortalibus. Τοῦτο τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελετησίᾳ, ἍΤΕ διὰ πίστιν γραφῆς ἔξωθεν ὑπ᾽ ἀλλοτρίων τύπων, οὐκ ἔνδοθεν ΑΥΤΟΥΣ ὑφ᾽ αὑτῶν ΑΝΑΜΙΜΝΗΣΚΟΜΕΝΟΥΣ. *Hoc discentium animis oblivionem adferet propter memoriæ negligentiam; quippe* [G. *weil sie nemlich*] *externis literarum monumentis freti, interna memoriæ auxilia in se ipsis non quærent.* Idque fieri poteet, quoties personarum occurrit diversitas: monendique tirones, id non licere, si Participium ad præcedentem personam refertur. In loco enim superiore Platonis absit hæc loquendi ratio: Τοῖς τότε, ἅτε οὐκ ὄντας σοφούς. Et ita in reliquis.

Digitized by Google



VI. Quanquam nullam in se similitudinis significationem habet proprie, tamen valet Latinorum *ut*, utrovis modo adhibetur, improprie. Usum hunc confirmant verba Pindari in Pyth. Od. 4.

—Φιλίων δ' ἐπέων
Ἄρχετο, ξείνοις ἅτ' ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
Δαῖτ' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

Amicos sermones ordiebatur, veluti qui benefici advenientibus hospitibus cœnam denunciant primum. Suid. quoque ἅτε explicat ὡς ἄν et Hesych. καθάπερ. Quibus addatur Theogn. v. 964.

Ἔφθην δ' αἰνήσας, πρὶν σου κατὰ πάντα δαῆναι
Ἤθεα· νῦν δ' ἤδη, ναῦς ἅθ', ἑκὰς δίεχω.

Laudavi absentem te, non tamen undique notum,
Sed cessi, ut procul hinc litore pulsa ratis.

Quod ut ad originem reducatur, ita ordinandum est: Δίεχω κατὰ ταὐτὰ, καθ' ἃ καὶ ναῦς διέχει. Similis in reliquis ratio est.

VII. Pro *quanquam* adhiberi, teste H. Stephano in h. v. asserit vetus Lexicon ex verbis Nonni:

Οὐδέ μιν εἴρετο Πέτρος, ἅτε θρασύς, οὐδέ τις αὐτὸν
Τολμήσας ἐρέειν.——

Neque ipsum interrogabat Petrus, etsi audax, neque quisquam alius ausus est. In hoc tamen possit servari prima τοῦ ἅτε notio, si intelligatur ex prioribus τὸ οὐδὲ, ut sit οὐδὲ ἅτε θρασύς. Atque ita sensus erit: *Neque ipsum interrogabat Petrus, ne pro sua quidem audacia:* i. e. *ne ipse quidem, qui alioquin erat audax.*

VIII. Additur interdum huic particulæ ἂν, ut fiat ἅτε ἂν, de quo non est quod multa dicam, cum hæ particulæ simul junctæ nullum memorabilem usum præstent, neque altera alterius potestatem immutet, aut imminuat, sed utraque per se suam vim separatim exerceat. Itaque ἅτε ἂν significat *quatenus igitur*, vel *quippe igitur*, vel *quemadmodum igitur.*

IX. Additur et περ, ut fiat ἅτε περ, ut ὥσπερ, a quo non tantum differt, quod non, ut ὥσπερ, in unam vocem coalescit, sed etiam quod, ut supra monitum in simplici ἅτε, hic omnis abest similitudo. Differentiam specta ex Aristot. lib. I. de Rep. cap. 2. Ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος, καὶ πολέμου ἐπιθυμητὴς, ἍΤΕ ΠΕΡ ἄζυξ, ὭΣΠΕΡ ἐν πετεινοῖς. *Qui enim tali est natura, simul belli cupidus est, utpote jugi utcunque impatiens, ut contingit in volucribus.*



'ΑΤΕΧΝΩΣ.

I. Ex duplici nominis τέχνη significatione nascuntur duo diversa ἄτεχνος et ἀτεχνὴς Adjectiva, quorum illud τὸν ἀμαθῆ notat, hoc τὸν ἀπανούργευτον. Gemina quoque est Adverbiorum ex utroque orientium diversitas; ex priori enim factum est ἀτέχνως, hoc est ἀμαθῶς, barytonum; ex posteriori ἀτεχνῶς, περισπώμενον, quod pro vi sua naturali notat *sine dolo*, sed varios recipit usus, quos enarrant Hesychius et Suidas, Adverbium hoc explicantes per synonyma τὸ παράπαν, τῷ ὄντι, καθόλου, ἁπλῶς, καθάπαξ, ἀληθῶς, σαφῶς, βεβαίως, ἀσφαλῶς, φανερῶς, τελείως, ἰσχυρῶς, παντελῶς.

II. Genuina itaque ex origine notio est *sine fuco, candide, sincere, bona fide*, et convenienter moribus hominis εὐήθους, hoc est, *simplicis*, qui alienum ex suo animo judicat; quare hoc adverbium sui similibus ἁπλῶς καὶ εὐήθως jungit Plato in Phædon. pag. 100. lin. 33. [c. 49. ed. Fischer.] Τοῦτο δὲ ἁπλῶς καὶ ἀτεχνῶς, καὶ ἴσως εὐήθως ἔχω παρ' ἐμαυτῷ. ubi interpretes: *Id simpliciter, et genuine sine ullo artis fuco, et fortasse inepte apud me constituo.* Nempe τὸ ἴσως ἐπίῤῥημα in caussa est, cur τὸ εὐήθως in malam partem accipiatur. Possit quoque reddi: *Hæc est mea candida et sine arte genuina, et fortasse hominis simplicis sententia.*

III. Quod si quid affirmatur sine dolo ita esse, hoc *revera* esse vel fieri indicamus, quare ex prima notione altera hæc sponte fluit, quæ conspicitur in verbis Philocleonis apud Aristoph. in Vesp. 806. qui filio matulam afferenti ait:

Σοφόν γε τουτὶ, καὶ γέροντι πρόσφορον
Ἐξεῦρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας.

Sapiens hoc quidem, et seni commodum invenisti revera remedium stranguriæ. Ita et apud Plat. in Ion. pag. 541. fin. Ἀλλ' ἀτεχνῶς, ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς, παντοδαπὸς γίγνῃ. *Sed revera, ut Proteus, multiplex es.*

IV. Est et tertius hujus adverbii usus, superiori adeo affinis, ut fere cum ipso conjungi possit. Sumitur ita pro τὸ παράπαν, ὅλως et ἀκριβῶς, ut simul τοῦ ὄντως significationem adferre videatur. Ut apud Aristoph. in Vesp. v. 721.

Καὶ νῦν ἀτεχνῶς ἐθέλω παρέχειν
Ὅ, τι βούλει, σοί.—

Et nunc prorsus tibi præstare cupio, quæcunque petis, vel *revera cupio.* Sic ap. Plat. in Phædr. pag. 230. lin. 27. [T. X. p. 287.

Digitized by Google

ed. Bip.] Ἀτεχνῶς γὰρ, ὃ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας. *Ita loqueris, ut peregrinus prorsus, et non indigena videaris.* At utraque versio æque apta est in eodem libro pag. 242. lin. 9. [T. X. p. 311. ed. Bip.] Θεῖος εἶ περὶ τοὺς λόγους, ὦ Φαῖδρε, καὶ ἀτεχνῶς θαυμάσιος. *Divinus es in sermonibus, o Phædre, et re vera, vel prorsus admirabilis.*

ἌΤΤΑ.

I. Ἄττα est particula ἀοριστολογικὴ, hoc est, infinita quædam et indeterminata notans, plane ut τινά. [Respondet Germanorum particulæ *etwas* s. *etwa.*] Mihi videtur constare ex ἂν ἀοριστολογικῷ et Dorico σὰ pro τινά. Nominibus Adjectivis nonnullis, rarius substantivis, rarissime Adverbio temporis postponitur.

II. Adjectiva hæc præcipue sunt ὀλίγα, ἄλλα, ἕτερα, ποῖα, πολλά, et nonnulla alia: dicunt enim ὀλίγ' ἄττα, [*etwas weniges,*] ἄλλ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα, [*etwas anderes,*] ποῖ' ἄττα, πόλλ' ἄττα, πόσ' ἄττα etc. Demosth. de fals. legat. pag. 227. lin. 31. Λοιδορεῖσθαι δὲ ἄλλα ἄττα οὐδεὶς ἐκώλυεν αὐτόν. *Sed alias quaslibet contumelias effutire nemo ipsum prohibebat.* Τοιαῦτ' ἄττα habes apud Plat. in Phædr. pag. 268. lin. 10. [T. X. p. 366. ed. Bip.] Ἐγὼ ἐπίσταμαι τοιαῦτ' ἄττα σώμασι προσφέρειν. *Ego scio talia quædam corporibus applicare.* Ὀλίγ' ἄττα dixit Aristoph. in Vesp. v. 55.

Ὀλίγ' ἅττ' ὑποειπὼν πρότερον αὐτοῖσι ταδί.

Pauca quædam hæc submonens illos prius. Sic ὁποῖ' ἄσσα ap. Homerum Odyss. Τ. 218.

Εἰπέ μοι, ὁπποῖ' ἄσσα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.

h. e. *dic mihi, qualia tandem ipsius erant circum corpus vestimenta?*

III. Quin et inter ἄλλα et τοιαῦτα medium interponit ἄττα Plat. in Phæd. p. 108. lin. 15. [c. 57. ed. Fischer.] Ἡ φόνων ἀδίκων ἡμμένην (ψυχὴν) ἢ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα εἰργασμένην. *Animam, quæ cædibus injustis commaculata est, aut alia quædam hujusmodi patravit.*

IV. Subjungi quoque posse Adjectivis qualitatem significantibus, evincit locus Xenophontis Instit. Cyri lib. II. pag. 47. lin. 33. Ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν. *Nonnulli et ligata et soluta oratione commiserabilia quædam comminiscentes lacrimas ciere conantur.*

V. Ex datis exemplis patere potest, τὸ ἄττα Adjectivis ita subjungi, ut nulla vocula intercedat; neque hoc tamen perpetuum esse, docent Pherecratis verba, quæ affert Harpocration in voce

Digitized by Google

'ΑΤΤΑ, ubi ait: Τοῖς δέκα ταλάντοις ἄλλα πρεθῆς ἅττα πεντήκοντα. (fortasse legendum προςθῆς.) *Decem talentis alia quædam addas quinquaginta.* Imo et nonnunquam adjectivo præponi, notat Thom. Magister in h. v. ex Platonis Phædone: [c. 4. ed. Fischer.] Ἦν γὰρ δὴ ἅττα τοιάδε.

VI. Rarius, dixi, subjungitur substantivis, ut apud Platonem in Phædro pag. 259. lin. 6. [p. 348. T. X. ed. Bip.] Ἡγούμενοι ἀνδράποδα ἅττα σφίσιν ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον. *Existimantes mancipia quædam ad suos secessus divertisse.* Per se quoque positum τινὰ significare, ostendit Budæus pag. 512. ex his Platonis verbis: Καὶ προτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἅττα προςκεκυφώς. *Ad aurem se admovens quædam dixit.* Locus est in v. de Rep. sub initium. [T. VII. p. 2. ed. Bip.]

VII. Solus Aristophanes insolentius subjungit Adverbio πηνίκα in Avibus v. 1513.

ΠΡ. Ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς. ΠΕΙ. Πηνίκ' ἅττ' ἀπώλετο;

PR. Periit Jupiter. PEI. Quando periit? Mira sane loquendi ratio, cujus tamen instar ex eodem Aristophane affertur ab Harpocratione:

Πύθου, χελιδὼν πηνίκ' ἅττα φαίνεται.

Sciscitare, hirundo quando appareat. Hic igitur certum est ἅττα idem esse ac πότε, et πηνίκ' ἅττα significare *quando tandem.*

ΑΥ.

I. Particulæ ΑΥ duplex est potestas, discretiva et adversativa. Sed et ipsius potestatis discretivæ geminus usus considerari potest: notat enim vel ejusdem rei repetitionem, quomodo et *rursus* et *iterum* redditur; vel inter duo diversa vicissitudinem, quare vertitur *vicissim.* Priorem usum præstat apud Xenoph. de Cyri Instit. lib. III. pag. 79. lin. 38. ubi ait, Cyrum, ubi ad fines regionis hostilis pervenerat cum exercitu, Diis sacrificavisse, et ab iis omnia fausta petivisse; ubi vero fines transierat: ἐκεῖ αὖ καὶ γῆν, inquit, ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς θυσίαις, *ibi* sacris repetitis *et tellurem libationibus et Deos sacrificiis rursus sibi propitios reddidit.* Valet idem quod πάλιν, unde Harpocration: Αὖ, Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ πάλιν ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου πρώτῳ. Ita Juno ad Jovem apud Hom. Il. Α. v. 541

Τίς δ' αὖ τοι, δολομῆτα, θεῶν συμφράσσατο βουλάς;

Quis Deorum, o dolose, tecum rursus contulit consilia? Sic et Il. Φ. v. 394. et alibi sexcenties.

Digitized by Google

II. Hinc nonnunquam ei cognatum πάλιν subjungitur, ut apud Plat. in Euthyd. pag. 279. lin. 30. [T. III. p. 21. ed. Bip.] Καὶ ἐγὼ αὖ πάλιν μετανοήσας εἶπον. *Et ego rursus mutata sententia dixi.* Hic αὖ pertinet ad εἶπον, πάλιν vero ad μετανοήσας.

III. Aut τῷ πάλιν ipsa subjungitur, ut apud eundem in Politico pag. 261. lin. 4. [T. VI. p. 12. ed. Bip.] Τοῦτο αὐτὸ πάλιν αὖ διαιρεῖν ἀναγκαῖον. *Hoc ipsum rursus dividendum est.* Versatur enim in rei divisione et subdivisione. Xenophon Cyrop. III. 1. 26. pag. 67. lin. 12. bis adhibet. Δοκεῖ μοι, inquit, τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι, καὶ εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι, καὶ πταίσαντα ταχὺ πτῆξαι, καὶ ἀνεθέντα πάλιν αὖ [*wiederum von neuem*] μέγα φρονῆσαι, καὶ πάλιν αὖ πράγματα παρασχεῖν. *Videtur mihi ejusdem hominis esse et in prosperis insolenter agere, et in adversis perterreri illico, et liberatum rursus superbire, et rursus negotium facessere.* Ubi tamen αὖ significationem ἐναντιωματικὴν præstare potest, ut et lib. II. 2. 28. Ἐκ τούτου πάλιν αὖ καὶ σκώμματος ἦρχεν ὁ Κῦρος. *Hinc rursus ex adverso ad jocum se convertit Cyrus.* [s. potius *denuo rursus, von neuem wiederum.*] Estque hic transitio; nam in superioribus res serias tractaverat.

IV. Jungitur et cognato αὖθις, ut fiat αὖθις αὖ. Exemplum vid. sect. II. §. 9.

V. Alter potestatis διαφορικῆς usus est, quo inter duo diversa vicissitudinem notat, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 734.

> Σοὶ δὲ νῦν τις τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανὴς
> Ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος,
> Καὶ δῆλος εὖ ποιῶν· σὺ δ' αὖ παρὼν δέχου.

Tibi nunc aliquis deorum præsens succurrit in negotio, et manifeste se beneficum præstat: tu vero hunc vicissim præsens accipe. Ubi non potest significare *rursus*, quia nihil præcedit, quod repetatur. Sed ipsum παρὼν repetitum una cum particula αὖ diversarum personarum mutuum affectum aut actionem denotat. Similiter apud eundem ib. v. 27. Xanthias, narrato somnio suo, a Sosia petit, ut et suum *vicissim* narret: Ἀτὰρ σὺ τὸ σὸν αὖ λέξον. [G. *Nun erzähle du auch hinwiederum den deinigen.*] Sic Cyrus apud Xenoph. Instit. lib. III. pag. 75. lin. 38. Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει· τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ἐπιστέλλετε, ὅ, τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρειν εἶναι. *Hæc quidem dicet nuncius, qui a me veniet; vos autem vicissim iis, quos vos mittetis, nunciis, quæ expedire videntur, mandata date.* Ubi etiam, quia nulla rei ejusdem iterationis mentio est, sed distributæ inter diversas personas actionis, non *rursus*, sed *vicissim* potius verti debet, nisi *rursus* diversitatem exprimit absque iteratione, ut apud Horat. lib. I. epist. 2. v. 17.

> *Seditione, dolis, scelere atque libidine, et ira*
> *Iliacos intra muros peccatur et extra.*

Digitized by Google

Rursum, quid virtus, et quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis exemplar Ulysses.

VI. Atque, ut in τῳ ἀλλὰ, ita et in αὖ observandum venit, tantam rerum aliquando esse diversitatem, ut plane adversæ fiant; quare etiam necesse est, ut αὖ nonnunquam vim exerceat adversativam, et *contra* notet. Sic apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] Ὠιήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ (πόλει εὐδαίμονι) μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην, καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν. *In tali enim civitate justitiam nos maxime invenire posse putamus, et ex adverso in ea, quæ pessime administratur, injustitiam.* Ita *rursus* pro *contra* dixerunt Latini, v. c. Curt. lib. VII. cap. 7. §. 4. *Profundæ inde sylvæ, vastæ solitudines excipiunt: rursus, quæ ad Tanaim et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt.* Hinc jungit Plato idem nomini ἐναντία lib. III. de Rep. pag. 394. [T. VI. p. 276. ed. Bip.] Μάνθανε τοίνυν, ὅτι ταύτης (διηγήσεως) αὖ ἐναντία γίγνεται. *Disce igitur, ex adverso huic contraria fieri.*

VII. Ponitur et αὖ, quemadmodum cognatum ἀλλὰ, pro δὲ post μὲν, diversa orationis membra indicans, apud Hom. Il. Α. v. 19.

Κνημῖδας ΜΕ`Ν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε·
Δεύτερον ΑΥ͂ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε.

Primum quidem ocreas circum tibias posuit: dein vero pectus lorica armavit.

[Sic οὐδ᾽ αὖ recte vertitur *neque vero;* v. c. ap. Thucyd. IV. 87. οὐδὲ ὀφείλομεν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ κοινοῦ τινος ἀγαθοῦ αἰτίᾳ τοὺς μὴ βουλομένους ἐλευθεροῦν, οὐδ᾽ αὖ ἀρχῆς ἐφιέμεθα, *ac ne debemus quidem nos Lacedæmonii Græcos invitos in libertatem asserere, nisi alicujus boni publici causa; neque vero dominatum affectamus.*]

VIII. Præter eos, quos hactenus dixi, habet et αὖ alium usum, quo pro εἰς τοὐπίσω ponitur, ut probat Suidas pag. m. 378. ex veteri epigrammate:

Ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὖ ἐρύσαι.

Firmiter apprehendens cincinnum retro trahere. Servat sic quoque vim suam primitivam; nam sic notat aliquid a naturali sede aliorsum deflectere. Similis est Homeri locus Il. Α. v. 459.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ εὔξαντο καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,
Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν.

Cæterum postquam adoraverunt, et molas projecerunt, primum (cervicem) retrorsum egere, et jugulaverunt, et excoriaverunt.

IX. Ex superioribus satis liquet Particulæ potestas διαφορικὴ,

Digitized by Google

quæ ipsi genuina est ac naturalis; sed, siquidem nunquam particulæ a primaria sua potestate ita degenerant, ut nullum plane ejus vestigium relinquatur, quæri hic possit, num revera pro δὴ possit adhiberi, cujus nulla, prima saltem fronte, cum ipsa videtur intercedere affinitas. Affirmant Hesychius et Suidas, et eos secutus Budæus pag. 488. nec abnuo, dummodo per δὴ intelligatur μάλιστα, quod suo loco videbimus; sic enim τὸ αὖ procul dubio vim suam διαφορικὴν servat, nempe quoties ex diversis postremum illud est, quod oratione instituta maxime intenditur, et in quo uno, præcedentibus vel neglectis vel leviter memoratis, quasi triumphat oratio, et suum tanquam culmen habet. Ita intelligo hæc apud Platonem in Timæo pag. 21. lin. 21. [T. IX. p. 288. ed. Bip.] Εἶπεν ἄν τις—— δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα, καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. *Dixit igitur aliquis, videri sibi Solonem tum in reliquis omnibus sapientissimum exstitisse, tum in re poëtica sane* [G. *insbesondere aber was die Poesie betrift*] *omnium poëtarum maxime ingenuum.* ubi diversa sunt τὰ ἄλλα et ποίησις.

ΑΥ͂ΘΙΣ, ΑΥ͂ΤΙΣ ET ΑΥ͂ΤΕ.

I. Αὖθι et αὖθις revera inter se differunt, significante αὖθι locum, et αὖθις tempus, sive iterationem, ut αὖ, nisi quod motum de loco notare possit, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 12. Syllabica adjectio θι designat ἀναλόγως quietem in loco, nunquam autem θις. Talia sunt ἄλλοθι et ἑτέρωθι, *alibi;* ποθὶ, *alicubi;* τόθι, *ibi;* πάντοθι, *ubique;* οὐδαμόθι, μηδαμόθι, οὔποθι, *nusquam;* κεῖθι, *illic;* κηρόθι, *in corde;* οἴκοθι, *domi;* Ἰλιόθι, *Trojæ;* Κορινθόθι, *Corinthi*, et multa similia. Distinguit recte Suidas: Αὖθι, αὐτόθι. Αὖθις, ἐξ ἀρχῆς, πάλιν. Adverbium αὖθι per syncopen ex αὐτόθι conflatum putat Eustathius pag. 230. lin. 21. et pag. 789. lin. 26. Hom. Il. Ε. v. 296.

—Τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε μένος τε.

Hujus autem anima soluta est et robur illic, sive *statim.*

II. At vero αὖθις et αὖτις pro eodem ponuntur: est enim αὖτις ex Suidæ sententia Homericum pro αὖθις, quod Atticum esse putat. Ionicum ait esse αὖτις Eustathius, commune αὖθις, pag. 1175. lin. 63. Pro eodem utrumque adhiberi, manifesto magis exemplo, si opus sit, probari nequit, quam ex Hom. Il. Α. v. 26. si conferantur verba Platonis lib. III. de Rep. pag. 393. sub fin. [T. VI. p. 276. ed. Bip.] ubi ostendit Philosophus, qua ratione citra ullam imitationem per simplicem narrationem possint referri ea, quæ Poëta more suo μιμητικῶς scribit: cujus rationis ipse ibidem exemplar exhibet, enarrando soluta oratione versus primos Iliadis, tollendo metrum, locutionem et verba poëtica. Dixerat Agamemnon apud Homerum:

Digitized by Google

Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω,
Ἤ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον ΑΥ͂ΤΙΣ ἰόντα.

Pro quibus refingit Plato: Ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἠγρίαινεν, ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι, καὶ ΑΥ͂ΘΙΣ μὴ ἐλθεῖν. Cum omnia poëtica vitat, tum etiam cavet, ne αὖτις dicat pro αὖθις.

III. Principio, ut αὖ, notat iterationem, ut apud Aristoph. in Nub. v. 670. ubi Strepsiades a Socrate docendus, postquam non semel impegerat, τὸν κάρδοπον dicit in genere masculino; quare respondet Socrates:

Ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον· τὴν κάρδοπον
Ἄῤῥενα καλεῖς, θήλειαν οὖσαν.

Ecce rursum hoc aliud: τὴν κάρδοπον masculinum facis, cum sit fœmininum.

IV. Quia, ut αὖ, teste Suida, ἀντὶ τοῦ εἰς τοὐπίσω ponitur cum verbis ἰέναι, ἔρχεσθαι aut his cognato constructum; hinc aliquando *rursus venire*, aliquando *redire* notat. Prioris exemplum est in verbis Agamemnonis, modo ex Homero allatis, ubi *rursus* veniendi potior explicatio est, quam *redeundi*. Atque ita intellexisse Platonem, liquet ex paraphrasi, reddentem αὖθις μὴ ἐλθεῖν, non ἐπανέρχεσθαι. Contra redeundi significatum obtinet in altero illo Homerico Il. κ. v. 62. ubi missus ad naves ab Agamemnone Menelaus, rogat, utrum illic manere debeat, an peractis mandatis ad ipsum redire:

Πῶς γάρ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι, ἠδὲ κελεύεις;
Αὖθι μένω μετὰ τοῖσι, δεδεγμένος εἰσόκεν ἔλθῃς,
Ἠὲ θέω μετά σ' αὖτις;

Quæ tua imperantis maxime est voluntas? Vin' illic maneam, donec veneris, an ad te recurram?

V. Non absimili ratione aliis verbis hæc particula juncta, non semper actionis ejusdem repetitionem notat, sed sæpe priori contrarium actum opponit. Ita Achilles apud Hom. Il. ι. v. 368.

—Γέρας δέ μοι ὅσπερ ἔδωκε
Αὖτις ἐφυβρίζων ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων.

Ubi αὖτις ἕλετο non notat *rursus eripuit*, quasi antea semel eripuisset: sed, quod antea dedit, nunc contra repetens abstulit præmium. [ut Germani: *hats mir wieder weggenommen.*] Ita Theognis v. 357.

Digitized by Google

Ὡς δέ τις ἐξ ἀγαθῶν ἔλαβες κακὸν, ὡς δὲ καὶ αὖτις
Ἐκδῦναι πειρῶ θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Quemadmodum ex bonis tibi mala evenere, ita contra conare effugere mala deos precatus.

VI. Iterandi potestas facit, ut etiam temporis notionem assumat, et significet *alias, alio tempore, in posterum, posthac,* unde illud Homericum: Μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις. *De his alias disputabimus.* Hinc εἰσαῦθις, ἐσαῦθις, vel disjunctim ἐς αὖθις, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 63. Τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα. *Privatas simultates in aliud tempus differemus.*

[Sic Xenoph. Memorab. I. 2. 23. πῶς ἂν οὖν ἐνδέχεται σωφρονήσαντα πρόσθεν, αὖθις μὴ σωφρονεῖν, καὶ δίκαια δυνηθέντα πράττειν, αὖθις ἀδυνατεῖν; G. *Warum sollte es nicht angehn, dass einer, der sonst—ES EIN ANDERMAL nicht kann?*]

VII. Hæc temporis significatio servari potest, ubi αὖ subjungitur, uti apud Aristoph. Acharn. v. 854.

Οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται
Παύσων ὁ παμπόνηρος.

Neque in posterum rursus conviciis te lacerabit Pauso nequissimus.

VIII. Simile huic est πάλιν αὖθις apud Homerum Il. B. v. 276.

Οὔ θήν μιν πάλιν αὖθις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ
Νεικείειν βασιλῆας ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.

Sane ipsum non instigabit posthac denuo sua ferocia, ut reges contumeliosis verbis incessat.

IX. Neque tamen perpetuo hunc usum servare potest ante αὖ sed est, ubi dicentis exprimit vehementem affectum, et ἔμφασιν, qua sublata alterutrum παρέλκειν necesse foret. Talis est Strepsiadis oratio apud Aristoph. in Nubib. v. 1382. Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. *Sed rursus vapulabo.* [G. *aber ich bekomme noch einmal wieder Schläge.*] Neque enim timet, ne in posterum vapulet, sed illico, si pergat loqui ea, quæ alteri ingrata sunt, et iram moveant: sed præsens metus hæc verba exprimit; estque in synonymo emphasis potius amplectenda, quam nova alterius significatio conquirenda.

X. Πάλιν αὖθ ʻita nonnunquam junguntur, ut prius sit adverbium loci, significans *retro*, ut apud Hom. Il. E. v. 257.

Τούτω δ' οὐ πάλιν αὖτις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι.

Digitized by Google

Hos vero non retro referent veloces equi.

XI. Imo tria hæc αὖ πάλιν αὖθις conjungit Aristoph. in Nub. v. 971.

Εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους συμψῆσαι.

Ubi nulla est emphasis, quare aut unum alterumve ex his otiosum esse, dicendum est, aut unumquodque, qua fieri potest, quo pertinet, referendum: ita nempe ut αὖ τὸ ἀνισταμένους et καθίζοντας, quod præcedit, opponat; πάλιν referatur ad ἀνισταμένους, ut, qui modo sedebant, nunc contra resurgerent; et αὖθις denique ad συμψῆσαι, ut intelligantur pueri impressum arenæ, in qua sederant, corporis signum resurgentes corradendo delevisse, arenam complanavisse, atque ita in pristinum *restituisse*, quasi nulli sedissent. [Melius tamen fuerit αὖθις ad ἀνισταμένους, et πάλιν ad συμψῆσαι trahere. (G. *dann aber mussten sie, wenn sie wieder aufstanden, den Sand wieder zusammenstreichen und ebnen.*) Omnino velim tirones attendant, ubi αὖ πάλιν concurrere viderint, annon sejungendi sint hæ particulæ, et v. c. illa ad verbum rectum, hæc ad participium referenda sit, ut in Xenoph. Cyrop. VII. 2. 23.]

XII. De Particula αὖτε eadem fere monenda, quæ in superioribus αὖ et αὖθις cognatis observata sunt, nisi quod hæc magis poëtica videtur, neque facile aliis πάλιν, αὖ vel αὖθις apponitur. Sensum iterati actus præfert in verbis Priami apud Hom. Il. Η. v. 377.

——————αἴκ' ἐθέλωσι
Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε νεκροὺς
Κήομεν· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθα.——

Si velint intermittere bellum triste, donec cadavera comburamus: postea rursum pugnabimus.

XIII. Nec hujus inelegans usus est, ubi aliquid ex præcedentibus assumitur, ut apud eund. Il. Φ. v. 191. ubi postquam dixerat Achilles:

Τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρηέντων.

Præstantior Jupiter est fluminibus in mare cum strepitu fluentibus; subjicit assumens:

Κρείσσων δ' αὖτε Διὸς γενεὴ ποταμοῖο τέτυκται.

Præstantius rursus Jovis genus est quam fluvii.

XIV. Adhæc, ut αὖ, alternam vicissitudinem notat, unde fre-

Digitized by Google

quens ejus usus apud eundem in mutuis responsionibus: Τὸν δ' αὖτε προςέειπε Il. T. v. 184. Sic Il. A. v. 207.

Τὸν δ' αὖτε προςέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Et alibi creberrime. Sic etiam νῦν αὖτε Il. A. 238. Φ. 160. pro νῦν δὲ, ἀλλὰ νῦν, *nunc vero vicissim.*

—Νῦν αὖτε μαχώμεθα, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ.

XVI. Pro μετὰ ταῦτα poni asserit Suidas, plane ut αὖθις· pro quo usu affert H. Stephanus locum ex Hom. Il. I. v. 135.

Ταῦτα μὲν αὐτίκα πάντα παρέσσεται· εἰ δέ κεν αὖτε
Ἄστυ μέγα Πριάμοιο θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι,
Νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω.

Et sic opponeretur τῷ αὐτίκα. *Nunc quidem hæc dabo; sed postea, ubi expugnaverimus Trojam, alia præmia auferet.* Quomodo ejusdem formæ foret atque ἄλλοτε, et sensus διαφορικὸς in temporis differentia versaretur.

ΑΥΤΑ'Ρ ET ΑΤΑ'Ρ.

I. Non nisi apud poetas invenitur αὐτὰρ, pro quo in oratione soluta, præsertim apud Atticos, nonnunquam ἀτὰρ occurrit. Communis opinio est, αὐτὰρ et ἀτὰρ idem valere, quod δὲ aut ἀλλά; nec abnuo, tum quia fere sic reddi potest, tum propter duplicem potestatem, διαφορικὴν scilicet et ἐναντιωματικὴν, quam præfert quoque αὐτὰρ sive ἀτάρ. Prioris exemplum est apud Aristoph. in Vesp. v. 15. ubi, Sosia et Xanthia sua invicem narraturis somnia, Sosias ait:

Κἀγώγ' ἀληθῶς, οἷον οὐδὲ πώποτε.
Ἀτὰρ σὺ λέξον πρότερος.—

Ego quoque per quietem vidi, quale nunquam antea. At tu prior dic. Perinde ac si dixisset: Ἀλλὰ σὺ λέξον πρότερος. [Germanice reddi quidem potest *aber*, non autem *sondern.*]

II. Adversativa vis apparet in verbis Paridis apud Hom. Il. H. v. 361. qui Antenori suadenti, ut Helena, belli causa, Græcis tradatur, se opponit, dicens:

Αὐτὰρ ἐγὼ Τρώεσσι μεθ' ἱπποδάμοις ἀγορεύσω,
Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι· γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.

At ego contra Trojanis bellicosis concionabor, et diserte nego, me

Digitized by Google

uxorem redditurum. Similiter Il. Φ. v. 414. Hinc jungitur adversativo ὅμως, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 975. Κατάβα, κατάβα, κατάβα, κατάβα. ΒΔ. καταβήσομαι, Καίτοι τὸ κατάβα τῦτο πολλὺς δὴ πάνυ Ἐξηπάτηκεν· ἀτὰρ ὅμως καταβήσομαι. *Descende, descende, descende, descende. BD. Descendam, quamvis illud descende quam plurimos profecto fefellit: sed descendam tamen.*

III. At, licet pro ἀλλὰ poni dicatur, habet tamen, quo differat, et τὸ ἄρα, ex quo componitur, nativam suam vim et potestatem manifeste exserat, tribuatque sententiæ id, ad quod simplex ἀλλὰ adspirare non potest, [sed quod per ἀλλ' ἂν significatur.] Ita suam ἄρα in ἀτὰρ servat vim collectivam in verbis Strepsiadis apud Aristoph. in Nub. v. 677. qui a Socrate reprehensus, quod τὸν κάρδοπον in genere masculino dixisset, respondet:

Ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν;—

Ex Socratis nempe objurgatione intelligit, non recte se dixisse τὸν κάρδοπον, unde colligit, dicendum esse aliter; sed, quomodo dicendum sit, rogat. Reddo ergo: *At quomodo igitur in posterum me dicere oportet?* [G. *Nun aber*, vel *Nun denn, wie soll ich ihn denn künftig nennen?*]

IV. In doctrina Particulæ ἄρα observavi ejusdem præposteram argumentandi rationem, quam et hic observare liceat, nempe quoties id, unde argumentum sumitur, non præcedit, sed sequitur, ut apud Aristoph. in Nub. ubi didicerat Strepsiades, quæ essent masculina, quæque fœminina, ait v. 693.

Ἀτὰρ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;

Habet αὖτε in ἀτὰρ pro αὐτὰρ posito diversæ a præcedentibus loquendi materiæ indicium et ἄρα argumentatur ex sequentibus: q. d. Ἀλλὰ ταῦτα πάντες ἴσμεν, τί ἄρα μανθάνω; *At scimus hæc omnes, cur ergo disco?*

V. Nonnunquam posteriori sententiæ ratiocinativum γὰρ additur, ut fiat argumentatio reciproca. Ita Agamemnon apud Hom. Il. A. v. 119.

ΑΥΤΑΡ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω· ἐπεὶ ὐδὲ ἔοικε.
Λεύσσετε ΓΑΡ τό γε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.

Sed enim illico mihi parate præmium, ne solus sim inter Achivos indonatus, quandoquidem æquum non est; et videtis, præmium, quod habui, meum alio abire. Si ita redduntur verba, simpliciter τὸ αὐτὰρ pro ἀλλὰ ponitur: sed et hic subolet mihi, subobscura licet, τῦ ἄρα in αὐτὰρ vis collectiva, et reciproca argumentatio, quæ

Digitized by Google

est hujusmodi: *Date mihi præmium, ne solus inter Achivos indonatus sim, quod utique æquum non est, nam videtis* etc. Vel reciproce hoc modo: *Videtis, præmium meum alio abiisse: date ergo mihi aliud, ne solus sim indonatus* etc.

VI. Cæterum, quam supra notavi Particulæ ἄρα vim transitivam, hanc ne in hac compositione quidem deponit αὐτὰρ, sed perspicue exercet, ubi ab alio ad aliud transitus fit. Ita apud Hom. Il. Φ. v. 157. Pelegonus interrogatus ab Achille, quis et cujas esset, postquam patriam exposuerat, tempusque, quo Trojam venisset, transiturus ad genus suum, pergit:

> Αὐτὰρ ἐμοὶ γενεὴ ἐξ Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

Cæterum genus mihi est ex Axio late fluente. Ubi non potest significare *sed;* vix enim cohærent: *sum ex Pæonia fertili, hinc longe remota, et impero Pæoniis hastatis; hic autem dies est undecimus, ex quo Trojam veni; sed genus mihi est ex Axio.* Verum exposita patria et tempore adventus, transiturus ad genus ait, Αὐτὰρ ἐμοὶ etc. perinde quasi dicat: *Exposui tibi patriam: nunc, quod attinet ad genus, sum oriundus ab Axio.*

VII. Servat quoque vim suam transitivam, ut ἄρα, quoties notat rem ordine ac rite fieri. Hinc exponitur Hesychio ἔπειτα, et Suidæ εἶτα· [G. *darauf, sodann:*] imo jungitur ei ἐπεί. Quare ejus usus est in sacrificiis, quorum ritus narrantur ordine ab Hom. Il. A. v. 464. ubi hostia retro tracta, jugulata, vinoque libato, sic pergit: Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη. *Deinde postquam costæ adustæ sunt.* Et paulo post: Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου. *Tum postquam a labore cessaverunt.* Et paucis interjectis: Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. *Mox ubi potus et cibi desiderium expleverunt.*

VIII. Hinc plane ut ἄρα continuatam narrationem denotat, ut apud eundem Il. H. v. 383. Narraverat paulo ante Poëta, Idæum oratorem adiise Achivos, eosque invenisse ad navem Agamemnonis. Tum sic pergit:

> —— Αὐτὰρ ὁ τοῖσι
> Στὰς ἐν μέσσοισιν μετεφώνεεν ἠπύτα κῆρυξ.

Ubi minime quadrat conjunctio *sed*, verum diserte pro ἔπειτα ponitur μεταβατικῶ. *Dein stans in medio exorsus est clarus præco.* Similiter Il. A. v. 598. et O. v. 113. Hoc sensu etiam, ut superiori, additur ἐπεί, ut ibid. v. 458.

> Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.
> Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο.——

Sic dixit precans: hunc autem exaudivit Phœbus Apollo. Tum postquam precati sunt. Sic paulo post v. 484.

Digitized by Google

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἵκοντο κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.

Deinde quum venerunt ad exercitum latum Achivorum. Similia apud Homerum tantum non ubivis obvia, ut Il. Φ. v. 377. et 383. et alibi. Atque ita, opinor, satis apparet, αὐτὰρ constare ex αὖτε διαφορικῷ et ἄρα.

IX. Denique αὐτὰρ pro δὲ adhiberi in membrorum divisionibus, postea dicam, ubi de μὲν et δὲ commodior erit dicendi locus. At pro δὲ adhiberi, æquivalenti τῷ δὴ auctor est Eustathius ad Hom. 1272. lin. 20. Verba sunt Achillis ad Hectorem Il. X. v. 331.

Ἕκτορ, ἀτάρ πȣ ἔφης Πατροκλῆ' ἐξεναρίζων
Σῶς ἔσσεσθ', ἐμὲ δ' ȣ̓δὲν ὀπίζεο νόσφιν ἐόντα.

Ait ille: ἀτάρ πȣ ἔφης ἀντὶ τȣ̃ ἔφης δή. Mihi videtur hic loci ἀτὰρ poni pro ἀλλὰ ἀποστατικῷ, de quo multa satisque supra dixi. Alloquitur Hectorem ex abrupto: *At fortasse putavisti, Hector, cum Patroclum occidebas, incolumem te futurum, neque me absentem curasti quicquam.*

X. Quando pro ἀλλὰ ponitur diserte, comitatur sæpe Particula γε, ita tamen, ut inter ἀτὰρ et γε aliquid interseratur. Sic τȣ̃ ἀτὰρ, sequente γε, potestatem διαφορικὴν sentias apud Plat. de Rep. lib. II. pag. 367. Ἐγὼ ἀκȣ́σας ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τȣ̃ τε Γλαύκωνος καὶ τȣ̃ Ἀδειμάντȣ ἠγάμην, ἀτὰρ ȣ̓̃ν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην. *His ego auditis, cum semper Glauconis et Adimanti ingenium admiratus fuerim, at tunc quidem maxime oblectatus sum.* Ubi ἀτὰρ adverbio ἀεὶ opponit τότε, quod tempus restringit ὁ γε, concedens quidem, Glauconem et Adimantum Socrati semper in admiratione fuisse, sed tamen tunc maxime. Obiter observa, Particulam ȣ̓̃ν hic minime esse supervacaneam, ut Devarius putat in ἀτὰρ ȣ̓̃ν, sed officio suo egregie fungi; infert enim ex præmisso ἀκȣ́σας rationem, cur maxime Glaucone et Adimanto delectatus sit; quia, inquit Socrates, eos tam egregie de justitia disserentes audivi, ideo tum semper, tum potissimum tunc delectatus sum.

XI. Servat et ἀτὰρ nonnunquam vim excipiendi, plane ut ἀλλά γε. Hunc usum præstat non semel apud Aristoph. ut in Vesp. v. 1136. ubi de veste disputant Philocleon et Bdelycleon; hic asserit, illum vestimenti genus non novisse, quia non fuerat unquam Sardibus: hic contra, Sardes nunquam se vidisse quidem fatetur, sed nosse tamen se vestem excipit, dicitque:

Μὰ Δί' ȣ̓ τοίνυν γε· ἀτὰρ δοκεῖ γέ μοι
Ἐοικέναι μάλιστα Μορύχȣ σάγματι.

Sane non fui quidem Sardibus; at certe mihi videtur simile esse Morychi sago.

Digitized by Google

'ΑΥΤΙΚΑ.

I. Nota est Adverbii αὐτίκα significatio, positi creberrime ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα, unde ei cognatum νῦν jungit Homerus. Est itaque *statim*. Homerum ἀντὶ μόνου τοῦ νῦν, et ideo αὐτίκα νῦν dicere παραλλήλως, inquit Hesychius: differt tamen ἀπὸ τοῦ νῦν, quod tempus præsentissimum notat; αὐτίκα vero paulo post futurum, quare non *nunc*, sed *mox* reddendum, *statim*, *continuo*, exclusa omni mora: imo et τῷ νῦν tanquam ex adverso opponitur apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] Νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα (πόλιν) πλάττομεν, οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς θέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα. *Nunc igitur, ut putamus, felicem civitatem fingimus, non paucos aliquos in ea secernentes, quos tales esse volumus, sed totam: mox vero eidem ex adverso oppositam contemplabimur.* Et ut νῦν præsenti tempore fere jungitur, ita τὸ αὐτίκα rectius futuro, aut præterito. Futuro ubi jungitur, omnem moram excludit, vel saltem brevissimam facit; ut apud eundem in Apol. Socr. sub principium: Τὸ γὰρ μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθήσονται ἔργῳ, ἐπειδὰν μηδ' ὁπωστιοῦν φαίνωμαι δεινὸς λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχυντότατον εἶναι, ubi αὐτίκα ἐξελεγχθήσονται idem valet quod ἐξελέγξονται. *Quod enim non puduerit eos, quod re ipsa a me mox refutabuntur, ubi apparuerit, me in dicendo ne tantillum quidem valere, hoc ipsorum factum mihi impudentissimum visum est.* Additur et μάλα, quo quam brevissima mora intelligatur, Xenophonti Instit. Cyr. lib. III. pag. 72. init. Ἆρ' οἶσθ' ὅτι αὐτοὺς ἡμᾶς αὐτίκα μάλα δεήσει μάχεσθαι; *Scin' nobis statim dimicandum esse?* Præterito jungitur, quoties res facta narratur, ut apud Hom. Il. Α. v. 386.

Αὐτίκ' ἐγὼ πρῶτος κελόμην θεὸν ἱλάσκεσθαι.

Continuo ego primus hortabar Deum placari. Sed hæc satis trita.

II. Cum ejusmodi sit Particulæ natura, inservit commode moræ castigationibus, quoties missis, quæ minus necessaria videntur, ad rem ipsam illico accedimus, et ad propositum, unde declinaverat oratio, redimus. Cujusmodi loquendi forma occurrit apud Platonem in Phædro pag. 235. in fine. [T. X. p. 297. ed. Bip.] Reprehendenti Lysiæ orationem Socrati Phædrus auream Delphis coronam promittit, si meliora, quam quæ Lysiæ oratione continebantur, proferre possit. Tum Socrates: *Amicissimus*, inquit, *es, et vere aureus, mi Phædre*, et quæ sequuntur. Mox missis, quæ ad rem minus faciunt, inchoat: Αὐτίκα, περὶ οὗ ὁ λόγος, τί οἴει λέγοντα, ὡς χρὴ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, παρέντα τοῦ μὲν τὸ φρόνιμον ἐγκωμιάζειν, τοῦ δὲ τὸ ἄφρον ψέγειν, ἀναγκαῖα γοῦν ὄντα, εἶτ' ἄλλ'. ἄττα ἕξειν λέγειν; *Atque, ut, his missis, ad rem ipsam accedamus, quid tibi videtur? putasne eum, qui ait, non amanti magis quam amanti gra-*

Digitized by Google

tificandum, et negligit illius prudentiam laudare, hujus amentiam vituperare, quod utique necessarium est, deinde alia, quæ dicat, habiturum?

III. Hoc modo præmitti potest probationibus ab effectu, quo referri potest illud Homeri Il. τ. v. 126.

Ὣς φάτο· τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν·
Αὐτίκα δ' εἷλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο.

Sic dixit: hujus vero dolor acer profundam mentem concussit; et, vel, *nam corripuit illico Aten nitidis capillis,* etc.

IV. Elegans imprimis hujus Particulæ usus est in probationibus per argumenta, quibus præfixa, pro nativa sua facultate omnem moram excludens, non longe petendum, sed in promtu argumentum esse docet, quasi quis dicat: Quo id probem, non e longinquo argumentum repetam, sed ecce tibi illico paratum. Quomodo apud Xenoph. Instit. lib. III. 1. 29. Tigranes captivi patris sui causam agens apud Cyrum, probare conatur, in eo ipsum constantem amorem et fidem experturum esse, in quem maxima beneficia contulerit. Majus autem beneficium in quenquam conferri posse negat, quam in patrem suum captum, si ei præter vitam, uxorem etiam liberosque concesserit. Quod non simpliciter, sed præsenti exemplo probans ait: Αὐτίκα ἤν τινα ἐᾷς ζῆν τῶν σε μηδὲν ἠδικηκότων, τίνα σοι τούτου χάριν οἴει αὐτὸν εἴσεσθαι;

[Ex hujus usus notatione fluxit Io. Aug. Ernesti observatio, qui ad Xenoph. Memorabb. IV. 7. 2. docuit, αὐτίκα sæpe interpretandum esse *exempli gratia;* in quo tamen propria vis τοῦ αὐτίκα non negligenda est; q. d. *Ne longe abeam, sed statim hoc utar exemplo.*]

ΑΧΡΙ ET ΜΕΧΡΙ.

I. Ἄχρι et Μέχρι cum secundo Casu constructæ notant continuatum quid, nec interruptum aut intermissum uspiam usque ad præscriptum terminum: terminus ille est vel temporis, vel loci, vel modi. Temporis, ut apud Plat. in Sympos. pag. 220. lin. 34. [T. X. p. 268. ed. Bip.] Μέχρις ἕως ἐγένετο. *Donec aurora illucesceret.* Act. Apost. cap. XX. comm. 6. Ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε. *Venimus ad eos in Troadem intra quinque dies.* h. e. *In eo itinere consumsimus dies quinque.* Loci, ut ἄχρι τῆς θαλάττης, *ad mare usque.* Modi, apud Aristot. lib. II. Polit. cap. 7. Πλάτων δὲ τοὺς νόμους γράφων μέχρι τινὸς ᾤετο δεῖν ἐᾶν. *Plato vero in suis legibus quadamtenus oportere eos sinere existimavit.*

II. Cæterum ex similibus limitationibus nascitur duplex termini,

Digitized by Google

qui Genitivo exprimitur, consideratio; is enim vel includitur, vel excluditur. Includitur a Demosth. Philipp. III. pag. 47. Οὕτω κακῶς διακείμεθα —— ὥςτ᾽ ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας ὐδὲν ὔτε τῶν συμφερόντων, ὔτε τῶν δεόντων πρᾶξαι δυνάμεθα. *Eo calamitatis peruenimus, ut ad hodiernum usque diem facere non possimus, quod rerum nostrarum ratio aut officium postulat.* ubi dies hodiernus includitur. Sic 2 Cor. III. 14. At excluditur terminus in illo Periclis: Μέχρι τῦ βωμῦ φίλος. *Usque ad aram amicus.* Quibus verbis significabat amico, ab ipso postulanti, ut id sibi gratiæ apponeret, ut pejeraret, amicitiam eatenus esse colendam, quatenus religio patiatur, terminum illum perjurii omnino excludens. Qui geminus usus ex præcedentibus et sequentibus facile discerni potest.

III. Nonnunquam non tam ipsum terminum, quam terminatum, sive spatium temporis sive loci, denotat, ut: Δεῖ τὺς γινομένυς, μέχρις ἂν ζῶσι, πονεῖν. *Genitos oportet, quamdiu vixerint,* [G. *ihr Leben lang, so lange als sie leben,*] *laborare.* ubi μέχρις ἂν ζῶσι est διὰ βίυ. Qui usus etiam permanet in sensu metaphorico, ubi non loci aut temporis spatium, sed alicujus rei respectus indicatur, ut apud Epict. cap. 46. Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι χρείας τῆς ψυχῆς παραλαμβάνειν. *Ea, quæ corpori serviunt, eatenus adhibenda, quatenus animo usui sunt.*

IV. Dixi, has voculas pro sua potestate notare continuatum quid, nec uspiam intermissum usque ad præscriptum terminum: sed terminus hic aliquando non limitatur, imo et quandoque omnino tollitur. Non limitatur, quando extensum quid, nec terminatum ponitur, ut ἄχρι πόῤῥω, apud Lucian. Amor. Tom. II. pag. 409. lin. 53. pro, *in longinquum.* Hic terminus, quanquam non expresse additur, intelligitur tamen; nam rami arborum, quarum illic mentio est, non in infinitum erant extensi. Cujusmodi sunt et μέχρι πολλῦ, *diu;* ἄχρι καιρῦ, *ad tempus.* Act. XIII. 11. Item ἄχρις ἐπὶ πολὺ, apud Theophrast. in Charact. cap. περὶ δυσχερείας, ubi ait, fœdi hominis esse consuetudinem, τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἌΧΡΙΣ ἘΠῚ ΠΟΛΥ͂ τῶν πλευρῶν. *Axillas ferarum more habere hirsutas usque ad magnam laterum partem;* i. e. *ita ut pili multam laterum partem tegant.* At prorsus tollitur terminus, quum additur genitivus παντὸς, ut μέχρι παντὸς idem sit ac διὰ παντὸς, χρόνυ genitivo intellecto, vel opportuniori pro re nata nomine, διαστήματος puta, aut χρήματος. Hic genitivus παντὸς nonnunquam supprimitur, unde fit, ut Suidas et Eustathius ἄχρις positum dicant pro καθόλυ, διόλυ, *penitus, omnino, prorsus.* Homeri, quem citat Suidas, locus est Il. Δ. v. 522.

Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς
Ἄχρις ἀπηλοίησεν.——

Et ambos nervos et ossa prorsus comminuit lapidis horrenda moles.

Digitized by Google

h. e. ἄχρι παντὸς, adeo ut vulnus esset perpetuum, et in ossibus nihil non contritum inveniretur. Similiter Il. Π. v. 325.

— Ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε.

Os autem prorsus abscidit.

Dicitur et μέχρις vel ἄχρις οὗ, *(donec)* μέχρις ἂν, μέχρις οὗ ἂν, μέχρι περ, μέχρι περ ἂν, μέχρις ὅπερ ἂν, μέχρι τινὸς, *(aliquamdiu)* μέχρι τίνος; *(quousque)* μέχρι πῦ; μέχρι πρὸς, μέχρις ἐνταῦθα· de quibus omnibus sigillatim agere non est mei instituti. Exempla passim occurrunt.

V. Construuntur et cum verbis, ut cum imperfecto indicativi apud Plut. in Poplicol. sub initium: Μέχρι μὲν ἐπίδοξος ἦν ὁ δῆμος ἵνα χειροτονήσειν ἀντὶ τῦ βασιλέως στρατηγόν. *Quamdiu populus credebatur unum creaturus pro rege ducem.* Ubi terminatum quid aut temporis spatium notatur, aut actio continuata, et redditur *quamdiu.* Ubi vero non tam actio continuata, quam ejusdem terminus, et sequens actio inchoata respicitur, redditur *donec:* qui terminus si notus est, ut in re præterita, sequitur indicativus; sin nondum cognitus, subjunctivus vel optativus, addita vel suppressa particula ἄν. Subjunctivi exemplum est in ep. ad Ephes. cap. IV. com. 13. Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως. *Donec perveniamus universi ad unitatem fidei.* Optativum habet Herodot. in Euterp. cap. 179. Μέχρι οὗ ἀπίκοιτο ἐς Ναύκρατιν. *Donec pervenerit Naucratin.* [At hic optativus non a μέχρι, sed ab obliqua constructione pendet.]

ΓΑΡ.

I.

De Particulæ ΓΑΡ *significatibus,* CAUSALI, INCHOATIVO, *et* RATIOCINATIVO.

I. Particula γὰρ, (quæ ex γε et ἄρα composita videri possit) primo loco est αἰτιολογικὴ, h. e. probationibus inservit, et causam reddit. Lat. *nam, enim.*

II. Sed hæc vis non semper æque perspicua est, et obscuratur, quando γὰρ referri debet non ad proxime præcedentia, sed ad remotiora; e. c. in Evang. Marci cap. XVI. com. 4. Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τῦ μνημείυ; Καὶ ἀναβλέψασαι θεωρῦσιν, ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. ubi τὸ γὰρ non referri debet ad proxime præcedens θεωρῦσιν; nam, quia videbant devolutum lapidem, hinc non sequitur, eum fuisse magnum; sed ad dubitationem dicentium: *Quis devolvet nobis saxum ab introitu monumenti?* quæ sunt remotiora.

Digitized by Google

III. Obscurat quoque ipsius potestatem ellipsis, quæ hic frequens est, quaque vel ex præmissis nonnulla sunt repetenda, vel extrinsecus ad orationis absolutionem arcessenda. Exempla ubivis obvia, quorum tamen nonnulla hic sunt notanda, quia explicationis hic particulæ usus egere videtur. Ex superioribus nonnulla repetenda videntur apud Plat. in Phædr. pag. 228. lin. 28. [T. X. p. 283. ed. Bip.] Phædrus ibi, urgente Socrate, coactus nonnulla dicere, ad dicendum se parat, addens rationem, quia Socrates ipsum non dimissurus videtur, antequam, quocunque possit modo, dixerit. Excipiens alter ait: Πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκῶ. *Admodum enim vere id facturus tibi videor.* Ut constet sua Particulæ vis causalis, intellige, καλῶς εἶπας, *recte dixisti; nam* etc. vel repetendo præcedentia: Πάνυ σοὶ ἀληθῆ δοκῶ. οὐδαμῶς γάρ σε ἀφήσω, πρὶν ἂν εἴπῃς ἁμωσγέπως. Eodem plane modo apud Sophocl. in Philoct. v. 1273. Neoptolemus frustra conatus persuadere Philocteten ait:

Ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
Ἐμοῖσιν, εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων
Κυρῶ, πέπαυμαι. ——

At cupiebam te persuadere verbis meis: si vero minus opportune hæc succedat oratio, desino. Respondet Philoctetes: Πάντα γὰρ φράσεις μάτην. *Omnia enim frustra dixeris.* Intellige: Καλῶς ποιῶν πέπαυσαι. *Recte facies, si desinas; nam frustra verba perdes.* Vel exserit etiam sese vis αἰτιολογικὴ, quum ita suppletur hians oratio: Πάντα φράσεις μάτην. οὐ γὰρ πρὸς καιρὸν λέγων κυρεῖς. Sed clarius apud Plat. in Phædr. pag. 257. dicenti Socrati: ἴσως τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἴει νομίζοντα λέγειν, ἃ ἔλεγεν, *fortasse putas, obtrectatorem serio illi objecisse ea, quæ objecit:* respondet Phædrus: Ἐφαίνετο γάρ. *Apparebat enim.* Revoca ex præmissis, τὸν λοιδορούμενον οἶμαι νομίζοντα λέγειν. ἐφαίνετο γάρ. et plenum habeas sensum. Sic apud Eurip. in Orest. v. 444. 781. 792. et 796. Occurrit similis ellipsis in verbis Eunuchi in Act. Apost. cap. VIII. comm. 31. qui roganti Philippo: Ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; *An intelligis, quæ legis?* respondet: Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην; *Qui enim possim?* Hic necessario ex præcedentibus intelligitur, οὐ γινώσκω, præferente τῷ γὰρ rationem, cur non intelligat, interrogando tamen de modo.

[Haud raro hic usus ab interpretibus neglectus falsas interpretationes peperit. ut apud Æschyl. Pers. 231. 232. ubi Atossa Xerxis mater cum Choro de urbe Athenarum loquens ait: Ἀλλὰ μὴν ἵμειρ' ἐμὸς παῖς τήνδε θηρᾶσαι πόλιν. *Atqui vero meus filius vehementer cupiit hanc urbem capere.* Respondet Chorus: Πᾶσα ΓΑΡ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Perperam Stanleius vertit: *Imo omnis Græcia regi fiat subdita;* cum sensus sit: *Non est mirum, nam si hanc urbem cepisset, universa Græcia in potestatem ejus veniret.* Nostri dicerent: *Ei der König würde dann auch bald Herr von ganz Griechenland werden;* vel: *Ja freilich, denn* etc.]

IV. Obscurior est vis αἰτιολογικὴ, quando non ex superioribus,

Digitized by Google

sed extrinsecus necessario nova quædam arcessenda sunt. Locus est Aristophanis in Plut. v. 245. ubi, postquam Plutus questus est, se, sive ad avari, sive prodigi hominis ædes accesserit, ubique repulsam ferre; respondet Chremylus:

Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε.

In mediocrem enim virum nunquam incidisti. Hiantem sensum ita suppleas: Οὐδὲν δεινὸν πάσχεις θύραζε ἐκπεσὼν, μετρίου γὰρ etc. *Non mirum est, te abactum fuisse; nam* etc. Suppletur ellipsis in Evang. Joannis cap. IV. com. 18. ubi mulieri Samaritanæ dicenti: Οὐκ ἔχω ἄνδρα, respondet Christus: ΚΑΛΩΣ ΕΙΠΑΣ, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω. πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες· καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. Ναὶ μὰ Δία præmittit Ælian. V. H. lib. XIII. cap. 4. ubi roganti Archelao, num Agathon etiamnum amabilis videretur, cum annos esset circiter quadraginta natus, respondet Euripides: Ναὶ μὰ Δία· οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον. *Omnino per Jovem: formosorum enim non ver tantum, sed et autumnus pulcerrimus est.* Item apud Aristoph. in Nub. v. 1382. dicenti Strepsiadi: Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. respondet Phidippides: Νὴ τὸν Δί'· ἐνδίκως γάρ. *Per Jovem vapulabis; nam meritus es.*

V. Constat frequentem esse hanc ellipsin in responsionibus colloquentium tum affirmativis, tum negativis. Prioris usus exemplum est apud Plat. in Phædr. pag. 268. lin. 4. [T. X. p. 366. ed. Bip.] *Videamus,* inquit Socrates, *quam hæc ars vim habeat.* Καὶ μάλα ἐρρωμένην, respondet Phædrus, ἔν γε δὴ πλήθους συνόδοις. *Et validissimam quidem, præsertim in comitiis.* Cui Socrates: Ἔχει γάρ. q. d. *Bene dixisti, nam habet vim maximam.* Negativæ responsionis exemplum est in Lucian. Solœc. Tom. III. pag. 577. Dicenti cuipiam: Σὺ δὲ οὐδὲ τὸ μαντευόμενον κατενόησας. *Tu vero ne illud quidem* μαντευόμενον *intellexisti.* respondet Solœcista: Μὰ τοὺς θεοὺς, οὐ γὰρ ἔμαθον. *Per Deos, non intellexi enim.*

VI. Idem observandum in interrogativis, ut apud Xenoph. lib. III. Cyr. cap. I. §. 38. roganti Cyro: Εἰπέ μοι, ποῦ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν, καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν; *Dic mihi, quæso, ubi ille est, qui nobiscum una venabatur, et tu quidem ipsum admirari admodum videbaris?* respondet Tigranes: Οὐ γὰρ ἀπέκτεινεν αὐτὸν οὗτοσὶ ὁ ἐμὸς πατήρ; Hic intelligi videtur: Οὐκ ἔστιν ἔτι. *Non vivit amplius; nam pater hic meus eum occidit.* Quem sensum αἰτιολογικὸν interrogative effert.

VII. Non inelegans τοῦ γὰρ αἰτιολογικοῦ usus est in clausulis, quomodo adhibet Aristoteles de Rep. lib. I. cap. 3. extr. Τοῖς δὲ (δοκεῖ) παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν· νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δὲ ἐλεύθερον· φύσει δ' οὐδὲν διαφέρειν· διόπερ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ. *Aliis videtur naturæ adversari, in alium dominari: lege enim alium esse servum, alium liberum: natura vero nihil interesse; quare neque justum esse; violentum enim.*

VIII. Hactenus de usu particulæ γὰρ causali, nunc de inchoativo breviter dicemus. Est enim τοῦ γὰρ officium inchoare narrationem, non secus ac μὲν δὴ et μὲν οὖν, de quibus postea, post præmissa nonnulla prolegomena. Videturque universus narrationis complexus rationem reddere præmissæ propositionis. Redditurque sæpe Latine, *videlicet*, *nempe*, *ergo*. Sic Aristoteles rei faciendæ rationem expositurus, præmissis paucis, ita incipit lib. I. de Rep. cap. 9. Ἑκάστου γὰρ κτήματος διττὴ ἡ χρῆσίς ἐστιν. *Uniuscujusque rei possessæ duplex usus est.* Similiter Prometheus apud Æschylum Iûs errores expositurus ait:

Πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα τῶν πλανημάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα etc.

Hic ἐπεὶ γὰρ est *postquam enim*, *postquam nimirum*; [*nachdem nemlich*]. Addatur Matth. I. 18. Præmissis, τοῦ δ' Ἰησοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν, sic Evangelista incipit historiam: Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας, etc. Habetque hunc usum Latinorum *nam*. Sic dicturus Cicero pro Archia cap. 3. narrationem hoc modo incipit; *Nam ut primum a pueris excessit Archias*, etc. Confer Terent. Andr. I. 1. 14.

IX. Longe diversa ratione inchoat orationem τὸ γὰρ, ubi ratio in sequenti membro demum sequitur, cui tunc vicem explens τοῦ γὰρ additur Particula δὲ, unde obscurior paulum nascitur oratio. Ita Ulysses apud Hom. Od. κ. v. 501.

Ὦ Κίρκη, τίς ΓΑΡ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
Εἰς Ἄϊδος Δ' οὔπω τις ἀφίκετο νηῒ μελαίνῃ.

Quis vero, inquit, *viam ad inferos monstrabit?* intelligens itineris difficultatem, et addit rationem: *Nam nondum eo quisquam pervenit nave nigra.* Ubi γὰρ post ἄϊδος et δὲ post τίς collocandum fuit.

X. Denique inchoat orationem, quando μετάθεσιν patitur, h. e. quando causa sequitur in membro subsequenti, etiamsi abest Particula δέ. Ita infit Achilles apud Hom. Il. Α. v. 123. postquam Agamemnon pro virgine sibi erepta aliud donum postulaverat:

Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;
Οὐδέ τί που ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά·
Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται,
Λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν.

Ubi τὸ γὰρ post οὐδέ τι positum justam dabit sententiam. *Quomodo tibi dabunt præmium magnanimi Achivi? nulla enim nobis spolia adsunt, quæ non sint distributa; et quæ ex urbibus captis cepimus, divisa jam sunt; neque fas est, populum ea, quæ accepit, in commune iterum conferre.*

Digitized by Google

XI. De syllogistico s. ratiocinativo particulæ γὰρ sensu tenendum est, eum tum manifestum esse, ubi interrogative profertur, ut apud Aristoph. in Ranis v. 25. ubi Xanthias bajulans Baccho, mollitiem ipsi in ferendo onere objicienti, respondet: Οὐ γὰρ φέρω 'γώ; *Nihilne ergo fero?* Collective simul et interrogative, q. d. *Putasne ergo, me nihil ferre?* Cui sic Bacchus: Πῶς φέρεις γὰρ, ὅς γ' ὀχεῖ; *Quomodo ergo feras, qui ipse veheris?* nam insidebat asino. Sed hæc verba ad causativum sensum etiam revocari possunt, intellecto οὐ φέρεις, ut sit sensus: *Non fers; nam quomodo feras?* etc. Rursus v. 29. Πῶς γὰρ φέρεις, ὅς γ' αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου φέρει; *Quomodo ergo fers, qui ipse veheris ab alio?* Sic in Acharn. v. 594.

Λ. Ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγὸν, πτωχὸς ὤν;
Δ. Ἐγὼ γάρ εἰμι πτωχός; Λ. Ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ;
Δ. Ὅστις; πολίτης χρηστός.—

L. Tune hæc imperatori dicis, cum sis mendicus? D. Egone ergo mendicus? L. At quis igitur? D. Quis? Bonus civis. ubi particulæ γὰρ usus collectivus ad sensum causalem revocari potest, facilius tamen posterioris, ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ; Est Græcis loquendi consuetudo peculiaris, qua alter alterius verba, quæ addere debuisset, quasi deficientia, ex ore tanquam suscipere cupit, eaque, cum non possit, interrogando elicit. Versatur hic idiotismus circa causativa; additurque particula γὰρ vel ὅτι, qualem alter rationi, qua sua dicta stabiliret, debuisset præmittere. Dicunt igitur τί γάρ; *quid enim?* τίς γάρ; *quis enim?* ὅτι τί; *nam quid?* Tale est hoc Lamachi, innuentis, Dicæopolin negando, se mendicum esse, non satisfecisse, sed debuisse addere rationem, indicantem qualis esset, hoc modo: Ἐγὼ πτωχὸς οὐκ εἰμί· ἀλλ' εἰμὶ γὰρ πολίτης χρηστός. Sic ap. Aristoph. Vesp. 333. Philocleon multa queritur, quod custodia inclusus canenti choro interesse non poterat; cui sic Chorus:

Τίς γὰρ ἔσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων κἀποκλείων τὰς θύρας;
Λέξον, πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις.

Quis ergo est, qui te his arcet occlusis foribus? [G. *Nun wer hat dich denn aber eingeschlossen?*] *Dic; nam amicis dixeris.* Respondet ille, Οὑμὸς υἱός. *Filius meus.* ubi τίς γάρ; *quis ergo?* parata versio est: intricatior sensus αἰτιολογικὸς, qui sic eruitur. Ex interrogatione chori liquet, hunc desiderare supplementum orationis Philocleonis, quod rogando elicit; debuisset enim ille sic pergere: Ὅτι ὁ υἱὸς ἐμὸς, vel Ὁ γὰρ υἱὸς ἐμός ἐστιν ὁ ταῦτά μ' εἴργων etc. Continuatam itaque vult chorus orationem alterius inquirendo in causam rei, cujus index est τὸ γάρ. Talia sæpe occurrunt in mutuis colloquiis; estque locus fere geminus apud Lucian. Dial. Mort. tom. I. pag. 388. Postquam Alexander et Annibal inter se de principatu multis verbis apud inferos contenderant, et Minos jam jam sententiam erat dicturus, interveniens Scipio postulat, ut prius litem ne dirimat, quam ipse pro se dixisset. Tum Minos: Τίς γὰρ εἶ, ὦ πό-

Digitized by Google

θεν ὢν ἥκεις; q. d. *Quis tu es et cujas? qui te cum his duobus conferre audeas.* Sic colligit ex verbis Scipionis, et ipsum clarum fuisse, qui se his compareret. Sic apud Euripid. in Orest. v. 483. Tyndareo roganti Menelaum, cur compellaret Orestem, hominem matricidam, invisum caput; respondet ille:

Τί γάρ; φίλου μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος.

Quid enim? additque rationem: *patre enim natus est mihi carissimo.* (eodem sensu, quo apud Phædrum hæ particulæ occurrunt, pro *Quidni enim?*) [G. *Nun was denn?* vel *warum denn nicht? er ist ja meines lieben Freundes Sohn!*] H. l. τί γάρ; absolute cum admirationis significatione ponitur. [Similiter, sed ita, ut τί γὰρ conjunctim et cum sequentibus vinctum ponatur, apud Æschylum in Prometh. 519. ubi postquam Prometheus dixerat: *Sane ne Jupiter quidem fatum effugiet;* admirans ista Chorus subdit: Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν; *Aber was kann denn dem Jupiter anders vom Schicksal beschieden sein, als ewige Herrschaft?*]

XII. Interrogativam quandoque particulam esse γὰρ, falso sibi persuaserunt Stephanus ac Devarius. Nam in τίς γὰρ, τί γὰρ et similibus, solius pronominis est interrogare, cum γὰρ vim suam causalem obtineat. Nec umquam τί γὰρ significat *numquid?* sed potius *quid enim?* aut *quid ergo?* Ut in illo Aristoph. in Nub. v. 57. dicenti famulo, Ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ, respondet Strepsiades: Οἴμοι, τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον; *Hei mihi? Cur enim mihi bibulam accendisti lampada?* [G. *Warum hast du denn auch eine so versoffene Lampe angesteckt?*] Rationem adfert, cur oleum in lucerna tam cito defecerit, nempe, [quod bibulam lucernam accenderit, sive, ut paulo post explicat,] quod crassum nimis ellychnium indiderit, quam rationem cum interrogatione profert, cur id fecisset.

At non æque clare patet vis ratiocinandi in τί γὰρ ἄλλο ἢ, nisi admissa ellipsi una cum verborum transpositione. Ita apud Lucian. in Dial. Diogenis et Alex. rogante Alexandro, Τί γελᾷς; respondet alter: Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλάς. Ait, in mentem sibi venire, quid Græcia fecerit, (quæ nempe Alexandrum ducem elegerat adversus barbaros, et per adulationem inter duodecim Deos retulerat, cum mortuis nunc reliquis similis esset) et ex eo argumentatur, quod nihil aliud ridiculum erat in verbis Alexandri; quam argumentandi rationem interrogative profert. Perinde itaque est, ac si diceret: Ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς etc. ἐπὶ τούτῳ μόνῳ γελῶ. τί γὰρ ἂν ἄλλο ἢ τοῦτο γελῷμι;

XIII. Similis est particulæ γὰρ vis in aliis interrogandi modis; v. c. in Platonis Phædro pag. 234. lin. 39. [T. X. p. 295. ed. Bip.] Dicenti Phædro: Οὕτω δὴ δοκεῖ παίζειν; *Siccine jocari tibi videtur?* respondet Socrates: Δοκῶ γάρ σοι παίζειν, καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι; *Ergone tibi videor jocari? nonne potius serio locutus?* Sic οὐ γὰρ

non simpliciter vertendum est *quidni?* sed potius, *nonne enim, nonne vero?* e. c. Xenoph. memorabb. I. 4. 14. οὐ γὰρ πάνυ σοι κατάδηλον, ὅτι etc. *nonne enim hoc plane tibi apertum est.* [G. *denn ist dir das nicht ganz einleuchtend.*] Huc refer exemplum supra allatum Cyrop. III. 1. 38. *Dic mihi,* inquit Cyrus, *ubinam est homo ille, qui nobiscum venabatur? Tu enim mihi potissimum eum colere videbare.* Respondet Tigranes: Οὐ γὰρ ἀπέκτεινεν αὐτὸν οὑτοσὶ ὁ ἐμὸς πατήρ; [*Nun, hat ihn denn nicht mein Vater umgebracht?*] q. d. *Miror te ista quærere, nam eum pater meus occidit.* Habet et hoc modo indignationem, redditurque, *Itane? nempe?* ut apud Lucian. in Conviv. pag. 440. Χρυσίππου γὰρ μέμνησθε ὑμεῖς, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐννόμως φιλοσοφοῦντος, Ἑτοιμοκλέους τοῦ γόητος, μετρεῖτε τὸν Κλεάνθην καὶ Ζήνωνα, σοφοὺς ἄνδρας; *Itane vero Chrysippi mentionem injicere audetis, aut ab uno viro hon legitime philosophante, Hetœmocle impostore, metimini Cleanthen et Zenonem, viros sapientes?*

XIV. Adversativam esse interdum hanc particulam, falso sibi quidam Grammatici persuaserunt. Frustra enim v. c. Devarius vim adversativam huic particulæ tribuit in illo Aristophanis in Pace v. 320.

Ὡς κυκάτω, καὶ πατείτω πάντα, καὶ ταραττέτω.
Οὐ γὰρ ἂν χαίροντες ἡμεῖς τήμερον παυσαίμεθ' ἄν.

et explicat: *Quantumvis turbet et conculcet omnia, nos tamen exultatione et lætitia non abstinebimus.* [Sed h. l. potius significat *enim,* ut in Æschyleo simili Prometh. v. 1000.

Πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
Λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι.
Χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω.
Γνάμψει ΓΑΡ οὐδὲν τῶνδ' ἐμέ.]

II.

De Particulis ΓΑΡ ΔΗ, ΓΑΡ ΔΗ ΠΟΥ, ΓΑΡ ΟΥΝ, ΓΑΡ ΟΥΝ ΔΗ, ΓΑΡ ΠΟΥ, ΓΑΡ ῬΑ *et* ΓΑΡ ΤΟΙ.

I. Particulæ γὰρ δὴ, si δὴ tempus notat, singulæ per se spectandæ sunt, nec hac ratione γὰρ a δὴ afficitur. Recte Hesych. Δὴ γάρ· ἤδη γάρ. Nam Poëtæ etiam τὸ δὴ præponunt.

II. Ast, ubi Particula δὴ suam vim βεβαιωτικὴν exercet, argumentationem, quam infert τὸ γὰρ, suo pondere confirmat ac stabilit, significatque *nam profecto;* ut Xenoph. Cyrop. II. 3. 58. post-

Digitized by Google

quam narravit, Cyrum ante prœlium pæana exorsum, eumque religiose milites magna voce simul insonuisse, hæc addit: ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ δὴ οἱ δεισιδαίμονες ἧττον τοὺς ἀνθρώπους φοβοῦνται, *in tali ENIM rerum discrimine PROFECTO qui deum reverentur minus homines metuunt.* [G. *denn sicherlich fürchten unter solchen Umständen gottesfürchtige Leute sich weniger vor Menschen.*] Stabilitam per particulam δὴ rationem paululum infringit τὸ που, alterius assensum eliciens. Sic fit γὰρ δή που. [G. *denn doch wohl gewiss.*] Exemplum est apud Platonem in Phædone pag. 94. init. Ἁρμονία γὰρ δή που, παντελῶς αὐτὸ τοῦτο οὖσα ἁρμονία, ἀναρμοστίας οὔποτ᾽ ἂν μετάσχοι. *Nam profecto harmonia, quatenus revera et omnino est harmonia, discrepantiæ nunquam particeps est. Nonne?* Sed de vi hujus particulæ που, alteri adjunctæ, mox dicam in γάρ που, et cap. seq. in γε δή που et in γέ που.

III. Γὰρ οὖν eidem membro apponuntur, cum tamen diversa spectent, servans altera causativam, altera conclusivam potestatem. Exemplo sint verba Nestoris in Il. Β. v. 350. ubi auctor est Agamemnoni, ut unum item atque alterum, seditiose reditum in patriam efflagitantem, et consilia seorsim ineuntem, perire sinat, addens:

—Ἄνυσις δ᾽ οὐκ ἔσσεται αὐτῶν·
Πρὶν Ἄργος δ᾽ ἰέναι, πρὶν καὶ Διὸς αἰγιόχοιο
Γνώμεναι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις ἠὲ καὶ οὐκί.
Φημὶ ΓΑΡ ΟΥΝ κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα etc.

Non enim perficietur eorum consilium, ut prius Argos redeamus, antequam Jovis promissionem, utrum falsa sit nec ne, perspexerimus. Aio enim præpotentem Jovem annuisse etc. Τὸ γὰρ rationem infert, quare illi in patriam non sint redituri, antequam experti fuerint, num promissio Jovis vera sit, an falsa: *Aio enim*, inquit, *præpotentem Jovem annuisse.* Ab altera parte τὸ οὖν conclusionem habet: nam ex eo, quod Jupiter promiserat, Achivos capta Troja in patriam demum redituros esse, concludit, si qui nunc redire domum velint, eos vel in itinere perituros, vel saltem Argos non visuros ante urbis expugnationem. Est igitur τὸ οὖν latentis conclusionis index; amant enim Græci, ubi oratio afficitur quantumlibet leviter, ejus affectionis aliquod vestigium servare in adjecta particula, quod nonnunquam ægre eruitur, ut in illo Platonis in Phædr. pag. 247. lin. 25. [T. X. p. 322. ed. Bip.] ubi loquitur de loco supra cœlum elevato, quem ait a nullo poeta carmine celebratum, additque: Ἔχει δὲ ὧδε· τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν. *Res ita se possit habere*, inquit; at, quia dixit: ἔχοι, *possit*, hujus rei veritatem sponsor affirmare non audet; quare sequitur ratio, cur dixerit ἔχοι potius quam ἔχει· τολμητέον etc. *Periculum est faciendum in veritate assequenda.* Conclusionis nota sit οὖν; nam quia ait, non, veritatem esse dicendam, sed periculum hujus esse faciendum, hinc sequitur, recte præmissum ἔχοι, et non ἔχει.

IV. Sæpe vis conclusiva Particulæ posterioris ita obscuratur, ut omnino evanuisse dicas: sed quia omnis conclusio habet affirmationem aut negationem ex præmissis pendentem, hinc fit, ut ad vim αἰτιολογικὴν τοῦ γὰρ augendam adhibeatur, fere affirmative. Ut cum Socrates apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 451. lin. 6. [T. VII. p. 6. ed. Bip.] orationem est inchoaturus controversam nec periculo carentem, ait: Προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, χάριν ὃ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα, ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι, ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ νομίμων. *Adrasteam veneror in iis, quæ sum dicturus; nam sane ita arbitror, minus eum peccare, qui invitus occidit, quam impostorem in rebus pulcris et bonis et justis et legitimis.* [G. *denn ich denke doch* etc.]

V. Quia hæc particularum conjunctio non parum facit ad confirmandum, hinc in responsionibus affirmativis plurimum adhibentur, ut Xenoph. Cyrop. I. 6. 22. Cyrus patrem interrogat: λέγεις σύ, ὦ πάτερ, εἰς τὸ πειθομένους ἔχειν οὐδὲν εἶναι ἀνυσιμώτερον τοῦ φρονιμώτερον δοκεῖν εἶναι τῶν ἀρχομένων; *Nonne igitur hoc dicis, o pater, ad subditos in obsequio retinendos, nihil utilius esse, quam ut imperantes subditis prudentiores esse videantur?* Respondet Cambyses: λέγω γὰρ οὖν, quod etsi latine verti potest *aio vero*, [Germanice: *freilich sage ich das;*] notandum tamen est, ut subtilius res intelligatur, hic extrinsecus quædam repetenda esse; q. d. Ἀληθινῶς οὖν, τοῦτο λέγω γάρ. [vel G. *ganz recht so, denn dies sag' ich eben.*] Hic igitur οὖν conclusivam, γὰρ causativam vim servat. Sic in Timæo Platonis p. 21. l. 23. [T. IX. p. 289. ed. Bip.] ὁ δὲ γέρων (σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι) μάλα τε ἥσθη καὶ διαμειδιάσας εἶπεν. *Hic senex (optime enim memini) et inprimis lætatus est et subridens ait.* Neutram particulam otiosam esse patebit, si, nisi quid aptius, hoc intelligatur repetendum extrinsecus: διηγήσομαι πάντα σαφῶς· σφόδρα γὰρ μέμνημαι· διηγήσομαι οὖν πάντα σαφῶς.

[Particularum ἀλλὰ γὰρ et γὰρ οὖν ideo similis ratio est, quod in utraque extrinsecus omissa quædam sententia repetenda est; in ἀλλὰ γὰρ enim reticetur sententia quædam adversativa, cujus ellipsin indicat ἀλλὰ, cujusque causam affert γάρ. Ut Cyrop. II. 1. 13. Ἀλλὰ θαυμαστὰ μὲν ἴσως δόξω λέγειν, εἰ Κύρῳ συμβουλεύσω τι εἰπεῖν ὑπὲρ ὑμῶν, ὅταν τὰ ὅπλα λαμβάνωσιν οἱ ἡμῖν μέλλοντες συμμαχεῖσθαι. Hic igitur is, qui loquitur, affirmat, mirabilia videri posse, quæ dicturus sit; deinde subdit: ἀλλὰ γινώσκω γάρ, ὅτι etc. quod recte Zeunius ita resolvit: q. d. ἀλλ' οὐ θαυμαστά ἐστι· γινώσκω γάρ, ὅτι etc. Prius pronuntiatum, quod est adversativum, reticetur, secundum vero omissi causam reddit. Eodem modo in γὰρ οὖν posterior particula οὖν monet lectorem, omissam esse conclusionem, quæ facile suppleri possit; γὰρ autem ejus rationem reddit.]

VI. Ad certitudinem rei urgendam magis facit adjecta particula δὴ, ut fiat γὰρ οὖν δὴ, ut apud eundem de Legg. III. p. 682. init. [T. VIII. p. 116. ed. Bip.] ubi quum dixisset. Homerum aliquid

Digitized by Google

divino numine dixisse, addit affirmans: Θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐνθεαστικὸν ὂν γένος, ὑμνῳδοῦν πολλῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξύν τισι χάρισι καὶ μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. *Nam poëtæ profecto divinum genus illud, divino numine afflatum, hymnos celebrantes, multa, quæ revera fiunt, cum gratia quadam et venustate attingunt.*

VII. Sed et, ut γὰρ οὖν, ita γὰρ οὖν δὴ usum habet in responsionibus affirmativis. ut apud eundem de Rep. V. pag. 476. lin. 17. [T. VII. p. 58. ed. Bip.] ἔχει γὰρ οὖν δή, ἔφη, οὕτως. Et in Politic. pag. 267. lin. 7. [T. VI. p. 29. ed. Bip.] Λέγεται γὰρ οὖν καὶ τοῦτο.

VIII. Nec tamen ubicumque γὰρ οὖν invenitur, reciproca argumentatio, aut ellipsis facile semper admittitur. Est enim ubi γὰρ probat exemplo, et οὖν dictum personæ accommodat, ut apud Aristophanem in Vesp. v. 725.

> Ἦπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
> Οὐκ ἂν δικάσαις, σὺ γὰρ οὖν νῦν μοι νικᾷν πολλῷ δεδόκησαι.

Sapiens utique erat ille, qui dixit, priusquam utramque partem audieris, ne judica. Tu enim mihi videris nunc pulcre vicisse. Τὸ ΟΥΝ κατὰ τὸ νόημα ipsum dictum Bdelycleoni applicat, cujus exemplo probat τὸ γὰρ, pulcre illud dictum esse.

IX. De γάρ που [G. *denn ja wohl*] nihil dicam, quia neutra particula ex hac conjunctione quicquam singulare affert, nisi quod που, ut suo loco dicetur, affirmativam sententiam aliquantulum infringit, et ad ipsius certitudinem stabiliendam ulterius quasi assensum elicit, q. d. *Si non semper hoc et constanter verum sit, et alicubi tamen; nonne?* Convenit itaque cautionem in dicendo adhibentibus, qui sua opinione parum freti, alterius quoque assensum requirunt. Itaque frequens in ore est Socrati apud Platonem, suam eruditionem dissimulanti, ut in Phædro pag. 275. lin. 33. [T. X. p. 382. ed. Bip.] Δεινὸν γάρ που τοῦτ' ἔχει γραφή. *Nam periculum est, ne hoc incommodi habeat scriptura.* Similiter in Phædone p. 101. l. 17. Τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυοῖν πλείω εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπερβάλλειν, φοβοῖο ἂν λέγειν, ἀλλὰ μὴ πλήθει καὶ διὰ τὸ πλῆθος; καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι, ἀλλ' οὐ μεγέθει; ὁ αὐτὸς ΓΑΡ ΠΟΥ φόβος. *Decem octo duobus excedere, et ob hanc causam superare, dicere audeas, nec potius multitudine et propter multitudinem? item bicubitale cubitali duplo majus esse, nec potius magnitudine? Est enim eadem cautio, ut videtur,* vel *nonne?* Respondet alter πάνυ γε. Est enim Socratis loquentis constans institutum suam sententiam non admodum urgere, sed potius ex alterius judicio quasi suspendere.

X. Inveniuntur et γάρ που sejuncta apud Eurip. in Heracl. v. 151.

> Οὐ ΓΑΡ φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί ΠΟΥ
> Μόνον τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος,
> Τὰς τῶν ἀβούλως ξυμφορὰς κατοικτίσειν. (an κατοικτιεῖν?)

Digitized by Google

Non enim credunt, opinor, te, mentis saltem compotem, solum ex tanta, quam peragrarunt, Græcia, ipsorum inconsultas calamitates commiseraturum.

XI. Particulæ γάρ ῥα, quibus soli utuntur poëtæ, videntur fere idem notare, quod γὰρ οὖν in reciprocæ argumentationis usu, de quo supra satis superque dixi; nisi hoc interest, quod hic ῥα, pro ἄρα positum, præter vim collectivam, etiam possit denotare effectum. Latine vertuntur *enim scilicet, enim nimirum;* [G. *denn freilich; nemlich;*] vel ῥα plane supprimitur. Ita Achilles apud Hom. Il. Α. v. 237. jurat per sceptrum, quod ex arbore excisum nunquam revivesceret. Sequitur ratio:

——Περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλά τε καὶ φλοιόν.——

Nam ferrum undique ei abstulit folia et corticem. Effectus itaque est, οὐκ ἀναθηλήσει. *Non repullulabit.* cujus effectus relinquitur index τὸ ῥα. Et Φ. v. 468.

Ὣς ἄρα φωνήσας πάλιν ἐτράπετ'· αἴδετο γάρ ῥα
Πατροκασιγνήτοιο μιγήμεναι ἐν παλάμῃσι.

Sic locutus retro se vertit; verebatur enim patruo conserere manum. Conversionis ratio est reverentia patrui: et vicissim reverentiæ ejus effectus est conversio.

XII. Denique γάρ τοι vix differt a γὰρ δή; est enim nota asseverationis, qua ratio addita asseritur, q. d. *re vera; edico hoc tibi; hoc meæ crede fidei.* [G. *denn gewiss, denn wirklich.*] ut apud Aristoph. in Vesp. v. 601. Ἔμπλησο λέγων· πάντως γάρ τοι παύσει ποτέ. *Satia nunc te verbis; nam, hoc meæ crede fidei, veniet tempus, quo prorsum cessabis.* Hinc commode τῷ ἀμέλει subjungit idem in Ran. v. 535.

Ἀμέλει. καλῶς ἔχ' αὔτ'. ἴσως γάρ τοι ποτὲ
Ἐμοῦ δεηθείης ἄν.——

Meus est iste labor. Bene habet. Crede mihi, forsan aliquando me indigebis. Aliquando *sane* notat, ut apud eundem ibid. v. 783. Αἴσχιστα γάρ τοί μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος. *Nam turpia sane in me admisit Lysistratus.* Et tunc confirmat verius quam asserit. Vid. Plat. in Phædro non longe a principio: [T. X. p. 281. ed. Bip.] Προσήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή· ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἐρωτικός. *Digna tuis auribus est disputatio; nam sane sermo, in quo versabamur, nescio quomodo erat amatorius.* Aliquando leviore de causa additur τοι. Exempla passim.

Digitized by Google

ΓΕ.

I.

De primaria Particulæ ΓΕ *potestate et usu Elliptico.*

I. Dici vix potest, quam frequens et elegans hujus Particulæ sit usus apud antiquissimos auctores. Primaria ejus vis est restringendi generalius quippiam ad magis speciale, totum ad partem etc. ut apud Demosthenem pro Cor. Εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε. Redditur itaque *saltem, certe.* [G. *wenigstens, mindstens.*] *Si non totum, saltem pars.* Εἰ μὴ πάντες, ἀλλὰ τέσσαρές γε. *Si non omnes, at quatuor saltem.* Demosth. Olynth. I. in fine: Πρόσεστι ἡ ὕβρις, καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας, τοῖς γε σώφροσι. *Accedit et contumelia, et insuper rerum dedecus, nullo minus damno, sanis certe hominibus.* Cicero utitur particula *quidem* pro Fontei. cap. 5. *Si nulla alia ex re, ex literis quidem vestris——scire potuistis.* Cæterum quia id, quod restringitur, majori emphasi urgetur, hinc fit, ut Particula hæc, remissis utcunque præcedentibus, sequentia validius urgeat, et subjuncta sententiæ affirmativæ præmissam habeat negationem, et vicissim addita negationi præmissam habeat affirmationem, ut, Εἰ μὴ ἅπαντες, ἀλλὰ τινές γε. et, Εἴ τινες, ἀλλ' οὐ μέντοι γε ἅπαντες.

II. Est et alia Particulæ potestas, non admodum priori absimilis, sed hactenus diversa, quatenus posteriora quidem urget imprimis, non remissis tamen prioribus generalibus: hanc περιγραφικὴν vocant. Exemplum est apud Platonem lib. IV. de Rep. init. [T. VI. p. 326. ed. Bip.] ubi custodes urbis dicuntur μισθωτοὶ, *mercenarii;* mox additur, Καὶ ταῦτά γε ἐπισίτιοι, καὶ οὐδὲ μισθὸν πρὸς τοῖς σιτίοις λαμβάνοντες. *Et quidem, qui ob solum victum laborantes, præter eum nullam aliam mercedem capiunt.*

III. Nulla ex omnibus Particula est, in quam magis sæviit interpretum injuria, quippe quam tanquam plane otiosam reddere negligunt non sine insigni sensus damno. Ansam dedit prætermissa pars, quæ sæpe a Græcis brevitati studentibus intelligenda relinquitur. Hæc ellipsis est duplex, nam vel præcedentia repetenda sunt, vel aliquid extrinsecus ad supplendam orationem venit intelligendum. Prioris est illud Homeri Il. H. v. 292. 378 et 396.

—Ὕστερον αὖτε μαχεσσόμεθ', εἰσόκε Δαίμων
Ἄμμε διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην.

Ubi repete præcedentia, ut plenior sit oratio: ἐὰν δὲ μὴ διακρίνῃ, δώῃ

δ' ἑτέροισί γε νίκην. *Post rursum pugnabimus, donec deus nos dirimat, vel, si non dirimat, alterutris saltem victoriam concedat.*

IV. Sed frequentius ad supplendum sententiæ hiatum alia extrinsecus ad subsidium vocanda sunt; hic usus, qui frequentissimus est, sæpe hinc fit obscurior, et, quia in versione nunc non incommode omittitur, nunc negligitur, hinc fit, ut a minus attendentibus γε inter πλεονάζοντα temere recenseatur. Exemplo sint verba Herodoti in Thalia cap. 37. ubi de Cambyse ita: Ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ ὀ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι ἄλλον γε ἢ ἱρέα. *Ingressus est et templum Cabirorum, in quod non alii, nisi sacerdoti fas est ingredi.* Quæ versio utcunque probabilis videtur, in ea tamen ne vestigium quidem τοῦ γε invenitur. Integra hæc esto oratio: Οὐ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι οὐδένα ἄλλον γε ἢ ἱρέα. *In quod nemini licet ingredi: non alii certe nisi sacerdoti.* Atque ita τὸ γε restringit generaliorem negationem, quæ præcedit, habetque vim aliquam ἐπανορθωτικήν.

V. At negligitur non sine sententiæ jactura in illo Homeri Il. E. v. 303.

——Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι.—

Quæ ita reddit interpres: *Ille autem saxum accepit manu Tydides, magni ponderis, quod non duo viri ferrent, quales nunc homines sunt.* In hac versione nulla particulæ γε ratio habetur, sed ea, tanquam plane supervacua, exterminatur; quam immerito, vide. Exercet hic, si usquam alias, nativam potestatem peropportune, si suppleas εἰ μὴ πλείους, ut integra sit oratio: χερμάδιον λάβε χειρὶ, ὃ, εἰ μὴ πλείους, ἀλλὰ δύο γ' ἄνδρε οὐ φέροιεν. Redde igitur: *Tydides prehendit manu saxum immensæ molis, quod duo viri, ne dicam plures, quales nunc sunt homines, non tollerent.* Vel, *si non plures, saltem duo.* Nequid falsi dicat Poeta, remisso utcunque numero majori, minorem magis urget, cujus indicium relinquitur Particula γε. Simile illud Luciani advers. Indoct. Tom. III. pag. 110. Τὴν λύραν δὲ ἀναθεῖναι εἰς τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἱερὸν, ἐπὶ πολύ γε σώζεσθαι αὐτήν. *Lyramque in templo Apollinis dedicasse, ubi diu saltem servata est.* Nam τὸ ἐπὶ πολύ γε perinde sonat atque εἰ μὴ ἕως τοῦ νῦν. *Si non usque ad hæc tempora, certe diu servata est.* Ita apud Hom. Il. Φ. in fine, Trojani prælio impares, si qui hostium sævitiam evadere poterant,

——— ἀσπασίως ἐσέχυντο
Ἐς πόλιν, ὅντινα τοῦ γε πόδες καὶ γοῦνα σάωσαν.

q. d. οὐ πάντες, ἀλλ' ὅντινα etc. *Fuse irruebant intra mœnia, si non omnes, at saltem, quorum pedes et genua ipsos servabant.* Unum ad-

Digitized by Google

do Xenophontem, nam immensa est exemplorum turba, Κυρ. παιδ. libro II. Τοξόται εἰσὶ καὶ ἀκοντισταὶ εἴτε ἐκείνων καὶ οἱ ἡμέτεροι. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀκροβολίζεσθαι ἀνάγκη ἐστί. *Sunt sagittarii et jaculatores illorum et nostri milites. Ergo, inquit Cyrus, eminus pugnandum erit.* Signum, unde hoc colligit, subjungit, τοιούτων γε τῶν ὅπλων ὄντων. *Talia certe arma sunt.*

Hic particulæ usus adeo ubivis dominatur, ut pæne dixerim, nullam occurrere paginam, ubi non aliquod hujus notionis vestigium relinquatur: et mirum, quam hac particula veteres fuerint delectati, miræque sunt ellipses, quas ea involvit, præcipue cum sæpe repetitur, quibus si quis non diligenter attendit, non raro plane eam otiosam esse jurabit. Repetitur ab antiquissimis auctoribus, Platone maxime, Homero et Aristophanè, quod exemplis probare longum est. Instar omnium duo sint loci, quorum alter est in Hom. Il. E. v. 288. Pandarus ibi et Æneas in Diomedem irruunt, quos alloquitur Diomedes:

—— Οὐ μὲν σφῶϊ Γ' ὀΐω
Πρίν Γ' ἀποπαύσεσθαι, πρίν Γ' ἢ ἕτερόν ΓΕ πεσόντα
Αἵματος ἆσαι Ἄρηα.——

Nullo loco τὸ γε adhibitum potestatem nativam negligit, nisi forte post alterum πρὶν una cum priori πρὶν repetitum eandem eodem casu vim exercere dici possit. Neque hoc fit sine perpetua ellipsi. Nam οὐ σφῶΐ γε perinde est ac si dixerit, εἰ ἄλλον οἰοίμην, ἀτὰρ οὐ σφῶΐ γε. *Si quem alium a pugna cessaturum credam, certe vos non putem.* [πρίν γ' ἀποπαύσεσθαι, *et si cessaturos, certe non prius cessaturos.*] ἀλλὰ πρίν γ' αἵματος ἆσαι Ἄρηα, *priusquam saltem vestro sanguine Martem satiaveritis.* Restat tertium γε, quod restringit generaliorem utriusque, Pandari et Æneæ, personam ad alterutram: εἰ μὴ ἄμφω, ἀλλ' ἕτερόν γε. *Si non ambos, alterutrum certe.* Sic quater in eadem periodo occurrit apud Aristoph. in Plut. v. 571. ubi Chremylus Paupertati vera loquenti nihil habens, quod opponat, ita respondet:

Ἀλλ' οὐ ψεύδει τούτων Γ' οὐδὲν, καί περ σφόδρα βάσκανος οὖσα·
Ἀτὰρ οὐχ ἧττόν Γ' οὐδὲν κλαύσει· μηδὲν ταύτῃ ΓΕ κομήσῃς,
Ὅτι ΓΕ ζητεῖς τοῦτ' ἀναπεῖσαι ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἀμείνων
Πενία Πλούτου.——

In quibus verbis quoties repetitur Particula γε, toties, si probe attenditur, apparet ellipticus ejusdem usus, qui hoc vel simili modo est supplendus, ut hæc sit plena oratio: Καί περ ἘΝ ἌΛΛΟΙΣ σφόδρα βάσκανος οὖσα, ἀλλὰ τούτων γε οὐδὲν ψεύδει· οὐ μέντοι, ΕΙ ΜΗ ΠΑΝΤΑΠΑΣΙΝ ἈΠΟΛΩΛΑΣ, κλαύσει γε· ΕΙ ΔΕ ΜΗ ΚΛΑΥΣΕΙ, ἀλλ' οὕτω γέ σε ταράξω, ὥστε μὴ κομᾷν, ΕΙ ΜΗ ΔΙΑ ΤΩΝ ἌΛΛΩΝ, ἀλλ' ὅτι ζητεῖς γε τοῦτ' ἀναπείσειν ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἀμείνων πενία πλούτου. i. e. *Ut maxime in aliis malevola, nihil saltem horum mentita es: nihilominus, si non prorsus perieris, flebis saltem; vel, si non flebis, ita certe te commove-*

Digitized by Google

bo, ut ideo non triumphes gloriabunda, si minus ob aliud, at ob id saltem, quod nobis persuadere studes, præstantiorem divitiis esse paupertatem. Viden' ut miser Chremylus se torqueat, gravibus argumentis oppugnatus, et ut frustra effugia quærat? Inservit itaque hæc Particula ægre quid concedenti, et tamen aliquid opponere conanti.

VI. Latet etiam Particulæ potestas, quum interrogationi et indignationi servit, ut in Nub. Aristoph. v. 1381. dicenti: Οὐκ Εὐριπίδην ἐπαινεῖς σοφώτατον; respondetur: Σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον; *Non laudas Euripidem sapientissimum? Illum autem sapientissimum?* [G. *Was? der ein grosser Meister?*] Absurde latine dixeris: *Illum saltem sapientissimum?* Patebit Particulæ officium, si, sublata interrogatione, dicas: Ἐκεῖνόν γε σοφώτατον μὴ λέγῃς. Et ellipsis ita suppletur: Εἴ τινα ἄλλον, ἐκεῖνόν γε μὴ λέγῃς σοφώτατον. *Si quem alium, illum saltem sapientissimum ne vocaveris.* Simili ratione additur etiam admirationi, ut ap. Plat. in Phædr. pag. 267. lin. 16. [T. X. p. 364. ed. Bip.] ubi, Prodico mira sua inventa jactante, ait Phædrus: Σοφώτατά γε, ὦ Πρόδικε. q. d. Εἴ τινα ἄλλα, σοφώτατά γε ταῦτα.

VII. Convenit et ægre concedenti, ut apud Aristoph. in Plut. v. 1169. ubi Mercurio nimium quantum intrare cupienti, et operam suam intus pollicenti, tandem petitioni ægre cedens Cario respondet: Καὶ πλῦνέ γε Αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ τὰς κοιλίας. *Quid istud? sed ingressus ipse ad puteum omasum elue.* Ubi concedit quidem petitionem, sed urget magis eluenda viscera.

VIII. Ex nativa quoque potestate nascitur usus βεβαιωτικὸς, qui simili ratione ellipticus est: ita Socrates apud Plat. in Phædro pag. 257. lin. 28. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Γελοῖόν γ', ὦ νεανία, τὸ δόγμα λέγεις. Supple, ὅ, τι ἂν λέγοις, τοῦτό γε δόγμα γελοῖον λέγεις. Hic usus frequentissimus est in responsionibus affirmativis, καὶ ὀρθῶς γε, μάλα γε, μάλιστά γε, ὀρθότατά γε, πάνυ γε, εἰκός γε, ἀληθῆ γε, et similibus; q. d. εἴ τι ἄλλο ὁτιοῦν, ἀληθέστατόν γε τοῦτο. quibus nescio, quid certius affirmare possit.

IX. Insignis confirmandi potestas tum perspicitur, cum argumentum profertur, cui scimus ne ipsum quidem adversarium occursurum esse. Hoc modo argumentatur Epictetus Enchir. cap. 66. Improbat hæc ratiocinia: *Ego te ditior sum, ergo melior: Ego te eloquentior, ergo melior.* Et pro iisdem reponit: *Ego te ditior sum, ergo pecunia mea tuæ præstat: Ego te eloquentior sum, ergo mea dictio tuæ præstat.* Confirmatque hoc argumento: Σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις. *Tu vero utique neque pecunia es, neque dictio.* [G. *Du aber bist doch wohl weder*——] Plena sit oratio: Ἀλλὰ μὴν, ὅ, τι ἂν ἀντείποις, τοῦτό γ' ὁμολογήσεις, ὅτι οὐκ εἶ οὔτε κτῆσις, οὔτε λέξις. Confer. Plat. de Rep. lib. V. pag. 462. lin. 34. Atque ita τῷ δήπου ἰσοδυναμεῖν videtur, quod non tantum confirmat, sed et alteri

Digitized by Google

affirmationem extorquet. Quicquid id est, jungit hæc duo Xenophon Κυρ. παιδ. lib. II. cap. 2. §. 26. Οὔτε γὰρ ἅρμα ΔΗΠΟΥ ταχὺ γένοιτ' ἄν, βραδέων ἵππων ἐνόντων, οὐδὲ ΓΕ οἶκος δύναται εὖ οἰκεῖσθαι, πονηροῖς οἰκέταις χρώμενος. *Neque enim currus utique celer esse potest, cui tardi sunt juncti equi: neque utique domus recte administrari, in qua improbi sunt famuli.*

X. Sustinet etiam partes τοῦ γε δὴ, de quo mox, ubi, præmissa, tanquam leviora præ sequentibus, minus curans, in aliquo tanquam summo exultat ac triumphat oratio. Utitur Philocleon apud Aristoph. in Vesp. v. 603. qui, postquam commoda, quæ ex re judiciaria capiebat, enarraverat plurima, hunc tanquam colophonem addit et cumulum:

Ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶν πάντων, οὗ 'γὼ 'πιλελήσμην·
Ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων, κᾆτ' εἰσήκονθ' ἅμα πάντες
Ἀσπάζονται διὰ τἀργύριον.———

At id, quod horum omnium jucundissimum est, quodque fueram oblitus, hoc est: Quum domum redeo, argentum ferens, statim ingredientem me amplectuntur omnes etc.

XI. In negando περιγραφικὴν particulæ γε vim reperias, quoties negatio urgetur. Exemplum est apud Theocrit. Idyll. XXII. v. 74. Proposita ab Amyco certaminis præmia non probanti Polluci, et ejusmodi certamina avium vocanti, ita respondet Amycus:

Εἴτ' οὖν ὀρνίχεσσιν ἐοικότες, εἴτε λέουσι
Γενόμεθ'· οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ.

Sive avibus similes, sive leonibus simus, non moror: id quidem certum est, non alio posito præmio pugnabimus. Hoc modo redditur *ne quidem*, item *quantumvis.* Ita certe apud Aristoph. in Vesp. v. 912.

Οὐδὲν μετέδωκεν, οὐδὲ τῷ κοινῷ γ' ἐμοί.

Nec mihi quidem socio partem dedit. Nec quicquam participavit, ne mihi quidem quantumvis sodali. Integrum sit hujusmodi: Τὸ μὲν αὐτὸν οὐδενὶ ἄλλῳ οὐδὲν μεταδοῦναι ἐάσω· ἀλλ' οὐδέ γ' ἐμοὶ, καί περ κοινῷ ὄντι, οὐδὲν μετέδωκεν.

XII. Habet et vim ἐπιδοτικὴν, qua præcedentibus cumulus additur. Ea vis maxime patet in verbis τῶν διαλογουμένων, et, quibus illi utuntur, concedendi formulis, ut μάλιστά γε, πολύ γε et similibus: tuncque idem significat quod οὐ μόνον, ἀλλὰ καί. Ita apud Platonem lib. IV. de Rep. pag. 421. [T. VI. p. 330. ed. Bip.] roganti Socrati: Num figulus, qui opulentus evasit, ἀργὸς καὶ ἀμελὴς γενήσεται μᾶλλον αὐτὸς αὑτοῦ; *pigrior et negligentior fiet, quam*

Digitized by Google

antea fuit? respondet Adimantus: Πολύ γε. *Et multo quidem pigrior.* q. d. οὐ μόνον ἀργὸς μᾶλλον καὶ ἀμελὴς, ἀλλὰ καὶ πολὺ ἀργότερος καὶ ἀμελέστερος. Ubi γε plane ponitur pro καὶ ἐπιδοτικῷ, id quod et arguunt sequentia, in quibus καὶ πολὺ pro eodem ponitur: nam iterum roganti Socrati: Οὐκοῦν κακίων χυτρεὺς γίγνεται; *An igitur pejor fit figulus?* respondet: Καὶ τοῦτο πολύ. *Et quidem multo.* Nisi dicamus τὸ γε in his magis esse βεβαιωτικὸν quam ἐπιδοτικὸν ut modo §. 8. attigi. Ita apud Plat. in Phædr. pag. 263. lin. 5. [T. X. p. 357. ed. Bip.] roganti Socrati, num in principio sermonis amorem definivisset, respondet Phædrus: Νὴ Δία, ἀμηχάνως γε ὡς σφόδρα. *Per Jovem, et quidem ita, ut nulla arte elegantius fieri id queat.* Si quæras vim ἐπιδοτικὴν, oratio erit elliptica, hoc modo supplenda: Οὐ μόνον ὡρίσω τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ καὶ ἀμηχάνως γε. Alioquin vim βεβαιωτικὴν servat τὸ γε. *Per Jovem, ita profecto, ut nulla arte elegantius fieri queat.*

XIII. Ex primaria limitandi potestate nascitur usus, quo vicem explet τοῦ μάλιστα, ut quum rogat Chaldæos Cyrus apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 73. lin. 31. quæ maxime causa sit, cur pacem petant: Ἄλλου του, ἔφη, ὦ Χαλδαῖοι, ἢ τούτου γε ἕνεκα εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε, ὅτι νομίζετε ἀσφαλέστερον δύνασθαι ζῆν εἰρήνης γιγνομένης ἢ πολεμοῦντες; *Aliamne, inquit, o Chaldæi, ob causam, an vero ob hanc maxime pacem petitis, quia securius vos in pace quam in bello victuros esse putatis?* Reliquis scilicet omissis, id maxime urget, quæ potissimum causa moverit.

XIV. Particulam γε pro γοῦν accipi in probationibus a signo, statuit Devarius, ex loco Isocratis in Panegyr. p. 141. ubi loquitur de moribus Persarum. Καὶ τὰ μὲν ταπεινῶς, τὰ δὲ ὑπερηφάνως ζῶντες, τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες. *Et partim abjecte, partim superbe viventes, socios despectui habentes, hostes obsequiis prosequentes.* Cujus rei signum: Τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας διέθρεψαν, τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας, ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν. *Nam octo menses aluerunt exercitum Agesilai, et eos, qui pro ipsis belli periculis erant defuncti, alterius tanti temporis mercede fraudaverunt.* Non refragor, dummodo τοῦ γε in γοῦν potestas limitativa servetur. Generalius dixerat, Persas suos contemnere, et hostes demereri, id quod limitat Agesilai exemplo: q. d. *suos contemnunt, hostes honorant. Hoc certe patuit in Agesilao etc.*

XV. Jam ut de usu παραπληρωματικοῦ aliquid dicam, non diffiteor, cum adeo frequens hæc Particula fuerit Græcis, maxime antiquissimis, in ore, plurima fortasse objici posse loca, in quibus plana et manifesta non sit ipsius potestas; non ideo tamen, quando non omnia simul omnes penetramus, illico ad pleonasmum confugiendum putavero, ad quem admodum prona est grammaticorum cohors.

XVI. Inprimis vacare τὸ γε post ὅς, asserit H. Stephanus verba

Digitized by Google

afferens Amphinomi apud Hom. Odyss. Υ. v. 245. Dissuadens procis cædem Telemachi ait:

Ὦ φίλοι, οὐχ ἡμῖν συνθεύσεται ἥδε γε βουλή.

Sed observata solita ellipsi, de qua supra abunde, sensus erit: Ὦ φίλοι, εἰ ἄλλο ὁτιοῦν ἡμῖν συνθεύσεται, ἥδε γε βουλὴ οὐ συνθεύσεται. *O amici, si quid aliud nobis succedat, hoc saltem consilium interimendi Telemachum optatum eventum non sortietur.* Atque ita τὸ γε facit ad sensum βεβαιωτικόν. De πάνυ γε, in quo γε etiam abundare idem ait, supra satis dixi.

Neque etiam vacare omnino dixerim post pronomen ἐγὼ et ἐμοί. Cohæret illis non temere. Non aliam notat Scholiastes Aristophanis, cui suffragatur Gerardus, ad Plut. v. 147. inter ἔγωγε et ἐγὼ differentiam, nisi quod illud sit Atticum, et in principiis collocari amet; hoc commune, et in principio juxta et medio ponatur. At in hoc Aristophanis loco, sicubi alias, maxime adstruit τὸ γε. Dixerat Chremylus, pecuniis obedire omnia. Hoc dictum Cario servus suo exemplo astruens respondet:

Ἔγωγέ τοι διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγένημαι.

Plene: Εἴ τις ἄλλος, ἔγωγέ τοι τοῦτο μαθήσας ἔχω, διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγενημένος. i. e. *Si quis alius, at ego hoc maxime expertus sum, tibi parvo ære venditus.* Limitat ergo personam: *Quantum quidem ad me attinet.* Ita apud Hom. Il. Ι. v. 513.

Οὐκ ἂν ἔγωγέ σε μῆνιν ἀποῤῥίψαντα κελοίμην
Ἀργείοισιν ἀμυνέμεναι.——

Quantum quidem ad me attinet, non te hortarer, ut, ira deposita, Argivis opem ferres. Sic illa apud Plat. Ἔγωγε, [G. *ich wenigstens*] et οἶμαι ἔγωγε, [G. *Ich denke wenigstens*] in responsionibus affirmativis restringunt personas loquentes, nulla ratione habita eorum, qui aliter sentiunt. Exempla infinita sunt. Sic ἔμοιγε habes apud Aristoph. in Acharn. v. 769. Roganti: Ἦ οὐ χοῖρός ἐσθ' ἅδε; *An non hæc porca est?* respondetur: Οὐκ ἔμοιγε φαίνεται. *Quantum quidem ego video, non est.* Ita Lysias contra Agorat. pag. 227. Ἐκ παντὸς δὲ τρόπου ἔμοιγε δοκεῖ οὐχ ἑνὸς θανάτου ἄξιος εἶναι. *Quantum mihi quidem videtur, omni ratione non simplici morte dignus est.* Plat. in Phædr. pag. 230. lin. 31. [T. X. p. 287. ed. Bip.] Οὔτ' ἔξω τείχους ἔμοιγε δοκεῖς τοπαράπαν ἐξιέναι. i. e. ὅ, τι ἂν ἄλλος εἴποι, ἔμοιγε δοκεῖς. *Mihi quidem videris omnino extra mœnia non fuisse egressus.* Et pag. 266. lin. 29. [ed. Bip. ib. p. 363.] Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ εἶδος ὀρθῶς ἔμοιγε δοκεῖς καλεῖν, διαλεκτικὸν καλῶν. *At, quod ad me attinet, recte mihi videris hanc speciem dialecticam appellare.* Adde Lucian. dial. Mort. pag. 443. Πλὴν ἔμοιγε οὐ τὴν τυχοῦσαν τερπωλὴν παρέσχον τότε στένοντες. *Quod ad me quidem attinet, non vulgarem mihi præbuerunt delectationem tunc gementes.* Differant ita-

Digitized by Google

que ἐμοὶ δοκεῖ et ἔμοιγε δοκεῖ, quod illud significet simpliciter mihi aliquid videri; hoc limitando magis, maxime mihi videri, quicquid alii aliter sentiunt.

II.

De Particulis ΓΕ ΔΗ *et* ΓΕ ΔΗ ΠΟΥ.

I. Γε δὴ particulæ adhibentur, ubi limitatio est stabilienda. Nempe τὸ δὴ idem præstat et tribuit τῷ γε, quod tribuit τῷ γάρ; de quo cap. superiori: nempe, ut illic rationem, quam infert γάρ, ita hic limitationem, quam adfert γε, vi sua βεβαιωτικῇ confirmat et stabilit. Ita apud Plat. in Phædr. pag. 268. init. [T. X. p. 266. ed. Bip.] roganti Socrati, quam vim habeat ars oratoria, respondet Phædrus, *Maximam*, additque, ἐν ΓΕ ΔΗ πλήθους συνόδοις. *Et imprimis quidem in populi conventu.* Limitatam per particulam γε multitudinem confirmat τὸ δή. Quod si hic δὴ absit, τὸ γε quidem, remissis aliis occasionibus locisque, multitudinis conventum urgeret, apud quam valeat hæc ars; sed additum δὴ hoc adjungit, artem oratoriam hic præ cæteris aliis imprimis pollere. Et apud Thucyd. lib. IV. cap. 78. Τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διιέναι ἄνευ ἀγωγοῦ, καὶ μετὰ ὅπλων γε δή. *Thessaliam et semper difficile est sine duce peragrare, et præcipue quidem armato exercitu.* Latini quoque cum Græcis hic conspirantes eodem modo suis particulis *quidem certe* utuntur, et præcipue Cicero cum multis aliis in locis, tum in orat. pro Archia cap. ult. *Hæc vero sive a meo sensu post mortem abfutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.*

II. Quia hoc modo confirmatur limitatio, hinc opportunum est τὸ γε δὴ responsionibus affirmativis. Ita apud Plat. in Phædr. pag. 242. lin. 39. [T. X. p. 312. ed. Bip.] roganti Socrati Phædrum, *Num Amorem Veneris filium et Deum haberet;* limitando Phædrus respondet: Λέγεταί γε δή. [G. *Wenigstens sagt mans, das ist gewiss.*] Ita perhibere homines affirmat particula δή. Limitatio manifesta est ex ellipsi: Ὅ, τι ἂν εἴη περὶ αὐτοῦ τὸ δοκοῦν ἐμοὶ, τοῦτό γε σαφὲς, ὅτι λέγεται. *Ita aiunt saltem; id quidem verum est.* Et ibid. pag. 277. lin. 19. Socrates ait: Τὸ μὲν ἔν τεχνὸν καὶ μὴ, δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι μετρίως. *Id, quod artis est, et quod secus, videtur mihi utcunque explanatum esse.* Ad quod Phædrus: Ἔδοξέ γε δή. *Videtur quidem certe.* [G. *Ja, wie mich wenigstens dünkt, gewiss.*]

III. Atque ita patet, utramque particulam servare suam potestatem integram, alteram confirmativam, alteram limitativam. At limitationis is usus, quo præcedentia prætereat, ut sequentia magis urgeat, qui quidem præcipuus est, servari nequit, ubi γε δὴ subjun-

Q

Digitized by Google

gitur exceptivo πλὴν, ut fiat πλήν γε δή. Quoties hoc contingit, inhærendum est potestati περιγραφικῇ, qua quidem superiora non remittuntur, sed sequentia tamen urgentur, ut supra monitum est sect. 1. §. 2. Redditur tum *tantum, dumtaxat*, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 853.

—— Πάντα γὰρ πάρεστι νῷν,
Ὅσων δεόμεσθα, πλήν γε δὴ τῆς κλεψύδρας.

Nam adsunt nobis omnia, quibus opus est, excepta dumtaxat clepsydra. Ita Epictet. Enchir. cap. 73. ubi agit de Chrysippi explanatione: Ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλήν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. *Sin ipsam enarrandi rationem fuero admiratus, quid aliud, nisi grammaticus evasero, cum debuissem philosophus? Id unice interest, pro Homero me Chrysippum enarrare.*

Latet, sed non extinguitur vis particularum, quum voculæ interrogativæ subjiciuntur; ut apud Plutarch. de Anim. procreat. pag. 1016. init. Οὐδὲ γὰρ σοφιστῇ κραιπαλῶντι, πόθεν γε δὴ Πλάτωνι, τοιαύτην ἄν τις ἀναθείη, περὶ οὓς ἂν ἐσπουδάκει μάλιστα τῶν λόγων, ταραχὴν καὶ ἀνωμαλίαν. Hic πόθεν γε δὴ ob inusitatam Latinis structuram inepte reddas, *unde certe quidem?* Certum est interim, τὸ γε vel maxime περιγράφειν sive limitare, et τὸ δὴ illam limitationem stabilire: quæ utraque potestas sponte se dabit, ubi interrogationem ad negationem revocaveris, ut sit πόθεν γε δὴ positum pro μήτι γε δή. Sic sensus erit: *Hanc conturbationem et verborum discrepantiam non sophistæ, ex crapula deliranti, adscripserit quispiam, profecto non Platoni quidem*, sive, *nedum Platoni, et maxime in ea dissertatione, quam summo studio elaboravit.* Γε enim sive interrogativo, sive negativo junctum, maxime negat in Platone, etiamsi quis concedit in Sophista ebrio, stabiliente pro sua vi hanc enunciationem particula δή.

IV. His additur nonnunquam πω, illud στοχαστικὸν aut μειωτικὸν, cujus hic sit usus, ut arrogantiorem limitationis confirmatæ confidentiam tollat ὑποκοριστικῶς, præstatque idem quod si dicerent, *dummodo recte judicem*, vel *si fortasse recte dico.* Ita intelligo Platonem in Phædone pag. 94. lin. 4. Οὐδέ γε δή πω ψυχὴ, οὖσα παντελῶς ψυχὴ, κακίας. Supple ex præcedentibus οὔποτ' ἂν μετάσχοι. Animam ait, quatenus omnino per se spectatur, nequitiæ esse expertem. Bonum hunc habitum, omissis cæteris, ad unam animam restringit τὸ γε, confirmat τὸ δὴ, et πω assensum elicit. Sic idem in Euthyphr. pag. 8. Ἐκεῖνό γε δή πω οὐδεὶς οὔτε θεῶν, οὔτε ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν. *Illud saltem quisquam profecto, neque deorum, neque hominum audeat dicere, opinor.*

2

Digitized by Google

ΓΕ ΜΕΝΤΟΙ.

I. Jungitur τῷ γε limitativo nonnunquam μέντοι in sensu fere adversativo, ut totum fiat γε μέντοι. Manifesta utriusque vis apparet apud Aristoph. in Ran. v. 61.

— Οὐκ ἔχω φράσαι,
Ὅμως γε μέντοι σοι δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.

Nescio hoc dicere, sed tamen tibi per ænigmata certe dicam. Nam τὸ γε restringit τὸ ἐρῶ. q. d. *Si non aperte, saltem per ænigmata dicam.* Et μέντοι opponit οὐκ ἔχω φράσαι et ἐρῶ. [G. ὅμως γε μέντοι, *inzwischen wenigstens doch, unterdessen wenigstens doch.*]

II. At utraque Particula elliptice occurrit adhibita Vesp. v. 1150. Κατάθου γε μέντοι καὶ κρεάγραν. Philocleon nempe a filio diu exagitatus, id unice sibi gratiæ ut apponatur, petit, *ut harpago quoque sibi apponatur.* Et μέντοι opponit hoc tanquam beneficium superioribus vexationibus, quæ reticentur. Et γε, quo limitet τὸ καταθέσθαι κρεάγραν, intellectum vult: Εἰ μὴ ἄλλό τί μοι χαρίζεσθαι βούλει. ut plena sit oratio: *Quod si nihil aliud mihi gratum facere velis; hoc tamen vexationibus tuis mihi beneficium oppone, ut saltem* etc.

Invenitur et μέντοι interruptum alia vocula apud Hom. Il. Ε. v. 516. ubi redit ad suos Æneas incolumis ex gravi vulnere:

Αἰνείας δ' ἑτάροισι μεθίστατο· τοὶ δ' ἐχάρησαν,
Ὡς εἶδον ζωόν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα,
Καὶ μένος ἐσθλὸν ἔχοντα· μετάλλησάν γε μὲν οὔτι.

Ponitur inter μὲν et τοὶ δ'· opponiturque οὐ μέντοι μετάλλησαν præcedenti, τοὶ δ' ἐχάρησαν· *Gavisi sunt, non tamen perscrutabantur.* Fuisset enim hæc percunctatio rationi consentanea. Quis enim socium vel amicum, gravi periculo, imo præsenti morte liberatum, non diligenter interrogaret, quomodo salvus adveniret? Id tamen, aït poëta, ab illis non factum: rationem dabit consultus Eustathius ad h. l. pag. 578. lin. 5. et confer eundem pag. 550. lin. 28. Sed quid illud γε? Limitat τὸ οὐ μετάλλησαν elliptice, adsciscendo sibi extrinsecus aut hoc, aut huic simile: Εἴ τί που προσηγόρευσαν, οὐ μέντοι γε μετάλλησαν. *Si forte compellarent, non tamen curiose admodum perscrutabantur.* Cæterum quomodo μέντοι usum adversativum adsciscat, postea dicetur cap. XXVI. sect. 3. §. 9.

ΓΕ ΜΗΝ.

I. Particulæ γε μὴν etsi sæpe verti possunt *tamen*, non tamen negligendum est, particulam γε vim limitandi, et particulam μὴν

Digitized by Google

vim adversativam in hac compositione obtinere, unde pressius sæpe latine redditur: *at certe*. Ita Epict. Enchir. cap. 4. Ἐὰν καὶ ταῦτα θέλῃς (scil. τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμενα), καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, πάντως ΓΕ ΜΗΝ ἐκείνων ἀποτεύξῃ. *Quod si volueris, quæ philosophia præstat, et imperare simul et dives esse, fortasse ne his quidem potieris, et, si vel maxime potieris, tamen illis certe excides.* ubi particula γε posteriora limitat, q. d. Εἰ καὶ μάλιστα τούτων τεύξῃ, ἐκείνων γε γὴν ἀποτεύξῃ. Similiter Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 267. Protagoræ industriam in adornanda dicendi arte laudanti respondet: Ὀρθοέπειά γέ τις, ὦ παῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά. τῶν γε μὴν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος. *Commodorum verborum, o puer, delectus, aliaque multa et pulcra hæc sunt: at in orationibus ad commiserationem compositis, quibus a senectute vel egestate commovendi animi sunt, Chalcedonii rhetoris dicendi vis mihi quidem videtur primas partes tenere.* Protagoræ inventis opponit τὸ μὴν Chalcedonii rhetoris οἰκτρολογίαν, quam τὸ γε limitat, elliptice, suppressis, εἰ μὴ τοῖς πλείοσιν, ἀλλὰ τῇ γε τῶν οἰκτρογόων λόγων τέχνῃ ὁ Χαλκηδόνιος κρατεῖ. *Si non aliis pluribus, at certe animorum commovendorum arte præstat.*

[Exempla sunt, ubi γε μὴν bene redditur *at vero, attamen*, (G. *aber doch, aber gleichwohl*,) v. c. apud Ælian. V. H. I. 14. Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύκνον καλλίπαιδα εἶναι καὶ πολύπαιδα, ἔχειν γε μὴν καὶ θυμόν. *Narrat Aristoteles cygnum pulcros et multos liberos parere, at vero eundem etiam iræ obnoxium esse.* Ubi γε limitat laudem εὐτεκνίας, et μὴν adversativum significat aliquid huic laudi opponi. Similiter idem in sequentibus: Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. *Idem autem ait pugnare etiam olores cum aquilis, veruntamen ita ut injuriam propulsent, non ut ultro inferant.*]

II. Est et ubi præfixa particula γε eam vim περιγραφικὴν exercet, quam supra per *dumtaxat* explicui; ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 465. [T. VII. p. 36. ed. Bip.] Ibi, expositis maximis suæ reip. utilitatibus, ad minora commoda ex ea nata transit hoc modo: Τά γε μὴν σμικρότατα τῶν κακῶν δι' ἀπρέπειαν ὀκνῶ καὶ λέγειν, ὧν ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν. *Tamen minutissima dumtaxat mala, a quibus cives liberi futuri sunt, quia minus decorum est, dicere supersedeo.* [G. *Nun aber insbesondere.*]

III. Sæpe μὴν in γε μὴν vicem supplet τοῦ δὲ post μὲν, servante γε suam limitandi potestatem, ut apud eund. lib. IV. de Legg. pag. 705. init. [T. VIII. p. 163. ed. Bip.] Πρόσοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ τὸ μὲν παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ, μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα. *Nam mare regioni proximum viciniam quidem quotidie reddit amœnam, sed revera salsuginosam certe et amaram, ut alia taceam incommoda.* Hæc postrema versioni addo, quia tale quid intelligi vult particula γε, ne sit otiosa. Ita alia quædam tacentur incommoda, ut salsuginem et amaritudinem magis urgeat τὸ γε.

Digitized by Google

Videtur itaque adhiberi, ubi nonnulla omittuntur, ut ad id, quod res est, sive rei exitum festinemus, quem vi sua βεβαιωτικῇ stabilit τὸ μέν. Vide, an tale sit illud Xenophontis sub finem lib. III. Cyrop. Οἱ μὲν δὴ Πέρσαι οὕτως ἔχοντες ὁρμῇ ἐφέροντο· οἱ γε μὴν πολέμιοι οὐκέτι ἐδύναντο μένειν, ἀλλὰ στραφέντες ἔφευγον εἰς τὸ ἔρυμα. *Et Persæ quidem his animis ferebantur impetu: at hostes vero non amplius manere poterant, sed conversi ad munimenta fugerunt.*

ΓΟΥΝ.

I. Particulam γοῦν ex γε et οὖν constare, consentiunt grammatici: et certe nonnunquam, quamvis rarius, γ' οὖν disjunctim invenitur, ut apud Xenoph. Memor. I. pag. 731. lin. 10. et lib. III. pag. 782. lin. 5. aut interjecta vocula disjunguntur, ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 469. [T. VII. p. 44. ed. Bip.] Μᾶλλον Γ' ἂν ΟΥΝ οὕτω πρὸς τοὺς βαρβάρους τρέποιντο. Ex superioribus plana est τοῦ γε potestas limitandi, restringendi, circumscribendi, dum τὸ οὖν format conclusionem. Ex limitatione igitur concludit οὖν. Tale est illud Bdelycleonis apud Aristoph. in Vesp. v. 390.

Ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως· σὺ γάρ, οἷσπερ ἐγώ, κεχάρησαι
Τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων αἰεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς·
Ὤικησας γοῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ', ἵνα ταῦτ' ἀκροῷο.

O Lyce domine, vicine heros: tu enim, quibus ego, lacrymis et lamentis gaudes reorum; quare consulto hanc quidem tibi sedem elegisti, ut hæc audias. Lycum, ait, fletibus reorum gaudere: unde colligit, eum de industria locum sibi elegisse in foro judiciali, ut reorum lamentationes propior audiret. Habes τοῦ οὖν officium concludendi. Liquet etiam τοῦ γε limitandi potestas μειωτικῶς, q. d. *Quicquid id est, hoc certe constat, sedem te habere prope forum, unde facile quis colligat, te fletus damnatorum libenter audire.*

II. Sit itaque τοῦ γοῦν usus, ubi desunt firmiores rationes, ex probabili aut utcunque verosimili argumentari. Τὸ γοῦν tamen hic pro γὰρ poni, ait Devarius. Referre huc liceat locum Platonis in Phædr. pag. 236. init. [T. X. p. 297. ed. Bip.] Τί οἴει λέγοντα, ὡς χρὴ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, παρέντα τοῦ μὲν τὸ φρόνιμον ἐγκωμιάζειν, τοῦ δὲ τὸ ἄφρον ψέγειν, ἀναγκαῖα γοῦν ὄντα, εἶτ' ἄλλ' ἄττα ἕξειν λέγειν; *Quid tibi videtur? si quis dicat non amanti gratificandum potius esse quam amanti, et interim neglexerit illius prudentiam commendare, hujus stultitiam vituperare, quæ quidem necessaria sunt; nonne hinc colligeres, eum, quæ dicat, deinde non habiturum?* Ita institui versionem, ut citra explicationem utriusque particulæ, ex quibus γοῦν constat, officium pateat.

Digitized by Google

III. Ratio latentis τῦ γε limitandi potestatis videri possit Latinorum consuetudo, qui particulas *saltem igitur* hoc modo conjungere non solent. Posse tamen nonnunquam ita reddi, manifestum sit ex Luciano Adv. Indoct. Tom. III. pag. 103. Καί μοι, εἰ δοκεῖ, ἀπόκριναι· μᾶλλον δὲ, ἐπεὶ τῦτό σοι ἀδύνατον, ἐπίνευσον γῦν ἢ ἀνάνευσον πρὸς τὰ ἐρωτώμενα. *Et mihi, si videtur, responde: vel potius, cum id non possis, igitur annue saltem, vel renue ad ea, quæ interrogo.* Adde Heliod. Æthiop. lib. VI. cap. 13. Ἢ, εἴπερ καὶ ἀποτυγχάνειν συμβαίνοι, πολέμυ γῦν ἔργον μαχομένυς γενέσθαι. *Vel, si spem fortuna eluserit, bello certe pugnantes occubituros igitur.*

IV. Hoc modo elliptice adhibet Lucian. adv. Indoct. pag. 120. Δέον ἔτι νῦν σωφρονήσαντα ἀποδόσθαι μέν τινι τῶν πεπαιδευμένων τὰ βιβλία ταῦτα, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν νεόκτιστον ταύτην οἰκίαν· ἀποδῦναι δὲ τοῖς ἀνδραποδοκαπήλοις μέρος γῦν ἀπὸ πολλῶν τῶν ὀφειλομένων. *Cum deberes, etiam nunc ad sanam mentem revocatus, vel dare eruditorum alicui hæc volumina, et cum his domum recens structam: vel* (si id non vis) *mangonibus ergo reddere partem certe eorum, quæ illis debentur.*

V. Atque hæc sufficiant ostendendo, qua ratione utraque Particula in compositione suam genuinam vim exerceat. Ad usum quod attinet, adhibetur γῦν in probationibus, et principio quidem a signo. Huc referri potest illud Aristophanis modo ex Vesp. v. 390. allatum: Amat, inquit, Lycus fletus reorum, cujus rei hoc signum est, quod sedem sibi elegit prope forum, ut propior audiat. Et ibid. v. 262.

Κὐκ ἔσθ' ὅπως ὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον
Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι.

Procul dubio ingentem aquarum copiam per quatriduum necessario Jupiter demittet. Cujus præsagii hoc signum infert:

Ἔπεισι γῦν τοῖσιν λύχνοις ὐτοιὶ μύκητες,

Hinc isti fungi lucernas obsident.

VI. Quod si signum, unde quid probatur, facto constat, dicitur τὸ γῦν ab exemplo probare. Ita Antipho apud Xenoph. Memorab. lib. 1. cap. 6. Ὦ Σώκρατες, ἐγώ τοί σε μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δ' ὐδὲ ὁπωστιῦν· δοκεῖς δέ μοι καὶ αὐτὸς τῦτο γιγνώσκειν. *O Socrates, ego sane, licet te justum existimem, minime tamen sapientem voco: et ipse mihi hoc non ignorare videris.* Argumentum sumit a facto Socratis; nam pergit: ὐδένα γ' ὖν τῆς συνυσίας ἀργύριον πράττῃ. *Saltem hinc illud esse credo, quod a nemine eorum, qui tua, discendi gratia, consuetudine utuntur, mercedem exigis.* Hyæna fœmina, inquit Aristoteles lib. VI. de Hist. Animal. cap. 32. raro capitur, probatque ab exemplo: Ἐν ἕνδεκα γῦν κυνηγός τις μίαν ἔφη λαβεῖν. *Inter undecim igitur venator quidam ait se unam tantum capere.*

Digitized by Google

VII. In responsionibus affirmativis triplici ratione adhibetur, servatque τὸ γε vim limitandi, et οὖν concludendi. Et primo quidem quandoque additur signum, ex quo novissime dicta concluduntur. Ita apud Plat. lib. v. de Rep. pag. 461. init. [T. VII. p. 26. ed. Bip.] ab altero statuta illa ætate, quæ viro et fœminæ propagandæ proli maxime sit apta, subdit alter: Ἀμφοτέρων γοῦν αὕτη ἀκμὴ σώματός τε καὶ φρονήσεως. Aptam ætatem probat ex addita ratione, quia *hic in utroque vigor est et corporis et prudentiæ.*

VIII. Secundo signum, unde quid colligitur, præcedit, ut apud eund. in Politico pag. 295. lin. 16. [T. VI. p. 84. ed. Bip.] Ἐκ τῶν νῦν γοῦν εἰρημένων. Supplendo ex præcedentibus vertas: *Leges generatim esse figendas, ex iis certe, quæ dicta sunt, colligere facile quis possit.*

IX. Denique nonnunquam ea, ex quibus quid concluditur, extrinsecus petenda sunt: fuitque hic usus Græcis summis in deliciis, quippe qui brevitati summo opere litant, cujus sunt studiosissimi: præcidit enim respondens magnam argumentorum turbam, quam, qui quid statuerit, necessario proferre debuisset. Ut cum aiunt, εἰκός γ' οὖν, δίκαιόν γ' οὖν. Sic ap. Xenoph. Memor. lib. III. c. 10. ubi interroganti, utrum τὸ τὰ πάθη τῶν ποιούντων τὶ σωμάτων ἀπομιμεῖσθαι οὐ ποιεῖ τινα τέρψιν τοῖς θεωμένοις; *imitatio corporum aliquid agentium delectationem aliquam spectantibus afferat?* respondet alter: Εἰκός γ' οὖν. Impedit particula γ' οὖν, quominus alter coactus artis imitatricis omnes delicias exponere, sermonem longius extendat; significatque, se et rem, et rei rationem satis perspicere. Q. d. Magna rerum turbà hic afferri posset, unde consentaneum certe sit, spectatores hac arte imprimis delectari. Et hæc est ratio, cur satis recte generatim statuatur, particulam γοῦν servire responsionibus affirmativis, quarum insignis est numerus apud eos, qui colloquia scripserunt.

ΓΕ ΠΟΥ.

I. Præfigitur ΓΕ et particulæ ΠΟΥ στοχαστικῇ, ita ut neutra de sua genuina potestate quidquam remittat, limitante γε, et πυ assensionem eliciente. Plat. de Rep. lib. X. pag. 607. [T. VII. p. 109. ed. Bip.] postquam interrogaverat; Nonne æquum est, in medium prodire poëtas causam defensuros vel oda aliqua, vel alio metro; mox illud limitat: Δοῖμεν δέ γέ πυ ἂν καὶ τοῖς προστάταις αὐτῆς, ὅσοι μὴ ποιητικοὶ, φιλοποιηταὶ δὲ, ἄνευ μέτρυ λόγον ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν. Concedit defensionis æquitatem, sed limitat modum, quo scilicet poëtis integrum quidem sit se defendere, sed non carmine, eliciente πυ alterius, cui hæc dicit, assensum, quasi addidisset, *Non tibi ita videtur?* Et hinc fortasse Budæus, hunc locum afferens pag. 486. ait, particulam πυ convenire interrogationi, cum interrogatio optanti modo sive concedenti non satis quadret. Bœoto apud Aristoph.

Digitized by Google

in Acharn. v. 895. pretium pro anguilla poscenti, respondet Dicæopolis:

Ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ πυ δώσεις ἐμοί.

Portorium ipsi ex more debebatur; pro hoc postulat Dicæopolis, ut saltem sibi detur anguilla, quam inter merces venalem habebat alter. Limitat τὸ γε conditionem, cujus æquitatem ut alter agnoscat, vult τὸ πυ. Utimur γέ πυ, quoties limitationem ex alterius arbitrio ut judicio suspendimus. Consulatur idem in Vesp. v. 27.

Δεινόν γέ πυ 'στ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.

Grave est utique, cum arma vir projicit. Plat. lib. v. de. Rep. pag. 478. lin. 4. [T. VII. p. 62. ed. Bip.] Ἐπιστήμη μὲν γέ πυ ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὂν γνῶναι ὡς ἔχει; Sic in negando περιγράφοντι τῷ γε additur πυ assensum emendicans apud Plat. lib. IV. de legg. pag. 712. lin 24. [T. IV. p. 177. ed. Bip.] Οὐ γὰρ δὴ τυραννίδα γέ πυ λέγοις ἄν. *Nam profecto tyrannidem duntaxat non intendere velis.*

II. Ex usu βεβαιωτικῷ τῦ γε, supra notato, liquet, non semper cautelam in loquendo hanc intendi, qua nostram opinionem ex alterius arbitrio suspendimus; sed alium quoque usum dari, quo, quantumlibet civiliter rem alterius judicio permittere videmur, ea interim proponimus, quæ scimus alterum facile concessurum; atque ita convenit confidenti. Sic Plat. lib. v. de Rep. pag. 460. lin. 10. [T. VII. p. 25. ed. Bip.] Καὶ τοῖς ἀγαθοῖς γέ πυ τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί πυ γέρα δοτέον. *Bonis utique adolescentibus sive in bello, sive aliis in casibus præmia tribuenda* etc. quibus mox respondetur: Ὀρθῶς. Et pag. 467. lin. 32. [ed. Bip. VII. 40.] Καὶ ἄρχοντας γέ πυ (ἦν δ' ἐγὼ) ὐ τὺς φαυλοτάτυς αὐτοῖς ἐπιστήσυσιν, ἀλλὰ τὺς ἐμπειρίᾳ καὶ ἡλικίᾳ ἱκανὺς ἡγεμόνας τε καὶ παιδαγωγὺς εἶναι. *Et præficient illis, inquam, non utique levissimos quosque, sed quos usus et ætas idoneos reddidit duces et pædagogos.* Quis enim negabit, pueris præficiendos esse idoneos pædagogos? Quare sequitur: πρέπει γάρ.

ΓΕ ΤΟΙ, ΓΕ ΤΟΙ ΔΗ *et* ΓΕ ΤΟΙ ΠΟΥ.

I. Particula τοὶ Particulæ γε addita, plane ut τὸ δὴ, de quo supra, limitationem confirmat apud Aristoph. in Vesp. v. 928.

Κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός· ὐ καὶ σοὶ δοκεῖ,
Ὦ 'λεκτρυών; νὴ τὸν Δί', ἐπιμύει γέ τοι.

Homo plane furax: nonne et tibi videtur, o galle? Per Jovem, profecto annuit certe. Atque ita τὸ τοὶ confirmat probationem a signo, si quidem τὸ γε nonnunquam ἀντὶ τῦ γῦν adhibetur ex Devarii sententia; ut mens sit: *Quicquid illud est, gallus certe annuit,*

Digitized by Google

unde concludo, revera hominem esse furacem. [Hermannus V. C. ad Viger. de idiotism. p. 789. hoc interesse censet inter γε δὴ, et γέ τοι, quod δὴ sententiam per γε restrictam simpliciter confirmet, τοι autem eam sententiam indicet oppositam esse præcedentibus quodammodo; ut in hoc loco ἐπιμύει γέ τοι significet: *etsi non respondet, certe tamen annuit.*] Sic ibid. v. 1141.

——Ἀλλὰ τοῦτο τοῖσι βαρβάροις
Ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις.——

Sed barbari texunt gravibus impensis. De veste sermo. Sequitur signum:

—— Αὕτη γέ τοι
Ἐρίων τάλαντον καταπέπωκε ῥαδίως.

Saltem hæc in lanam talentum profecto absorpsit.

II. Nec hinc longe abit Scholiastæ Aristophanis sententia, qui γέ τοι pro γὰρ positum dicit in illo, quod est in Pluto v. 424. ubi Chremylus Paupertatem conspiciens ait: *Quæ tu es? nam pallida mihi videris.* Respondet Blepsiades: *Erinnys fortasse,* additque:

Βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.

Ubi Schol. Τὸ ΓΕ ΤΟΙ ἢ ἀντὶ τοῦ δὲ, ἢ ἀντὶ τοῦ γὰρ, ὃ καὶ κρεῖττον· εὕρηται δὲ καὶ ἐν πολλοῖς τῶν λογοποιῶν, ὡς ἐξετάζων εὑρήσεις. Differt tamen a γὰρ, quod hoc rem ratione firmiter astruit; at τὸ γέ τοι ad summum verisimilem facit: nam, quia in vultu furiale quid et tragicum præferebat, hinc non sequitur, illam fuisse Erinnyn. Dixerat etiam dubitans: ἴσως Ἐρινύς. Nunc τὸ γε limitat, et τοὶ eam limitationem confirmat. Q. d. *Quicquid illud est, hoc manifesto saltem verum est, in vultu aliquid inesse furiale et tragicum.* Hæc plana sunt, quare nescio, quid Budæum pag. 475. impulerit, ut γέ τοι expletivam particulam esse, hoc Aristophanis loco probare conatus fuerit.

III. In sententiis aut responsionibus affirmativis est, ubi τῷ γέ τοι additur δὴ, quo vis confirmativa geminetur, ut cum Phædrus id, quod paulo ante negaverat, nunc convictus vi veritatis, quasi admirans exclamat: Ἔστι γέ τοι δὴ τελευτὴ, περὶ οὗ τὸν λόγον ποιεῖται. *Sane quidem est finis, de quo ille loquitur.* Q. d. *Ita me dii ament, sic est profecto.* Quo nescio an quid firmius affirmari possit. Locus est in Phædro Platonis, pag. 264. lin. 10. [T. X. p. 358. ed. Bip.]

IV. Contra ubi affirmatio dicenti immoderatior videtur, additur ejus vim imminuens που, ut apud eundem de Legg. lib. X. pag. 888. [T. IX. p. 74. ed. Bip.] Εἰκὸς γέ τοι που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς

Digitized by Google

λέγειν. Reddit Vigerus hunc locum afferens: *Probabile sane fuerit.* Rectius, quam: *probabile sane est;* est enim γέ τοι πυ perinde ac γέ τοι ἂν εἴη.

ΔΕ.

I. De Particulis μὲν et δὲ inter se relatis postea agam, ubi ad Particulam μὲν pervenero. Nunc δὲ Particula seorsim perpendenda venit, quantum id fieri poterit; nam tam arctum mutuæ necessitudinis vinculum utramque constringit, ut Particula δὲ alteram semper vel præmissam habeat, vel intelligendam: tametsi τὸ μὲν, quoties limitat, solitarium nonnunquam invenitur, ut suo loco patebit.

II. Ad ordinem quod attinet, particula δὲ est postpositiva seu σύνδεσμος ὑποτακτικὸς, sequiturque in orationum membris primam vocem, nonnunquam secundam, et maxime quando membrum inchoat Particula ὀ vel μὴ, fortasse ut a compositis ὐδὲ et μηδὲ clarius distinguatur: ut in priori ad Corinth. cap. X. comm. 20. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Vel ubi orationem inchoat Articulus præpositivus; ut apud Plat. in Phædr. pag. 257. lin. 20. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Τὸν λόγον δέ σου πάλαι θαυμάσας ἔχω. *Tuum vero sermonem dudum admiratus sum.* Sed et invenitur tertio a principio loco, ubi hac distinctione non opus est, ut in ep. ad Galat. cap. III. comm. 23. Πρὸ τῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρυρύμεθα. Quin etiam quartum sortitur locum, quando post ὐ sequitur præpositio cum suo casu, ut in Enchir. Epict. cap. I. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα etc.

III. Sed dixi, ubi τὸ δὲ solitarium invenitur, intelligendum esse τὸ μὲν, quod probandum est. Vix quicquam in auctoribus evolvendis occurrit frequentius. Ita statim in principio Iliados:

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,
Πολλὰς δ' ἰφθίμυς ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων.——

Ubi post μυρία supprimitur μὲν, cui respondeat πολλὰς δέ. In tali structura sæpe latine vertitur, *et*, aut *que*, et infinitis locis sic ponitur, præsertim apud Homerum. Insolentior omissio est in illo Platonis in Phileb. pag. 36. lin. 42. [T. IV. p. 261. ed. Bip.] Ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς ὐκ εἰσιν ἡδοναί; Pro, Τῶν ἡδονῶν ὐκ εἰσιν αἱ μὲν ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς; *Ex voluptatibus nonne aliæ sunt falsæ, aliæ veræ?*

IV. At τῦ δὲ solitarii alia ratio est, quando additur membro posteriori, licet mutata per interjectam aliam particulam in membro priori sit structura, manetque vestigium servans potestatis suæ, di-

Digitized by Google

versa opponendi aut conferendi. Id difficultatem parit aliquam, quare a nonnullis ipsa particula abundare dicitur; ut apud Homer. Odyss. Ξ. v. 319.

> Ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνια δῶκα,
> Αὖθις δὲ κτείναιμι——

Ut Particulæ δὲ clarior usus appareret, dicendum fuerat: Ὃς πρότερόν σ' ἄγαγον μὲν εἰς κλισίαν καὶ ξένια ἔδωκα, αὖθις δὲ etc. *Qui primum quidem te in tugurium duxi, tibique dedi dona hospitalia; nunc contra te interficiam.* Sed licet Poeta τὸ πρότερον mutaverit in ἐπεὶ, *postquam*, atque ita τὸ δὲ potuisset excidere, maluit tamen ex antiquo linguæ genio servare, ut inferret signum oppositionis τῶν ἤγαγον ἐς κλισίαν καὶ ἔδωκα ξένια, καὶ τοῦ κτείναιμι. Eustathius περιττὸν τὸν σύνδεσμον hic putat. Tale est illud ejusdem Il. Ε. v. 38. Postquam dixerat, Diomeden in Ænean ter irruisse, et ter ab Apolline fuisse repressum, addit:

> Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,
> Δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Δεινὰ δὲ dicit, quasi præcessisset, Τὸ τέταρτον μὲν ἐπέσσυτο.

V. Ponitur et pro ἀλλὰ discretivo et adversativo, sive μὲν præcedit, sive exulat, vel potius dicam, sententiæ diversæ aut adversanti additur, ita ut vicem τοῦ ἀλλὰ explere videatur: non enim ipsi particulæ δὲ ea potestas attribuenda est, sed sententiæ, cui apponitur. Sic refert τὸ ἀλλὰ discretivum apud Aristot. de Rep. lib. I. pag. 185. lin. 9. Ἀκάρπων μὲν, χρησίμων δέ. *Fructu quidem carentium, at utilium tamen.* Et in epist. ad Philipp. cap. IV. com. 10. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δέ. *Cujus curam habuistis, sed opportunitate destituebamini.*

VI. At adversativæ sententiæ additur apud Aristoph. in Vesp. v. 587.

> Ταυτὶ γάρ τοι σεμνὸν τούτων, ὧν εἴρηκας, μακαρίζω,
> Τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων.

Hactenus, quæ a te dicta sunt graviter, laudo, et beatum te censeo; sed in eo injuriose agis, quod testamentum filiæ, quam solam tota manet hæreditas, resignas. Sic Thucyd. lib. IV. cap. 86. init. Αὐτός τε οὐκ ἐπὶ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν Ἑλλήνων παρελήλυθα. *Et ipse adsum, non ut damnum inferam, sed ut Græcos in libertatem vindicem.*

VII. In sensu διαφορικῷ aut ἐναντιωματικῷ eleganter claudit sententiam, ut in locis nonnullis modo notatis, et apud Platon. in Phædr. pag. 243. lin. 5. [T. X. p. 313. ed Bip.] Ὅτι Ὅμηρος μὲν οὐκ

ᾔσθετο, Στησίχορος δέ. *Quam (expiandi rationem) non intellexit Homerus, sed Stesichorus.*

Notanda hic nonnunquam venit ellipsis, quæ nisi probe observatur, facile fallat: nempe cum de posteriori affirmatur, quod de priori negatum est, non per particulam οὐ aut similem, sed per nomen aut verbum negativum, tunc in posteriori membro verbum aut nomen affirmativum intelligendum est; ut si Plato l. c. pro οὐκ ᾔσθετο scripsisset cognatum ἠγνόει, post Στησίχορος δὲ intelligendum fuisset ἔγνω aut simile affirmans. Cave enim reddas, *Ignoravit Homerus, sed Stesichorus,* aut *Homerus et Stesichorus:* sic enim uterque ignoraret, contra mentem auctoris. Insignem, quo hanc ellipsin probemus, locum habet ex Theophrasto Budæus pag. 486. Τῶν δὲ ξύλων τὰ σχιστὰ μὲν ὅλως ἈΡΡΑΓΗ διὰ τὸ γυμνωθεῖσαν τὴν μήτραν ξηραίνεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν· τὰ ΔΕ πελεκητὰ καὶ τὰ στρογγύλα, διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. *Lignorum ea, quæ fissilia sunt, rimas prorsum non agunt, eo quod medulla arescit et emoritur; sed dolatilia et rotunda, quia medullam intus conclusam habent.* ubi post τὰ δὲ necessario extrinsecus intelligendum est ῥήγνυνται vel simile quid, quia negationi, inclusæ voci ἀῤῥαγῆ, affirmatio opponitur.

VIII. Utuntur et Particula δὲ, præsertim in fine sententiæ, et quasi adjectitia, ubi metus est, ne quid alter ex præmissis erret. Hunc usum habet apud Plat. in Phædr. pag. 227. lin. 25. [T. X. p. 281. ed. Bip.] Γέγραφε γὰρ δὴ Λυσίας πειρώμενόν τινα τῶν καλῶν· οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δέ. *Descripsit enim Lysias quendam pulcrum, qui sollicitabatur; sed non ab amatore.* ubi explicationis gratia additur illud οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δέ. ut et apud Epict. cap. 32. Οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. Ἐπαίνου Δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. *Non vocatus es a quoquam ad cœnam? Nimirum non dedisti pretium, quo ille vendit cœnam. Vendit autem laudatione, obsequio vendit.* Similiter Aristot. de Mundo cap. 4. Ὅταν τὸ μὲν τάχιστον ᾖ τῶν ὄντων, λέγω ΔΕ τὸ πυρῶδες, τὸ δὲ ἧττον ταχύ. *Cum omnium rerum alterum sit celerrimum, ignita inquam natura; alterum minus celere.* Et in verbis Apostoli ad Romanos scribentis cap. IX. com. 30. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ἔθνη, τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην· δικαιοσύνην ΔΕ ἐκ πίστεως. *Quid igitur dicemus? Gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam assecutas esse; justitiam, inquam, quæ ex fide est.*

IX. Hic nonnunquam δὲ exulat, ut in Evang. Joann. cap. XIV. com. 22. Λέγει αὐτῷ Ἰούδας· οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης. Pro οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης δέ.

X. Quando posterius membrum majus quid ac gravius continet, quam præcedens, accipit vim amplificandi atque augendi, eandemque potestatem atque ἀλλὰ δὴ καὶ, ut in epistola ad Philippens. II. 8. Γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου· θανάτου δὲ σταυροῦ. *Ad mortem usque, imo ad mortem crucis.* q. d. οὐ μόνον δὲ μέχρι θανάτου, ἀλλὰ δὴ καὶ μέχρι θανάτου σταυροῦ.

Digitized by Google

XI. Habet et usum transitivum, quo nihil frequentius est, imprimis apud historicos et scriptores sacros. Sic, postquam Matthæus cap. VII. Servatoris concionem narraverat, transiturus ad ejusdem miracula cap. seq. inchoat: Καταβάντι δὲ αὐτῷ etc. Mox comm. 5. transiens a prodigiosa leprosi sanatione ad Centurionis historiam ait: Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ etc. Estque transitio imperfecta; perfecta est, quoties μὲν præcedit: in imperfecta supprimitur: plena oratio est: Καὶ ταῦτα μὲν ἔλεξεν ὁ Ἰησοῦς, καταβάντι δὲ αὐτῷ· et, Καὶ ταῦτα μὲν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἰσελθόντι δέ etc.

XII. In allatis ex Pauli epistolis locis commode redditur, *porro, cæterum, quod attinet ad.* Sed, ubi non plane novum quid proponitur, signum potius infert orationis continuatæ, ut apud Theogn. v. 1039.

Εὕδωμεν· φυλακὴ δὲ πόλευς φυλάκεσσι μελήσει.

Dormiamus: quod ad urbem vero attinet, hujus custodia curæ erit custodibus.

XIII. At videtur τὸ δὲ (id tamen quod rarius est) idem præstare, quod μὲν δὴ in clausulis, ubi in sequenti membro desideratur δέ. Locus est in Hippocratis Aphorismis sect. IV. n. 73. Multa hic in antecedentibus febrium symptomata enarraverat: mox transiturus ad alia, priora claudit hoc modo: ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα. *Atque hæc quidem in febribus.* Sequitur: Ὁκόσοισι ἐλπὶς etc. Pro, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ἐν πυρετοῖσιν· ὁκόσοισι δὲ ἀπυρέτοισι etc. Hæc videtur potior explicatio; neque enim hic explicationis gratia τὸ δὲ addi potest, de quo usu modo dixi; quia in præcedentibus semper febricitantium mentionem injecerat.

XIV. Ubi vero plane in orationum principiis adhibetur, infert abruptam orationis formam, indicatque iram et indignationem dicentis: vehementiorque deprehenditur affectus, quando interrogationibus additur. Ita iracunda Juno, cognito Thetin cum Jove clanculum consilia contulisse, sic infit ἀποστατικῶς apud Hom. Il. A. v. 541.

Τίς δ' αὖ τοι, δολομῆτα θεῶν, συμφράσσατο βουλάς;

Et quis tecum, dolose deorum, consilia contulit? Multa in ejusmodi ἀποστατικοῖς possunt fingi, quæ loquentis ira suppressit intelligenda, quæque τὸ μὲν claudere debuisset, ut legitima fieret transitio. Similiter eadem irata invehitur in Dianam Il. Φ. v. 481.

Πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδδεὲς, ἀντὶ ἐμεῖο
Στήσεσθαι;——

At tu, quomodo nunc sustines, o canis audax, mihi teopponere

Digitized by Google

XV. Ex naturali potestate superioribus inferiora ita connectendi, ut hæc sine illis considerari vetet, nascitur et alius usus præpostere argumentandi; sic enim τὸ δὲ ipsi argumento additur, cujus conclusio fuerat præmissa. Ita apud Hom. Il. Η. v. 395. nuncius a Trojanis ad Achivos missus conditionem proponit, qua Paris se opes, quas una cum Helena abduxerat, redditurum, aliasque etiam additurum promittebat, si ab armis discederent; ipsam autem Helenam se redditurum negabat. Tum Diomedes:

Μήτ' ΑΡ τις νῦν κτήματ' Ἀλεξάνδροιο δεχέσθω,
Μήθ' Ἑλένην· γνωτὸν ΔΕ καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν,
Ὡς ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται.

Hic τὸ δὲ sequentia, quibus additur, ita præcedentibus connectit, ut hæc argumenti instar proponi jubeat, unde præmissa conclusio sequitur: *Vel pueris,* inquit, *notum est, ultimam Trojanorum perniciem jam appropinquare.* Hinc concludit, non esse accipiendas Alexandri opes, ne ipsam quidem Helenam: *Ergo nequis nunc accipiat* etc.

XVI. Nonnunquam sententiæ ratiocinativæ additum δὲ vicem τοῦ γὰρ, quod in antecedens membrum est transpositum, sustinet: sed de his, quæ dicenda erant, jam dicta sunt supra in capite de particula γὰρ, sect. 1. §. 9. Addo unum ex Homero locum in Odyss. Ξ. v. 120. Illic subulcum, ubi Ulysses esset, ignorantem, ipse Ulysses, ab hoc non cognitus, rogat, quis esset ipsius dominus:

Εἰπέ μοι, αἴκέ ποθι γνώω τοιοῦτον ἐόντα.
Ζεὺς ΓΑΡ που τόγε οἶδε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.
Αἴκε μιν ἀγγείλαιμι ἰδών· ἐπὶ πολλὰ Δ' ἀλήθην.

Dic mihi, si forte noverim eum talem. Scit Jupiter et reliqui dii immortales, an forte nunciem me vidisse. Sequitur ratio: *Nam multum erravi.* Pro, Ζεὺς οἶδε· πολλὰ γὰρ ἀλήθην.

XVII. Idem fit præcedente ἀλλὰ γὰρ, uti in hoc:

ἈΛΛ' οὐ ΓΑΡ Μινύαισιν ἐπήνδανε πᾶσι νέεσθαι·
Δεῖμα Δ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Sed enim Minyis non est visum una ire: injecit enim iis timorem Juno. Vide sis ea, quæ dixi supra in ἀλλὰ γὰρ, et ad Viger. cap. VIII. sect. 1. Reg. 6.

XVIII. Nonnunquam τὸ γὰρ in præmissis ἐλλείπει, ut apud Hom. Il. Ε. v. 391.

——Ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἄρηα
Ἤδη τειρόμενον· χαλεπὸς ΔΕ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα.

Digitized by Google

Ille vero clam subduxit Martem jam graviter afflictum: nam duris ille vinculis domabatur. Ita Theogn. v. 102.

> Οὐδεὶς ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα φιλῆσαι,
> Κύρνε· τί δ' ἔστ' ὄφελος κεῖνος ἀνὴρ φίλος ὤν.

Pravum hominem tibi nunquam commendet amicum, Cyrne; etenim quorsum talis amicus erit? Sic et τὸ γὰρ in ἀλλὰ γὰρ omittitur, cujus absentiam compensat τὸ δὲ, Il. Α. v. 259.

> ʼΑΛΛΑ πίθεσθ'· ἄμφω ΔΕ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.

Sed parete: nam ambo me juniores estis.

XIX. Hic usus a nonnullis, summis cæteroquin viris, non rite observatus causa fuit, quare huic Particulæ vim αἰτιολογικὴν assignaverint, cum verius, ubi τὸ γὰρ vel præcedit, vel in præmissis supprimitur, sequentem rationem sua tanquam Particula destitutam fulciat, ut jam non semel probavi. Sed inspiciamus unum saltem locorum, quæ pro vi αἰτιολογικῇ hujus Particulæ afferuntur. Affertur ex Hom. Odyss. Α. sub. finem. de Euryclea:

> Ἶσα δέ μιν κεδνῇ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισιν·
> Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός.

Eam in pretio habebat perinde ac castam uxorem: sed nunquam cum ea rem habuit; nam timebat uxoris iram. Hic Eustathius pag. 1427. lin 62. Φασὶν οἱ παλαιοὶ τὸν δὲ σύνδεσμον ἐνταῦθα αἰτιολογικῶς κεῖμενον, ἰσοδυναμεῖν τῷ γάρ. *Aiunt veteres, conjunctionem* δὲ *hic ratiocinative adhibitam, idem valere quod* γάρ. At, si diligenter attendimus, præcedit δὲ pro ἀλλὰ positum, suppresso γὰρ, ut plena sit oratio:

> ʼΑλλὰ γὰρ οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός.

Perinde, inquit, *eam æstimabat atque uxorem.* His subjungitur ἀλλὰ, aliquo modo adversans: *sed rem cum ea non habebat.* Cujus adversationis ratio additur: *nam metuebat uxoris iram.* Verum ratiocinativum γὰρ, quod in præmissis desideratur, excipit τὸ δέ. Et sic in similibus.

XX. Sunt qui dicant hanc Particulam pro δὴ adhiberi. Facem prætulerunt præter Eustathium Budæus, Devarius et Vigerus. Ego vero, nisi certiora producuntur, dubitare audeo; in locis enim, quæ afferuntur, τὸ δὲ nunc est διαφορικὸν, nunc ἐναντιωματικὸν, nunc ex præcedentibus ob interjectam μακρολογίαν vel repetitur, vel adjicitur. Sic δὲ pro δὴ poni, ait Eustath. pag. 657. lin. 11. ad Homer. Il. Ζ. v. 479.

> Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων.

Digitized by Google

Ubi ille: "Ὅτι ἐν τῷ, Πατρὸς δ' ὅγε ἀμείνων, ὁ δὲ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δὴ νοεῖται, δῆλον ἂν εἴη. Observandus est usus ἀποστατικὸς, qui nascitur ex ellipsi; nam cum dicit: *Et dicat olim aliquis: Hic vero patre multo præstantior est;* pleniori oratione dicere potuisset: Καί ποτέ τις εἴποι· ὁ πατὴρ ἀγαθὸς μὲν, ὁ δὲ υἱὸς ἀμείνων πατρός. Atque ita τὸ δὲ respondens τῷ μὲν præbet sensum διαφορικὸν, pro ἀλλὰ positum: Ἀγαθὸς μὲν ὁ πατὴρ, ἀλλ' ἀμείνων ὁ υἱός.

XXI. Καὶ δὲ deinceps posita significant *et vero, et autem, et quidem, et præterea.* Proprie tamen dici non potest δὲ Particulam unquam idem significare quod ἔτι. Semper enim in his quoque vis adversativa servatur. E. c. Xenoph. Cyrop. III. 2. 24. Οὕτω μὲν τότε διεπράχθη, καὶ νῦν δὲ ἔτι οὕτω διαμένουσιν αἱ τότε γενόμεναι συνθῆκαι. i. e. καὶ οὐ μόνον τότε, ἀλλὰ καὶ νῦν διαμένουσιν etc. ubi durior τοῦ *insuper* versio videtur, et ipsa vox ἔτι additur, quamvis alio usu. *Et non tantum tunc hæc ita, interposita fide, peracta sunt, sed et adhucdum ea pacta manent.* Sive: *Sic quidem illa tunc peracta,* et vero *nunc etiam ea pacta manent.* Item III. 2. 7. Εἶχον δὲ οἱ Χαλδαῖοι γέῤῥα τε καὶ παλτὰ δύο· καὶ πολεμικώτατοι δὲ λέγονται οὗτοι τῶν περὶ ἐκείνην τὴν χώραν εἶναι. Pro, Καὶ οὐ μόνον εἶχον τοιαῦτα τὰ ὅπλα, πολεμικώτατοι δὲ λέγονται. Vel, Καὶ εἶχον μὲν τοιαῦτα τὰ ὅπλα, πολεμικώτατοι δὲ λέγονται. *Et, præterquam quod talia arma habebant, dicebantur quoque bellicosissimi inter omnes ejus regionis finitimos.* h. e. *Et habebantur insuper.* Sic III. 3. 43. Ἄνδρες, Ἀσσύριοι, νῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι· νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ γῆς, ἐν ᾗ ἔφυτε, καὶ περὶ οἴκων, ἐν οἷς ἐτράφητε; καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων. *O Assyrii, nunc viros esse oportet strenuos: nunc enim certamen est de vita vestra, et de domibus, in quibus nutriti estis, adhæc de uxoribus et liberis.* i. e. οὐ περὶ τούτων μόνον, μάλιστα δὲ περὶ τῶν γυναικῶν καὶ τέκνων. Cæterum pro καὶ-δὲ invenitur et ἔτι δὲ in epist. Pauli ad Hebr. cap. XI. comm. 36. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς. *Alii vero ludibria et flagella experti sunt, et vincula insuper et carcerem.* Potuisset dicere καὶ δεσμῶν δέ.

Ex superioribus observare licuit, καὶ δὲ nunquam conjungi, sed inter utrumque constanter aliam voculam, unam pluresve interponi; at hanc legem est ubi violant Poëtæ. v. c. Homerus Il. Η. v. 374. item Il. Ι. 680. 705. etc.

XXII. Differunt καὶ δὲ et δὲ καὶ, quod τὸ καὶ in καὶ δὲ totam posteriorem sententiam priori connectit, at in δὲ καὶ, τὸ δὲ evidentius potestatem ἀναφορικὴν exercet citra ellipsin, et τὸ καὶ vim suam ἐπιδοτικὴν exserit in unica voce, cui jungitur: estque in priori τὸ ΚΑΙ' συναπτικὸν, in posteriori ἐπιδοτικόν. Ut apud Theophrast. cap. περὶ Λαλιᾶς: Καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν· προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην. *Et, si quid scierit in concionibus actum, hoc narrabit; addet vero pugnam etiam sub Aristophonte oratore commissam.*

XXIII. Adjudicatur et τῷ δὲ significatio τοῦ ΚΑΙ' συμπλεκτικοῦ, in illo Homerico:

Digitized by Google

Εἰ δὲ σὺ κάρτερός ἐσσι, θεὰ ΔΕ σε γείνατο μήτηρ.

Si vero tu fortior es, et Dea te peperit mater. Vid. Eustath. ad Hom. pag. 1427. in fin. ubi tamen nullam video necessitatem, qua τὸ δὲ, neglecta sua, alienam suscipiat potestatem aut significatum. Malim post κάρτερος intelligi μὲν, ad quod δὲ referatur, ita ut Achilles commendetur tum a præstantia, tum a genere. Sed vide, an non justius pro καὶ ponatur ab eodem Odyss. Ξ. v. 319.

Αὖθις δὲ κτείναιμι, φίλον Δ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην.

Occiderem et cara vita privarem. Plane enim sunt συνώνυμα, nulliusque relationis indigentia.

XXIV. Invenitur et pro καὶ positum in significatione temporis apud Euripid. in Phœniss. v. 418.

Νὺξ ἦν' Ἀδράστου Δ' ἦλθον εἰς παραστάδας.

Nox erat, cum veni ad porticus Adrasti.

Cæterum, quoties ΔΕ ἐγκλίνεται, non conjunctio est, sed syllabica adjectio, nec quicquam cum Particula δὲ commune habet. Inclinatur vero primo post articulum præpositivum, nec conjunctionem tunc esse patet, tum quod articulo vim pronominis tantum affert, nec aliam potestatem exercet in ὅδε, ἥδε, τόδε, tum quod in ὅδε δὲ, τήνδε δὲ etc. temere repeteretur, et plane supervacuum foret, si utraque δὲ etiam conjunctio esset: ut in illo Homeri Il. Ε. v. 261.

—Σὺ δὲ τούσδε μὲν ὠκέας ἵππους
Αὐτοῦ ἐρυκακέειν.—

Et Φ. v. 155.

—Ἥδε δέ μοι νῦν
Ἠὼς ἐνδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα.

Idem dictum esto de τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε, ἐνθάδε, ἐνθένδε, ut et in obliquis τοσοῦδε et similibus.

Deinde inclinatur post accusativos nominum locorum secundæ et tertiæ declinationis, imprimis propriorum, item appellativorum, οἶκόνδε, οἶκαδε. Cæterum aliis appellativis subnectere poëtarum videtur, ut ἀγορήνδε, κλισίηνδε, ὄλυμπόνδε, in quibus τοῦ εἰς vicem supplet: imo et a poëtis repetitur, ut ὅνδε δόμονδε, ut apud Hom. Od. Α. v. 83. Nonnunquam et additur δε, licet εἰς præcedat, ut εἰς ἅλαδε, *in mare,* apud Hom. Od. Κ. v. 351.

Ἐκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵτ' εἰς ἅλαδε προρέουσι.

Digitized by Google

Et ex sacris fluviis, qui in mare profluunt. Sed hæc pluribus examinare ad institutum non pertinet; id tantum observandum, si nomina in ας desinunt, pro αςδε dici αζε, per metathesin, coalescente σδ aut δς in ζ, ut Θήβαζε, Ἀθήναζε, pro Θήβαςδε, Ἀθήναςδε.

Addamus et illud, τὸ δε ita pro εἰς poni, ut non tantum locum designet, sed et causam finalem. Ita enim Hom. Il E. v. 252.

Μήτι φόβονδ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω.

Ne hortare ad fugam, quandoquidem puto, te non persuasurum.

Δ Α Ι.

I. Δαὶ plerumque discretivam, sæpe etiam adversativam potestatem exercet. Sic τί δαὶ pro τί δ' αὖ, *quid vicissim?* Diserte apud Aristoph. in Ran. v. 1502. ubi Euripidem et Æschylum sententiam rogat Bacchus de salute publica: postquam suam dixerat Euripides, Bacchus compellans Æschylum ait: Τί δαὶ λέγεις σύ; *Et quid tu vicissim dicis? Ecquid tu aliud habes?* Vid. et Plat. in Critone c. 10. ed. Fischer. Σ. Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν. Κ. Οὐ δῆτα. Σ. Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται· ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν. Κ. Οὐ φαίνεται. Σ. Τί δαὶ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; *S. Nequaquam itaque oportet injuste agere. C. Nequaquam profecto. S. Neque, qui læsus est, eum injuriam reponere oportet, ut vulgus putat, quandoquidem nullo modo facienda injuria est. C. Non videtur. S. Quid igitur aliud? An damnum inferre licet, o Crito, nec ne?*

II. Plurimus est ejus usus, quum superiora negantur, aliudque quæritur. Sic Euripid. in Helen. v. 1262. quum dixerat Helena:

Οὐχ ὧδε ναύτας ὀλομένους τυμβεύομεν.

Non sic sepelimus, qui naufragio perierunt. respondet Theoclymenus:

Πῶς δαί; λέλειμμαι τῶν ἐν Ἕλλησιν νόμων.

Quomodo igitur aliter? [G. *Nun wie denn sonst?*] *Ignoro enim Græcorum mores.* Et apud Aristoph. in Plut. v. 156. dicente Chremylo: Αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί. *Non argentum postulant boni.* respondet Cario: Τί δαί; *Quid aliud ergo?* [G. *Was denn?*] Similiter v. 906. roganti justo, *An es agricola?* respondet Sycophanta: *Ita me insanire putas?* Rogante eodem: *At mercator?* hoc itidem negato, pergit ille: Τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; *Quid ergo aliud? An artem aliquam didicisti?* Adde eundem in Eccles. v. 970.

ΓΡΑΥΣ. Οὗτος τί κόπτεις; Μῶν ἐμὲ ζητεῖς; ΝΕΟΣ. Πόθεν;

Digitized by Google

Γ. Καὶ τὴν θύραν γ᾽ ἔκρουες. N. Ἀποθάνοιμ᾽ ἄρα.
Γ. Τοῦ δαὶ δεόμενος δᾷδ᾽ ἔχων ἐλήλυθας;

Anus. Heus tu, quid pulsas fores? An me quæris? Juvenis. Unde hoc? A. At januam saltem pulsabas. I. Emoriar, si fecerim. A. Qua alia ergo de causa venisti facem gerens?

[III. Τί δαὶ significat etiam *Qui sic?* vel *Cur tandem?* (G. *Wie denn so?*) Sic apud Xenoph. Cyrop. V. 1. 6. 7. ubi Araspes prædicata Pantheæ captivæ pulchritudine Cyrum permovere cupit, ut eam ipse quoque spectatum eat, Ἀλλὰ πάντως, inquit, καὶ σὺ θέασαι αὐτήν. Id se tanto minus propterea facturum Cyrus denuntiat. Ναὶ μὰ Δία, πολύ γε ἧττον, εἰ τοιαύτη ἐστὶν, οἵαν σὺ λέγεις. Tum: Τί δαί; ἔφη ὁ νεανίσκος. *Qui sic?* inquit adolescens. Tumque Cyrus, quantum in spectatione formosarum periculi insit, exponit.]

ΔΕ ΓΕ.

I. Subjungitur et δὲ Particulæ τὸ γε, ita tamen, ut ex hac conjunctione neutri particulæ quicquam novi accidat, quare hoc brevioris erit disquisitionis. Nihil aliud τὸ γε quam personam aut rem in posteriori sententiæ membro, in quod dominatur τὸ δὲ, limitat, ut apud Plat. in Phædr. pag. 230. lin 26. [T. X. p. 287. ed. Bip.] Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνῃ. i. e. εἴ τις ἄλλος, vel ἄλλοι μὲν ἴσως, σὺ δέ γε. *Tu saltem, at tu profecto.* Xenoph. Cyrop. lib. V. 1. 7. Οἱ αὐτοὶ δέ γε οὗτοι καὶ κλέπτειν ἐπιχειροῦσι. Reliquos minus moratur, ut eorum, de quibus sermo est, mores maxime urgeat. *At iidem certe hi et furari conantur.*

II. Ubi vero δὲ est adversativum, totum hoc δέ γε ponitur pro ἀλλά γε, de quo supra. Ita apud Plat. in Politico pag. 258. lin. 36. [T. VI. p. 7. ed. Bip.] Postquam diviserat scientias in eas, quæ in contemplatione, et quæ in exercitatione versantur, et in classe priori recensuerat arithmeticam, sic pergit: Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ σύμπασαν χειρουργίαν, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν σύμφυτον τὴν ἐπιστήμην κέκτηνται. *At vero, quæ versantur circa architecturam omnesque artes, quæ manuum opera exercentur, illæ certe scientiam possident cum ipsis actionibus quasi coalescentem et insititiam a natura.*

ΔΕ ΔΗ.

I. Δὲ etiam cum δὴ jungitur, tumque particula δὴ, ut sæpe, signum infert orationis aliqua in re exsultantis, sive additur illi orationis parti, propter quam vel maxime ea fuit instituta, ut fusius in hujus Particulæ disquisitione exponam; nunc tantum obiter. Significat igitur *jam vero* [G. *Nun aber*], ut apud Platon. in Pro-

Digitized by Google

tagora, pag. 311. lin. 30. [T. III. p. 89. ed. Bip.] Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόραν ἀφικόμενοι ἐγώ τε καὶ σὺ, ἀργύριον ἐκείνῳ μισθὸν ἕτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν. Socrates hic Hippocratem adolescentem, Protagoram secum aditurum, instruit, quid maxime ipsi esset spectandum, nempe sciendum esse, qualis ipse esset, ad quem contenderet, et qualem se ipsius opera evasurum esse putaret. Hoc illustrat duobus exemplis: nempe si Hippocratem Coum adiret, sciendum esse ait, Hippocratem esse medicum, seque illum adire, ut medicus evaderet: rursus, si Polycletum aut Phidiam statuarios, sciendum, se statuarium evasurum. His præmissis tanquam præviis exemplis, ubi ad rem ipsam est perventurus, nempe ostensurus, Hippocratem, si adiret Protagoram Sophistam, eique daret pecuniam, institutionis mercedem, sophistam evasurum, a quo studii genere eum deterrere conatur, quasi de integro resumente vires oratione, infit: Παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόραν νῦν ἀφικόμενοι etc. Duplex est transitio: in superioribus ab Hippocratis exemplo ad exemplum Polycleti et Phidiæ transiturus, simpliciter utitur δὲ μεταβατικῷ, Εἰ δὲ παρὰ Πολύκλειτον etc. quia Polycletum et Phidiam non magis quam Hippocratem intendebat. Sed ubi ad id, quod maxime spectabat, transit, τῷ δὲ addit δή. *At vero nunc ad Protagoram* etc. Similis superioribus locus ex Demosth. de fals. Legat Οἷς γάρ ἐστιν ἐν λόγοις ἡ πολιτεία, πῶς, ἂν οὗτοι μὴ ἀληθεῖς ὦσιν, ἀσφαλῶς ἐστι πολιτεύεσθαι; Ἐὰν δὲ δὴ καὶ πρὸς ἃ τοῖς ἐχθροῖς συμφέρει, δῶρα τις λαβὼν λέγῃ, πῶς οὐχὶ καὶ κινδυνεύσετε; *Quibus enim in verbis respub. sita est, quomodo, si hæc vera non sunt, tuto ea administrari potest? At vero, si insuper quis, accepta mercede, ea dicit, quæ hostibus expediunt, quid est, si non etiam in summo periculo versamini?* Nonne agnoscis orationem increscentem? At hujus indicium est τὸ δὴ, ut suo loco ostendetur.

II. Commode itaque δὲ δὴ adhibetur, quoties convenit posterius membrum urgere, habetque novæ attentionis incitamentum, aut alicujus rem magis notabilem, quam quæ præcedit, relaturi. Ita Cyrus apud Xen. Cyrop. III. 1. 6. in judicio Armenii hoc ei assensus, pulchrum esse libertatem armis assequi, ad id, de quo maxime cupiebat sententiam Armenii cognoscere, accedit, rogans: Ἢν δὲ δὴ ἢ πολέμῳ κρατηθεὶς, ἢ καὶ ἄλλον τινα τρόπον δουλωθεὶς, ἐπιχειρῶν τις φαίνηται τοὺς δεσπότας ἀποστερεῖν ἑαυτοῦ, τοῦτον σὺ πρῶτος εἰπὲ, πότερον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ καλὰ πράττοντα τιμᾷς, ἢ ὡς ἀδικοῦντα, ἢν λάβῃς, κολάζεις; *Age vero, si quem vel bello victum, vel alio quopiam modo sub jugum missum, id agere appareat, ut domini potestati se subripiat, dic mihi hoc primum, utrum illum, ut virum bonum et rem egregie gerentem, in honore haberes, an ut injuste agentem, si comprehendisses, supplicio plecteres?* Perinde ac si diceret: Καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἐχέτω. Ἴθι δὴ, καὶ τόδε μοι ἀπόκριναι.

III. Ex eodem fonte nascitur et alius usus, quum nempe post longum silentium quis tandem loqui incipit, ut non semel apud Homer. vid. Il. Η. v. 94.

Digitized by Google

Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι·
Ὀψὲ δὲ δὴ Μενέλαος ἀνίστατο καὶ μετέειπε.

Sic dixit: at omnes silentio obmutuerunt; pudebat pugnam detrectare, nec suscipere audebant. Tandem vero accingens se Menelaus surgebat, et locutus est. Ita enim reddo *accingens se*, affert enim τὸ δὴ indicium alcujus se ad rem quampiam aut ad dicendum parantis, ut mox ostendetur h. v. Loca gemina sunt Il. ι. v. 31. et 692. Alias δὴ in δὲ δὴ tempus notat, ut mox videbimus. Euripid. Orest. v. 39.

Ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξ ὅτου σφαγαῖς
Θανοῦσα μήτηρ, πυρὶ καθήγνισται δέμας.

Et sextus hic jam dies est, ex quo cæde periens mater, igne corpus est purificata.

Δ' ΟΥΝ.

I. Δὲ et οὖν duæ sunt voces aggregatæ, quare non δοῦν, sed δ' οὖν scribendum: harum prior respondet fere particulæ μὲν, sive expressæ sive suppressæ; posterior, si quid in subsequenti membro additur, ejus conclusionem ex priori membro elicit. Exprimitur μὲν apud Heliod. lib. X. cap. 19. init. Καὶ ἡ Χαρίκλεια μικροῦ κὲν ἐξωλόλυξε, πρὸς τὴν δήλωσιν τῆς τοῦ νεανίου σφαγῆς ἐκταραχθεῖσα· μόγις δ' οὖν τὸ συμφέρον τιθεμένη πρὸς τὸ ἐκμανὲν τοῦ πάθους, διὰ τὸ χρειῶδες ἐγκαρτερῆσαι βιασαμένη, πάλιν ὑφεῖρπε τὸν σκοπόν. *Et parum quidem abfuit, quin Chariclea ejularet, cognito adolescentem mactatum iri, consternata; quare vix furibundo animi motui utilitate opposita, propter quam multa vi animum obfirmavit, et ad id, quod modo intenderat, occulte adrepebat.* Diversa sunt membra, μικροῦ μὲν ἐξωλόλυξεν, et μόγις δ' ὑφεῖρπε τὸν σκοπόν. Sed οὖν ex præmisso μικροῦ ἐξωλόλυξε concludit, Charicleam ægre potuisse animo obfirmato ad priorem scopum redire. Adeo fuit consternata, ut ægre potuerit etc. et ex eo, quod ab ejulatu vix continere se potuit, sequitur, eam ægre animum obfirmavisse.

II. Nonnunquam conclusivum οὖν per anticipationem præcedit, ut apud Heliod. lib. X. cap. 10. extr. Δῆλον μὲν, εἶπεν, ὡς οὐδὲν ἐρεῖ σπουδαῖον, ἀλλ', ὅπερ ἴδιον τῶν τελευταῖα κινδυνευόντων, λόγων ματαίων ἔσται πλάσματα πρὸς ὑπέρθεσιν· λεγέτω δ' οὖν ὅμως, ἐπειδὴ βούλεται Σισιμίθρης. *Manifestum est, inquit, eum nihil sani dicturum, sed, quod proprium est ultima passuris, inanium verborum fore figmenta, quibus mora quæratur: attamen, quoniam ita vult Sisimithres, dicat igitur.* h. e Σισιμίθρης βούλεται, λεγέτω οὖν.

Digitized by Google

III. Usus quoque ejus est post μὲν δὴ in narrationum conclusionibus, ut apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 6. ubi, postquam Chrysanthas et Pheraulas peroraverant, subdit: Φεραύλας μὲν δὴ οὕτως εἶπεν· ἀνίσταντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἑκατέροις συναγορεύοντες· ἔδοξε δ' οὖν κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον τιμᾶσθαι, Κῦρον δὲ τὸν κρίνοντα εἶναι. *Atque ita quidem dixit Pheraulas. Surrexerunt vero multi alii utriusque orationem comprobantes: atque adeo decretum est, singulos pro dignitate esse honorandos, ejusque rei judicium Cyro permittendum.*

IV. In narrationum clausulis etiam citra μὲν δὴ, vel saltem suppresso μὲν adhibetur. Ita concludit Ælianus, postquam V. H. lib. 1. cap. 5. astutiam vulpis marinæ narraverat, hamum parum morantis, funiculumque, antequam attrahatur, abrodentis, et piscatorem eludentis, νήχεται, inquit, αὖθις. Tum: Πολλάκις δ' οὖν καὶ δύο καὶ τρία κατέπιεν ἄγκιστρα. *Et hinc igitur fit, ut sæpe duos et tres hamos deglutiat.*

[In his omnibus δ' οὖν Germanice redditur: *und sonach, und so.*]

V. Ex vi conclusiva nascitur usus inchoativus, ut fusius in particula οὖν demonstrabo. Ita in δ' οὖν, τὸ δὲ potestatem suam συναπτικὴν exercet, et οὖν rem ipsam aggredientis et quasi se ipsum accingentis notam habet, sed non nisi præmissis nonnullis, quæ tanquam viam sternunt ad sequentia. Latini, apud quos hic particularum *vero igitur* usus non est, si utramque particulam exprimere volunt, coguntur adjectum verbum repetere, aut cognatum addere. Ita Theocritus, certamen Daphnidis et Menalcæ Idyll. VIII. narraturus, primum utramque describit personam a vitæ instituto, habitu, ætate et arte, antequam eos cantantes inducit, hoc modo:

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι
Μᾶλα νέμων, ὡς φαντὶ, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.
Ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω,
Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.

Daphnidi formoso occurrebat boves pascenti, ut aiunt, Menalcas in montibus altis oves pascens: ambo erant rufo capillo, ambo impuberes, ambo fistulam inflandi, ambo cantandi periti. His præmissis, ita inchoat:

Πρᾶτος Δ' ΩΝ ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας.

Hic Latini non dicunt: *Primus vero igitur:* sed, quasi Græce diceretur: Πρῶτος δὲ Μενάλκας ἠγόρευεν, ἠγόρευε οὖν οὕτως. *Prior vero Daphnin intuens cecinit. Cecinit ergo hoc modo.* [G. *Zuerst denn also.*]

VI. Utuntur etiam Græci τῷ δ' οὖν, ubi longiorem narrationem contrahunt, præmonentes tamen, se nonnulla omittere, quæ inter-

media sunt, ad historiam quidem, sed non ad scopum pertinentia; ubi Latine redditur *igitur* [G. *also*]. Exemplum est apud Euripid. in Orest. v. 15. Electra illic Tantali, Pelopis et Atrei historiam summatim referens ait:

Οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ,
Ὧι στέμματα ξήνασ', ἐπέκλωσεν θεὰ
Ἔριν, Θυέστῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ
Θέσθαι. τί τ' ἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;
Ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς.

Hic (Tantalus) *genuit Pelopem, cujus Atreus filius erat, cui fatale diadema carminans Parca nevit discordiam, ut Thyestæ fratri faceret bellum. Et, quid attinet me infanda recensere? Convivio igitur excepit eum Atreus interfectis liberis.* Ὁ οὖν conclusivam vim non omnino deponit; ex eo enim, quod dicit, se infanda præterire, sequitur, eam ad finem, h. e. ad cœnam istam tragicam festinare. Tolle illud τί τ' ἄῤῥητα etc. aut οὖν erit superfluum, aut hunc usum non habebit.

ΔΕ ΤΟΙ.

Tandem particulæ δὲ jungitur τοὶ, quæ Davario et Stephano est παραπληρωματική. Sententiam tamen nulla auctoritate firmant. Non video, quare huic particulæ potestas βεβαιωτικὴ, quam solitaria exercet, τῷ δὲ subjunctæ derogetur: saltem aliquod hujus vestigium servare eam dicamus, ne plane otiosa sit, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 1187.

Ἤδη γέρων ὢν καὶ πολιὸς, ἔχων δέ τοι
Πλευρὰν βαθυτάτην, καὶ χέρας, λαγόνας τε καὶ
Θώρακ' ἄριστον.——

Qui, cum jam senex esset et canus, latera tamen habebat sane robustissima, manusque et ilia et pectus optimum. Est itaque τοὶ *sane.*

ΔΗ'.

I.

De Primaria Potestate Particulæ ΔΗ'.

I. Ex earum numero est δὴ Particula, quas ὑποτακτικὰς vocant Grammatici, quæ non incipiunt orationum membra, sed præmissæ alicui voculæ subjunguntur. Apud poëtas tamen eadem est sæpe προτακτικὴ, ut δὴ τότε Hom. Il. Ε. 114. et δὴ γὰρ, *jam enim.*

II. Temporis notio primaria est. Significat enim idem quod Latinorum *jam*, [G. *nun; schon;*] adeoque ponitur pro ἤδη, ut Xenoph. Cyrop. III. 3, 12. Ὥρα δὴ ἀπαντᾷν. *Jam tempus est occurrendi.* Et ibid. III. 3. 20. Οἱ δ' Ἀσσύριοι καὶ δὴ ἠριστηκότες ἐξῄεσαν. *At Assyrii jam pransi prodibant.* Hanc potestatem maxime exercet, quoties adverbio temporis τότε, ὅτε, vel poëtico ἦμος subjungitur, ut apud Hesiod. Ἔργ. v. 414.

Ἦμος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο.

Quum jam cessat vis fervidi solis; et Hom. Il. Φ. v. 148.

Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες.

Illi vero quum jam ferme in se invicem irruerent.

III. Præfigunt his poëtæ fere ἀλλά, quoties præmissis quibusdam narratis ad certum et institutum temporis terminum deducta est oratio. Sic Homerus Il. Ε. v. 334. postquam narraverat, Venerem Æneæ patrocinatam esse, et Diomedem eam conspectam persequi, ubi eo deduxit orationem, quo volebat, nempe ut Diomedes eam vulneraverit, ait:

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκίχανε πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζων,
Ἔνθ' ἐπορεξάμενος μεγαθύμου Τυδέος υἱός,
Ἄκρην οὔτασε χεῖρα.—

Obvia ubivis exempla: vid. eundem ibid. v. 762. 769. Φ. init. et. v. 450. Ω. v. 785. et alibi.

IV. Quando subjungitur Particulæ νῦν, tempus notat præsentissimum et nullo modo differendum, ut cum dicimus, Νῦν δὴ μαχητέον. i. e. Νῦν ἤδη. ut loquitur Plato in Phædro pag. 228. lin. 25. [T. X. p. 283. ed Bipont.] Νῦν ἤδη ποιεῖν ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν. Nullam scilicet moram intercedere vult, sed continuo id efficere, præstare ait.

V. Præcedente eodem νῦν cum futuro, rem instantem et paulo post futuram notat, ut apud Hom. Il. Φ. v. 92. ubi Lycaon incidens in manus Achillis parati ad ipsum interimendum, ait:

Νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται.—

Jam nunc mihi instat malum.

VI. Cum præterito constructum redditur *modo, paulo ante, jam;* quo sensu fere νῦν præfigitur, ut fiat νῦν δή. Ita Plato in Gorgia, pag. 455. [T. IV. p. 22. ed. Bip.] Περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε. *De quibus modo Socrates dicebat.* Et lib. II. de Rep. pag.

Digitized by Google

314. init. [T. VI. p. 240. ed. Bip.] Ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν. *De quibus paulo ante dicebamus.* Et initio libri IV. ubi alter alterius verba excipiens loquitur: Ξενοδοχοῦντες, καὶ δὴ καὶ, ἃ νῦν δὴ σὺ ἔλεγες, χρυσίον τε καὶ ἀργύριον κεκτημένοι. *Hospites excipientes, atque etiam, id quod modo dicebas, aurum atque argentum possidentes.* Et lib. V. pag. 476. lin. 9. [T. VI. p. 58. ed. Bip.] Ταύτῃ τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, διαιρῶ, χωρὶς μὲν, οὓς νῦν δὴ ἔλεγες, φιλοθεάμονάς τε καὶ φιλοτέχνους καὶ πρακτικοὺς, καὶ χωρὶς αὖ, περὶ ὧν ὁ λόγος. *Hac ratione, inquam ego, distinguo, separatim, de quibus paulo ante dicebas, spectandi et artium studiosos, quique in ipsis actionibus versantur; et rursus separatim eos, de quibus sermonem instituimus.*

VII. At, quum τὸ δὴ præponitur, non particulam νῦν, sed per se spectandum additum enunciatum afficit, ut apud Hom. Il. Φ. v. 315. ubi hortatur Scamander fratrem Simoënta, ut Achilli resistat, Ὃς δὴ νῦν κρατέει, inquit; afficit τὸ δὴ hic τὸ κρατέει. Et v. 458. Neptunus incitat Apollinem in Trojanos, narrans, quam male uterque a Laomedonte mulctati essent, additque:

> Τῷ δὴ νῦν λαοῖσι φέρεις χάριν; οὐδὲ μεθ' ἡμέων
> Πειρᾷ, ὥς κεν Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται;

Τὸ νῦν servat temporis notionem, sed δὴ alio spectans claudit superiorem narrationem exhortatione, q. d. *Talia a Trojanis passi sumus. Age nunc, dic, grata huic populo facies? an potius id ages nobiscum, ut Trojani pereant?* Sic ἀτὰρ δὴ νῦν, pro ἀλλὰ δὴ νῦν apud Theogn. v. 851.

> Ἤιδεα μὲν καὶ πρόσθεν, ἀτὰρ πολὺ λῷον δὴ νῦν.

Antea quidem scivi, sed nunc multo profecto melius. Sic, Ἄκουε δὴ νῦν, *Age, audi nunc,* apud Eurip. in Orest. v. 237. et 1181. Phœniss. v. 918. et 1436.

II.

De Particula ΔΗ' *Hortativa.*

I. Ex primaria Particulæ δὴ notione, qua tempus sive actum maturatum indicat, sponte fluit ejusdem usus adhortandi; qui enim hortatur, monet, ne quid alter differat.

II. Hæc potestas clarissime sese exserit, quando imperandi modus adest, ut apud Demosth. de Fals. Legat. pag. 221. lin. 25. Λέγε δὴ καὶ τὴν ἑτέραν μαρτυρίαν. *Age, recita et alterum testimonium.* Similiter apud Plat. in Phædro, Socratem Phædrus, ut progrediatur, hortatur, pag. 229. lin. 8. [T. X. p. 284. ed. Bip.] Πρόαγε δὴ καὶ σκόπει, ὅπου καθιζησόμεθα. *Perge, et vide, ubi consessuri simus,*

Sic ad audiendum excitans ait pag. 230. in fin. [Bip. p. 287.] Ἄκουε δή. Sic p. 268. lin. 7. [Bip. p. 366.] Εἰπὲ δή μοι. *Age dic mihi.* Adde Act. Apost. XIII. 2. Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον. *Separate adeo mihi Barnabam et Saulum.*

Hinc additur sæpissime imperativis ἄγε, φέρε, ἴθι. Dem. de Fals. Legat. pag. 222. lin. 10. Φέρε δή, καὶ ὅσους αὐτὸς ἐλυσάμην τῶν αἰχμαλώτων, εἴπω πρὸς ὑμᾶς. *Age jam, et quot captivos ipse redemerim, vobis exponam.* Plat. in Gorg. pag. 455. lin. 9. [T. IV. p. 21. ed. Bip.] Φέρε δή, ἴδωμεν τί ποτε καὶ λέγομεν περὶ τῆς ῥητορικῆς. *Agedum videamus, quid de rhetorica constituendum sit.* Et lib. IV. de Legg. init. Φέρε δή, τίνα δεῖ διανοηθῆναί ποτε τὴν πόλιν ἔσεσθαι; *Age sis, quamnam civitatem tandem fore constituendum est?* Et in Phædro pag. 262. lin. 38. [T. X. p. 355. ed. Bip.] Ἴθι δή μοι ἀνάγνωθι τὴν τοῦ Λυσίου λόγου ἀρχήν. *Agedum, lege mihi initium orationis Lysiæ.* Et de Rep. lib. V. pag. 474. lin. 23. [T. VII. p. 54. ed. Bip.] Ἴθι δή, ἀκολούθησόν μοι τῇδε, ἐὰν αὐτὸ ἁμῇγέπῃ ἱκανῶς ἐξηγησώμεθα. Ἄγε δή, ἔφη. *Age sis, sequere me, si quo modo satis recte exponam. Age vero, inquit.*

III. Jungitur idem primæ personæ ut plurimum pluralis, quoties se quispiam ac socios exhortatur, ut apud Plat. in Phædr. pag. 260. lin. 9. [T. X. p. 350. ed. Bip.] Ὧδε δὴ σκοπῶμεν αὐτό. *Id adeo sic contemplemur.* Sic adhortandi plenissimum sensum habent verba pastorum in Evang. Lucæ cap. II. comm. 15. Διέλθωμεν δὴ εἰς Βηθλεέμ. Conf. Act. XV. 36.

IV. Quando νῦν δὴ sensum adhortantis habet. Particula νῦν hortationi novam addit emphasin, et qualemcunque moram damnat, ita ut temporis ratio non prorsus deponatur; ut in illo Aristoph. Acharn. v. 450. ubi Dicæopolis, multis jam ab Euripide impetratis, jubetur a foribus recedere: tum ille animum suum compellans ait: Νῦν δὴ γένου Γλίσχρος προσαιτῶν λιπαρῶν τ' Εὐριπίδην. *Nunc jam,* vel, *Nunc nunc fias mihi pertinax, flagitans et supplicans Euripidi.* Temporis semper aliquam notionem latere ἐν τοῖς παρακελευστικοῖς, hinc etiam liquet, quod pro ἄγε δὴ nonnunquam invenitur ἄγε νῦν, ut apud Aristoph. in Equit. v. 1008. Ἄγε νῦν, ὅπως αὐτοὺς ἀναγνώσεσθέ μοι. *Age nunc, recitate mihi hæc oracula.*

III.

De usu Particulæ ΔΗ' *in* Interrogationibus.

I. Interrogationibus ubi subjungitur, ne sic quidem a primaria notione, actum maturatum indicante, deflectitur, sed, cum denotet animum sciendi cupidissimum, petit, ut responsum aliquis ne differat, sed nulla interposita mora rem explicet. Hujusmodi sunt τί δή; ποῖος δή; ποῦ δή; πῶς δή; et similia. v. c. Plat. in Gorg. pag. 469. init. [T. IV. p. 49. ed. Bip.] Σ. Εὐφήμει, ὦ Πῶλε. Π. Τί δή; *S. Bo-*

Digitized by Google

na verba, o Pole. P. Quid ita tandem? [G. *Wie denn so?*] Et in Cratyl. pag. 401. lin. 17. [T. III. p. 266. ed. Bip.] Σ. Κινδυνεύουσι γοῦν, ὦ 'γαθὲ Ἑρμόγενες, οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι, οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές. Ἑ. Τί δή; *S. Videntur igitur, o bone Hermogenes, qui primi rebus nomina imposuerunt, non ineptí fuisse, sed res sublimes et perscrutati, et de iis cupide locuti. H. Cur ita tandem?* Item in Phædr. pag. 265. lin. 33. [Bip. X. 361.] Τούτων δὲ τινῶν ἐκ τύχης ῥηθέντων, δυοῖν εἰδοῖν εἰ αὐτὴν τὴν δύναμιν τέχνῃ λαβεῖν δύναιτό τις, οὐκ ἄχαρι. Φ. Τίνων δή; *Cum autem in hæc forte fortuna inciderit sermo, si quis duarum specierum ipsam potestatem arte comprehendere possit, rem gratam faceret. PH. Quæ tandem sunt illæ?*

Cæterum notandum, ea, quæ hactenus dixi de interrogationibus, etiam posse referri ad usum παρακελευστικὸν, cujus non levem notam infert τὸ δή: qui enim cupidissimum audiendi animum ostendit, hortatur simul alterum ad respondendum. Ita apud Plat. lib. IV. de Rep. 421. [T. VI. p. 330. ed. Bip.] Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα; *Quænam hæc tandem?* Perinde est ac si dicat: Ἄγε δὴ, εἰπὲ, ποῖά ἐστι ταῦτα; Et, quia, qui hortatur, rem urget, nec moram patitur, hinc non obscurum Particulæ δὴ primitivæ notionis τοῦ ἤδη vestigium perspicitur: q. d. *Nunc jam mihi hoc expedi, nulla mora interposita.* Quod ad usum attinet, non multum differunt ποῖα μάλιστα; ut et πῶς δή; et πῶς μάλιστα; Vide, quo animi affectu, non sine obsecratione interroget Socrates apud eund. in Euthyph. pag. 5. lin. 29. Νῦν οὖν πρὸς Διὸς λέγε μοι, ὃ νῦν σαφῶς εἰδέναι διϊσχυρίζου· ποῖον δή τι τὸ εὐσεβὲς φῂς εἶναι καὶ τὸ ἀσεβές; *Nunc igitur per Jovem dic mihi, quod modo te nosse affirmabas: quid tandem statuis esse pium et impium?* Nec sine obsecratione πότερα δὴ legas apud Sophocl. in Philoct. v. 1228.

Πρὸς θεῶν πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε;

Per deos, dic mihi, utrum hæc dicas cavillans?

II. Ποῦ δὴ habes apud Plat. in Phædr. pag. 243. lin. 41. [T. X. p. 315. ed. Bip.] Ποῦ δή μοι ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον; *Ubi vero ille puer est, ad quem sermonem habebam?* Et apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 69. lin. 28. Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιγράνη, ποῦ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν; *Dic mihi, inquit, o Tigrane, ubi tandem vir ille est, qui nobiscum venabatur?*

III. Talia sunt et πῶς δή; [*Wie denn?*] ποῖ δή; [*Wohin denn?*] πόθεν δή; [*Woher denn?*] Vid. Plat. in Cratyl. pag. 408. lin. 20. [T. III. p. 280. ed. Bip.] ubi Socrati dicenti, Pani, Mercurii filio, duplicem naturam fuisse, idque vero non esse absimile, respondet Hermogenes: Πῶς δή; *Quomodo tandem?* Similiter in Phædr. pag. 242. lin. 35. [T. X. p. 312. ed. Bip.] dicenti Socrati: *Gravem, o Phædre, gravem sermonem et attulisti, et me quoque perorare coëgisti,* respondet Phædrus: Πῶς δή; Sic in initio

Digitized by Google

Phædri cupide interrogat Socrates: Ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; *O chare Phædre, quo tandem et unde?* Invenitur et interrupte, τί γὰρ δή; τί οὖν δή; et τί δὲ δή; sed de his infra.

IV. Admirationem, qua quis abreptus cupide rogat, auget Particula ποτὲ adjuncta, ut fiat τί δήποτε, πῶς δήποτε etc. Ita Plut. Quæst. Plat. init. Τί δήποτε τὸν Σωκράτην ὁ θεὸς μαιοῦσθαι μὲν ἐκέλευσεν ἑτέρους, αὐτὸν δὲ γεννᾷν ἀπεκώλυσεν; *Quid hoc tandem rei est, quod Socratem deus aliis obstetricis ministerium præstare jussit, ipsum vero gignere prohibuit?* Et Dem. de Fals. Legat .pag. 201. lin. 4. propositis iis, quorum rationem a legatis repetere deberet civitas, quasi se ipsum interrogans, aut alium admirantem et cupide rogantem inducens ait; Τί δήποτε τούτων; *Cur tandem horum?* Addatur Plat. in Protag. pag. 324. lin. 33. [T. III. p. 115. ed. Bipont.] Τί δήποτε οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς αὑτῶν υἱεῖς διδάσκουσιν, ἃ διδασκάλων ἔχεται, καὶ σοφοὺς ποιοῦσιν· ἣν δὲ αὐτοὶ ἀρετὴν ἀγαθοὶ, οὐδενὸς βελτίους ποιοῦσι; *Cur tandem viri boni in aliis quidem, ad quæ magistrorum desideratur labor, instituunt et peritos reddunt liberos suos; in ea vero virtute, qua ipsi excellunt, nihilo meliores reddunt?* At illud δήποτε relativis postpositum usum habet ἀοριστολογικὸν, (nam per se stare nequit,) et refert Latinorum *cunque*, ut ὅστις δήποτε, ὅπου δήποτε, οἷος δήποτε, ὅπως δήποτε et similia, id quod nonnunquam exprimit simplex δὴ, ut apud Plat. in Theæt. pag. 209. lin. 40. [T. II. p. 193. ed. Bip.] Ἢ μὲν σκυτάλης, ἢ ὑπέρου, ἢ ὅτου δὴ λέγεται περιτροπή. *Ita aut scytales, aut pistilli, aut cujuslibet rei dicitur circumvolutio.* Hæc si ita sunt, vide an ποτὲ in τί δήποτε abundet, ut vult Eustath. ad Hom. pag. 205. lin. 35.

V. Est et ubi τί δὴ vim habet increpantis, ut apud Homer. Il. Φ. v. 436.

Φοῖβε, τίη δὴ νῶϊ διέσταμεν; οὐδὲ ἔοικεν,
Ἀρξάντων ἑτέρων· τὸ μὲν αἴσχιον, αἴκ' ἀμαχητὶ
Ἴομεν Οὔλυμπόνδε Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ.

Phœbe, quid hic tandem stamus seorsim a reliquis? Neque enim fas est, dum alii certamen ineunt: hoc quidem turpe est, si sine pugna in cœlum imus, domum Jovis æneam.

VI. Nonnunquam τὸ δὴ præmittitur, sed præcedente δὲ, ut apud Plat. in Phædro pag. 242. lin. 33. [T. X. p. 312. ed. Bip.] Λέγεις δὲ δὴ τί; *Quid illud tandem est, quod dicis?* Et pag. 259. lin. 12. [ib. p. 348.] Ἔχουσι δὲ δὴ τί τοῦτο; *Quid vero hoc tandem est, quod habent?* Et apud Dem. de Fals. Legat. l. c. paulo post: Τῶν δὲ δὴ χρόνων διατί; ubi simul inest sensus μεταβατικός· nam, ubi dixerat, quarum rerum rationem civitas a legatis repetere deberet, et quare; transiens ad temporum rationem ait: *Temporum autem cur tandem?*

IV.

De Particula ΔΗ' *Inchoativa.*

I. Ex usu hortativo sponte fluit alius vicinus inchoativus, quo quis sese operi aut ad dicendum accingit, quod nunquam fit absque exhortatione: hanc ob causam in orationum primordiis adhibetur, ubi notat paratum dicentis animum, atque rei, quæ agenda est, sese accingentis. Sic Pisthæterus apud Aristoph. in Avib. v. 551. aves, quid agendum sit, moniturus, ita infit: Καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω, etc. q. d. *Age igitur, primum moneo.* [G. *Und also lehre ich euch nun fürs erste* etc.] Et Socrates apud Plat. in Phædro pag. 260. [T. X. p. 350. ed. Bip.] opinionem eorum, qui putant, bonum oratorem esse, qui dicere potest ea, quæ multitudini grata sunt, etiamsi hæc a veritate abhorrent, refutaturus his verbis ita se accingit: Ὧδε δὴ σκοπῶμεν αὐτό. *Age hoc modo disquiramus.* Quique loquitur apud eundem in Sympos. pag. 204. [T. X. p. 233. ed. Bip.] rogatus a Socrate, ut, exposita Amoris origine, nunc ipsius utilitatem explicet, ita se accingens respondet: Τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτα πειράσομαί σε διδάξαι. *Age, hoc deinceps te docere conabor.* Potest et temporis servari plena notio: *Hoc jam deinceps* etc. Et Nicocles apud Isocratem pag. 71. postquam multa de se ipso regnoque suo præfatus est, deinceps ad præcepta accessurus, ita infit: Φημὶ δὴ πράττειν ἕκαστον ὑμῶν, ἐφ' οἷς ἐφέστηκεν, ἐπιμελῶς καὶ δικαίως. *Præcipio igitur, ut unusquisque vestrum eas res, quibus gerendis præfectus est, diligenter et juste administret.*

II. Hinc præstat usum τοῦ μὲν δὴ, quod et ipsum creberrime in orationum initiis invenitur, ut abunde ad Vigerum dixi, et etiam inferius fusius exponam. Exemplum habes apud Aristot. lib. I. de Rep. cap. 2. init. qui, postquam cap. 1. necessaria præfatus erat, opus ipsum aggrediens ita incipit: Εἰ δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐν τούτοις, κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν. *Si quis igitur rerum nascentium originem inspiciat, ut in cæteris, ita etiam in his, hac ratione optime perspexerit.* Similiter Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 237. [ed. Bip. X. p. 300.] orationem orsurus, vocatis in auxilium Musis, ita infit: Ἦν οὕτω δὴ παῖς etc.

III. Neque tantum, ubi quis inchoat, hac Particula utitur, sed etiam, ubi alterius orationem incipientem narrat. Ita Thucyd. lib. IV. cap. 58. in fine, narraturus, quæ dixerit Hermocrates, ait: Καὶ Ἑρμοκράτης, ὁ Ἕρμωνος, Συρακούσιος, ὅσπερ καὶ ἔπεισε μάλιστα αὐτοὺς ἐς τὸ κοινὸν, τοιούτους δὴ λόγους εἶπεν. *Et Hermocrates, Hermonis filius, Syracusanus, qui ipsos etiam maxime communiter moverat, in hunc adeo modum verba fecit.* Nec mora, illico incipit ipsa oratio: Οὔτε πόλεως etc.

Digitized by Google

IV. Vel quum diversum quid a superioribus sunt allaturi, quod attentionem mereatur, tunc operi quasi sese accingentes, Particula δὴ utuntur, non sine exhortatione, qua se ipsi excitant. Ita Xenoph. Instit. lib. II. 1. 10. Ἔνθα [al. l. Ἐνταῦθα] δὴ εἰπεῖν λέγεται ὁ Κῦρος. Et ibid. 1. 14. ubi Cyrus, concione advocata, iterum verba facturus est: Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος καταθεὶς τὰ ὅπλα εἰς τὸ μέσον, ἔλεξε τοιάδε. *Atque ita Cyrus*, vel *Sic adeo Cyrus, ordinatis militibus, hujusmodi verba fecit.*

V. Adhæc, quia transitio est alterum quasi principium, hinc in transitionibus adhibetur, in quibus manifesta quoque est vis illa exhortatoria, ubi præmissa sermonis parte in sermocinationibus alter alterum monet, ut reliquum absolvat. Vid. Xen. lib. II. de Instit. pag. 39. Σὺ, ἔφη ὁ Κῦρος, πολεμίους λέγεις, ἱππέας μὲν εἰς ἑξακισμυρίους εἶναι, πελταστὰς δὲ καὶ τοξότας πλέον ἢ εἴκοσι μυριάδας. ἌΓΕ ΔῊ τῆς σῆς δυνάμεως τί πλῆθος φὴς εἶναι; *Hostium, inquit Cyrus, equites ad sexagies mille esse ais, peltatos et sagittarios ducenta millia excedere: age jam copiarum tuarum quantam ais esse multitudinem?* Plenior est transitio, quando μὲν præcedit, sequente δὲ δὴ, ut apud Plat. in Protag. pag. 358. init. [T. III. p. 184. ed. Bip.] Ταῦτα μὲν τοῖς πολλοῖς ἀποκεκριμένοι ἂν ἦμεν· ὑμᾶς δὲ δὴ μετὰ Πρωταγόρου ἐρωτῶ, Ἱππία τε καὶ Πρόδικε. *Atque hæc quidem hominibus de vulgo responderimus; sed vos nunc*, vel, *verum agite vos rogo.*

V.

De Particulæ ΔῊ *usu* ὑπερθετικῷ.

I. Est etiam hujus particulæ usus ὑπερθετικὸς h. e. gradationis index, quo notatur orationem ad majorem gradum aut ulteriorem terminum pervenisse. Ad hunc usum, ipsa Particulæ natura facem præferente, per gradus adscendam. Primus itaque gradus esto, qui novas orationi quasi vires addit, vel etiam, quum quis sese accingit ad novum orationis membrum aut novam rei explicationem: estque hic usus superioribus vicinus, quippe qui habet aliquod aut exhortandi, aut inchoandi, aut transeundi indicium; sæpe hæc omnia simul. Ita Plat. in Phædr. pag. 248. [T. X. p. 324. ed. Bip.] expositis duobus animarum in patriam suam cœlum redeuntium generibus, earumque conditionibus, ubi ad tertium genus accedit, αἱ δὲ δὴ ἄλλαι, inquit, γλιχόμεναι μὲν ἅπασαι τοῦ ἄνω, ἕπονται. *Jam vero aliæ animæ, omnes quidem superiorem illum locum affectantes, sequuntur.* Et pag. seq. [Bip. 327.] postquam dixerat, solum philosophum, qui in rerum divinarum contemplatione versatur, alas accipere; mox, quasi novas vires sumens, addit: Τοῖς δὲ δὴ τοιούτοις ἀνὴρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώμενος, τελέους ἀεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλεος ὄντως μόνος γίνεται. *Jam vero hujusmodi monitis qui recte utitur, perfectis semper ritibus initiatus, solus adeo revera perfectus evadit.* Sed clarius ibid. pag. 253. [Bip. 335.] ubi in medio sermone in-

Digitized by Google

jecta novæ rei mentione, novo tanquam animo ad eam explicandam accedit. Ἐὰν αἱρεθῇ· ἁλίσκεται δὲ δὴ ὁ αἱρεθεὶς τοιῷδε τρόπῳ. *Si captus sit: et vero capitur, qui capitur hoc modo.* Q. d. Ἄγε δὴ, σκοπῶμεν, ὃν τρόπον ἁλίσκεται. ἁλίσκεται οὖν ὁ αἱρεθεὶς etc.

II. Secundus gradus dabit orationis increscentis indicium. Ita apud Herodot. Clio. cap. 62. dicuntur Athenienses, quamdiu Pisistratus in Marathone agebat, id parum curavisse; ast, ubi cognoverunt; eum ad urbem movere, οὕτω δὴ βοηθέουσιν ἐπ' αὐτόν. *Sic demum auxilio adversus eum advolarunt.* Similiter apud Plat. in Phædr. pag. 260. [T. X. p. 350. ed. Bip.] *Si tibi,* inquit Socrates, *persuaderem, hostes te profligaturum, si equo utaris, et uterque nostrum, quid sit equus, nesciremus; sed ego id de te scirem, opinari te, equum esse ex cicuribus animantibus illud, quod maximis auribus sit instructum. Hoc,* inquit Phædrus, *ridiculum foret.* Tum Socrates, increscente opinionis absurditate: Οὔπω γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πείθοιμι, συντιθεὶς λόγον, ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου, ἵππον ἐπονομάζων, καὶ λέγων, ὡς παντὸς ἄξιον τὸ θρέμμα οἴκοι τε κεκτῆσθαι καὶ ἐπὶ στρατιᾶς, ἀποπολεμεῖν τε χρήσιμον καὶ προσενεγκεῖν δυνατὸν σκεύη, καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφέλιμον. *Nondum illud: ast vero, ubi serio persuaderem, composita oratione in laudem asini, quem equum appellarem, et dicerem, præstantissimum esse animal, si quis domi et militiæ uteretur, ad bellum utilissimum, et ad sarcinas ferendas aptum, et ad alia multa utile.* Q. d. *Nondum satis audivisti: sed accipe, quod magis est ridiculum.* Huc refer, quando de multis multa narrantur, in uno tamen atque item altero singulare quid, quo superioribus præstat, notatur; ad hoc ubi deventum est τῷ δὴ utuntur. Ita apud Plat. in Phædr. pag. 259. lin. 35. [p. 349. ed. Bip.] postquam Socrates aliis Musis alia attribuerat, laudaturus præ reliquis Calliopen et Uraniam, ait: Αἳ δὴ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι θείους τε καὶ ἀνθρωπίνους, ἱᾶσι καλλίστην φωνήν. *Quæ adeo maxime inter Musas circa res cœlestes, divinosque et humanos sermones versantes, suavissimam vocem emittunt.*

III. Tertius gradus notat, ad institutum terminum, quo contenderat, deductam esse orationem. Hic usus maxime apparet, quoties quis, repetito altius primordio, ad rem ipsam, quam explicare aut narrare proposuerat, accedit quasi spiritu erumpente. Ut, cum Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 238. [p. 303. ed. Bip.] ostendere conatur, non amanti potius obtemperandum esse, quam amanti; rem altius repetens, multa præmittit de duabus in homine potestatibus, ratione sana et cupiditate ei contraria, hujusque varias species enumerat, amorem quoque describit: tandem rem ipsam, quam intendebat, aggrediens ait: Ὃ μὲν δὴ τυγχάνει ὂν, περὶ οὗ βουλευτέον, εἴρηταί τε καὶ ὥρισται· βλέποντες δὲ δὴ πρὸς αὐτὸ, τὰ λοιπὰ λέγωμεν, τίς ὠφέλεια ἢ βλάβη ἀπό τε ἐρῶντος καὶ μὴ, τῷ χαριζομένῳ ἐξ εἰκότος συμβήσεται. *Atque ita, quid illud sit, de quo consultandum est, dictum est et definitum. Ad illud vero respicientes, reliqua persequamur, quæ utilitas vel damnum ab amante et non amante ad eum redundet me-*

Digitized by Google

rito, qui ei obsequitur. Propositus terminus significatur ἐν ταῖς τῶν παραβολῶν ἀποδόσεσι, quando res explicanda similitudinem sequitur; est enim ἀπόδοσις, similitudinis accommodatio, quam imprimis spectamus, paululum ante morati. Similitudinem habes in Enchir. Epict. cap. 32. *Si quis*, inquit, *dato obolo, lactucas accipiat; tu vero, non dato, non accipias, ne putes, deteriori te esse conditione eo, qui acceperit: nam, ut ille lactucas habet, sic tu obolum, quem non dedisti.* Tum sequitur ἀπόδοσις accommodans præcedentia ei, qui ad convivium vocatus non erat: Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα· οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον etc. *Eodem plane modo hic quoque se res habet: Non vocatus es ad convivium alicujus? Non dedisti enim vocanti, quanti cœnam vendit.*

IV. Quartus sive summus gradus indicat ad supremum quasi fastigium deductam orationem. Xenoph. Cyrop. III. 1. 13. in judicio Armenii: Si quis, inquit Cyrus, bello captus, jugum excutere et se dominio subtrahere conaretur, quid faceres? Plecterem, inquit, Armenius. Pergit Cyrus; si quis cum imperio sit, et delinquat, eum cum potestate esse patereris, an alium constitueres? Alium, respondet alter, constituerem. Quid si opes possideat? Eriperem. Si ad hostes deficiat? Occiderem, inquit Armenius; præstat enim vera dicentem, quam falsa, mori. Ad hoc confessionis fastigium ubi pervenerat, suæque tanquam mortis sententiæ subscripserat, hujus rei indicem τὸ δὴ statim subjungit Xenophon. Ἐνταῦθα δὴ ὁ μὲν παῖς αὐτοῦ, ὡς ἤκουσε ταῦτα, περιεσπάσατο τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους κατερρήξατο, αἱ δὲ γυναῖκες ἀναβοήσασαι ἐδρύπτοντο, ὡς οἰχομένου τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπολωλότων πάντων σφῶν ἤδη. *Hic vero filius ejus, ut talia audivit, tiaram discerpsit et vestes discidit, et mulieres, sublato clamore, unguibus ora lacerabant, quasi jam periisset pater, et de omnibus ipsis actum esset.* In talibus Latini utuntur particulis *vero*, [vel *igitur.* Sic Xenoph. Cyrop. VII. 2. 23. ubi Crœsus causas recenset, quibus ad bellum cum Cyro gerendum inductus fuerit, etsi jam antea, quam id sibi periculosum esset, usus docuerat: Νῦν δ' αὖ πάλιν ὑπό τε πλούτου τοῦ παρόντος διαθρυπτόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν δεομένων μου προστάτην γενέσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν δώρων, ὧν ἐδίδοσάν μοι, καὶ ὑπ' ἀνθρώπων, οἵ με κολακεύοντες ἔλεγον, ὡς εἰ ἐθέλοιμι ἄρχειν, πάντες ἂν ἐμοὶ πείθοιντο, καὶ μέγιστος ἂν εἴην ἀνθρώπων, ὑπὸ τοιούτων ΔΗ' λόγων ἀναφυσώμενος ὑπεδεξάμην τὴν στρατηγίαν. *Nunc vero vicissim, iterum divitiis elatus, et precibus eorum, qui a me petebant, ut imperium reciperem, et donis, quibus me honorabant, et blanditiis hominum, me, si imperator esse vellem, maximum hominem futurum esse dicentium, his igitur sermonibus inflatus recepi imperium.*]

V. Hinc aptissime jungitur superlativis, quippe quibus cognatam habet potestatem. Thucyd. lib. VIII. cap. 1. Πάντα δὲ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐλύπει τε καὶ περιειστήκει ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ φόβος τε καὶ κατάπληξις μεγίστη δή. *Omnia undique eos affligebant, et propter id, quod acciderat, circumstabat pavor et consternatio vero maxima.*

Digitized by Google

Plat. in Critia pag. 113. lin. 25. [T. X. p. 48. ed. Bip.] Πρὸς θαλάττῃ μὲν, κατὰ δὲ μέσον πάσης (νήσου) πεδίον ἦν, ὃ δὴ πάντων πεδίων κάλλιστον γενέσθαι λέγεται. *Ad mare, in media tamen insula planities erat, quæ omnium sane pulcerrima fuisse dicitur.* Rursus Thucyd. non longe ab ipso historiæ primordio: Κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. *Hic enim motus maximus sane est eorum, qui in Græcia exorti sunt.* Sic lib. IV. cap. 55. Εἴπερ ποτὲ, μάλιστα δή. *Si unquam alias, tunc maxime.*

VI. Nec tantum jungitur superlativis, sed et superlativorum naturam habentibus, ut in ὅσα δὴ, οἷα δὴ, et similibus. Aristoph. Acharn. init. Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. *Quam multa sunt, quæ cor meum mordent!* Schol. Θαυμαστὸν τὸ ὅσα ἀντὶ τοῦ πολλά.

VII. Hinc reddendum nonnunquam *maxime, imprimis, ante omnia.* Ut quum apud Xenoph. Cyrop. I. 6. 21. Cambyses dixisset homines admodum libenter iis obedire, quos putent de salute sua dispicere, subdit hæc: Γνοίης δ' ἂν, ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει, ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς προθύμως τοὺς ἐπιτάξοντας ὅ τι χρὴ ποιεῖν καλοῦσι, καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ etc. *Hæc autem ita se habere cum in multis aliis rebus facile intelligas, tum imprimis et in ægrotantibus, observando, quam cupide eos, qui sibi quid faciendum sit imperent, advocare soleant, et in mari vero* etc.

VIII. Ubi vel ad temporis vel ad rei, quæ vel narratur acta, vel proponitur agenda, certum terminum perventum sit, utuntur Græci τότε δὴ, Latini *tum vero, tum demum.* Ita Hesiod. Ἔργ. v. 452. ubi, inquit, vocem gruis audieris, hyemem imbriferam indicantis,

Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βοῦς ἔνδον ἐόντας.

Tum demum saturandi boves camuri in stabulis. Et paulo post:

Εὖτ' ἂν δὴ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη,
Δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτός.

Ubi prius δὴ notat *jam,* posterius *vero.* *Quum jam primum arationis tempus mortalibus apparuerit, tum vero opus aggrediendum tibique servisque tuis.* Xenoph. Cyrop. III. 3. 24. Ἡνίκα δὲ προσιόντες ἐλέγοντο ἐκ ἔτι δέχ' ἡμερῶν ἀπέχειν ὁδὸν, τότε δὴ ὁ Κῦρος λέγει. *Quum vero advenire, nec longius decem dierum itinere abesse dicebantur, tum vero dixit Cyrus.* Thucyd. lib. IV. cap. 127. Ὡς αὐτοῖς αἱ ἐκδρομαὶ, ὅπῃ προσπίπτοιεν, ἀπήντων etc. τότε δὴ τῶν μετὰ τοῦ Βρασίδου Ἑλλήνων ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἀπέσχοντο. *Tunc vero a Græcis, qui cum Brasida erant in apertis campis, plerique barbarorum abstinebant.*

Auget multum emphasin τότε repetitum post δὴ, ut apud De-

mosth. de Cor. pag. 319. C. ubi loquitur de proditore: *Nemo,* inquit, *sumtus facit, ut iis proditoris emolumentum promoveat;* item alia; mox: Ἀλλ' ἐπειδὰν πραγμάτων ἐγκρατὴς ὁ ζητῶν ἄρχειν καταστῇ, καὶ τῶν ταῦτα ἀποδομένων δεσπότης ἐστὶ, τὴν δὲ πονηρίαν εἰδὼς (fortasse τῶνδε), τότε δὴ τότε καὶ μισεῖ, καὶ ἀπιστεῖ, καὶ προπηλακίζει. *Ast, postquam, qui imperio inhiabat, rerum potitus est, eorum quoque, qui ipsi hoc prodiderunt, dominus factus, tum vero tum, nequitiæ horum gnarus, et odit, et diffidit, et insectatur probris.* Similiter Aristides Orat. pro Quatuorviris pag. 320. init. de felici Themistoclis consilio post pugnam navalem apud Artemisium, postquam classiarios videbat perterritos, nec manere audentes, subdit: Τόδε δὴ τότε ὑπὲρ πάντας ἰατροὺς πρὸς ἀνάγκην καὶ πρὸς ἀηδίαν σώζοντας ἐπάγει τοὺς βαρβάρους αὐτοῖς. *Tum vero tum quovis medico præstantius excogitavit remedium, necessarium, quanquam minus gratum, barbaros, qui servarent, in ipsos concitans.* Phryx quoque apud Euripid. in Orest. ubi multa, quæ ab Oreste et Pylade in Helenam irruentibus facta erant, præmiserat, et eo devenerat, ut pugnam commissam esse narraret, hæc addit v. 1483.

Τότε δὴ τότε διαπρεπεῖς
Ἐγένοντο Φρύγες.—

Tunc vero, tunc conspicui fuere Phryges.

VI.

De Particula ΔΗ *Confirmativa.*

I. Ab usu ὑπερθετικῷ non prorsus aliena est potestas βεβαιωτική: idem enim animi impetus, qui conspicitur in sensu superlativo, si versatur in re confirmanda, in confirmantis verbis exseritur per particulam δὴ, quam ideo reddunt Latini *profecto, sane, adeo,* [G. *gewiss, fürwahr, doch gewiss*] sive confirmandum venit enunciatum sive negandum, ut apud Plat. in Euthyphr. init. Οὔτοι δὴ Ἀθηναῖοί γε, ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. *Profecto, o Euthyphro, Athenienses certe, hanc non litem, sed accusationem appellant.* Hinc, ubi hanc potestatem exercet, sæpe jungitur superlativis. Ita item Plat. lib. V. de Rep. pag. 450. lin. 23. [T. VII. p. 5. ed. Bip.] loquens de liberorum institutione, ait: Ἣ δὴ ἐπιπονωτάτη δοκεῖ εἶναι. *Quæ profecto videtur esse loboriosissima.* Confirmandi vim habet in illo ejusdem in Phædr. pag. 249. [T. X. p. 327. ed. Bip.] Διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια. *Merito sane hinc sola philosophorum cogitatio accipit alas.* Confer pag. 258. [p. 347.] Οὐ γάρ που ἐκείνων γε (ἡδονῶν ἕνεκα), ὧν προλυπηθῆναι δεῖ, ὃ δὴ ὀλίγου πᾶσαι αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι. *Non utique illarum voluptatum gratia, quas dolorem antecedere necesse est: id quod profecto fere omnes voluptates corporeæ habent.* Rursus lib. V. de Rep. pag.

Digitized by Google

455. [T. VII. p. 15. ed. Bip.] ostendens, quibus in rebus fœminæ viris præstare recte dicantur, recenset artem texendi, et placentarum opsoniorumque confectionem; idque confirmans addit: ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι. *In his sane excellens quippiam muliebre genus habere videtur.*

II. Hinc optime quadrat responsionibus affirmativis, quoties alterius sententiam nostris verbis asseveramus. Plat. in Phædr. pag. 258. lin. 33. [ed. Bip. X. 346.] Ἀλλ' ἐκεῖνο οἶμαί γε αἰσχρὸν ἤδη τὸ μὴ καλῶς λέγειν τε καὶ γράφειν, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς. ΦΑΙΔΡ. Δῆλον δή. *At illud quidem, opinor, jam turpe est, non pulcre dicere et scribere, sed turpiter et male. Phædr. Constat sane.* Hinc illa δηλαδὴ conflata vox ex δῆλα, *manifesta*, et δὴ βεβαιωτικῷ, ut ap. eund. in Criton. p. 47. l. 17. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους καὶ ἀσπάζεσθαι τοὺς ἐπαίνους τοὺς τοῦ ἑνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν; ΚΡ. Δηλαδή. *An oportet igitur revereri reprehensiones, et amplecti laudes ejus unius, et non multitudinis? CR. Maxime.* Talia sunt καὶ μάλα δή, ὑπερφυῶς δή, et si qua alia. Alioqui δηλαδὴ servit propriæ sententiæ asseverandæ, ut apud Plat. in Phæd. pag. 80. lin. 7. roganti: Ποτέρῳ οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; respondetur: Δηλαδὴ ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ τῷ θείῳ, τὸ δὲ σῶμα τῷ θνητῷ. *Constat sane, animam divino, corpus mortali simile esse.*

III. Neque hunc usum prorsus amittit in interrogationibus, quando scilicet cum admiratione, aut concitato etiam animo interrogamus; ut apud Aristoph. in Acharn. v. 310. Postquam Dicæarchus dixisset:

> Οἶδ' ἐγώ, καὶ τοὺς Λάκωνας, οἷς ἄγαν ἐγκείμεθα,
> Οὐχ ἁπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων.

id est: *Novi ego et Lacedæmonios, quibus nimium infensi sumus, non omnium turbarum nobis esse auctores.* respondet Chorus:

> Οὐχ ἁπάντων, ὦ πανοῦργε; Ταῦτα δὴ τολμᾷς λέγειν;

Non omnium, o sceleste? Audesne sane hæc dicere?

IV. Ad sensum βεβαιωτικὸν potest referri, quum ironice adhibetur, ut in illo Luciani Advers. Indoct. pag. 105. Loquitur de quodam divite, qui, dum iter per nives fecerat, pedes ex frigore amiserat, sibique ligneos pedes fecerat; id tamen ridicule factitarat: Κρηπῖδας γὰρ καλλίστας ἐωνεῖτο νεοτμήτους ἀεί, καὶ τὴν πλείστην πραγματείαν περὶ ταύτας εἶχεν, ὡς καλλίστοις ὑποδήμασι κεκοσμημένα εἴη αὐτῷ τὰ ξύλα, οἱ πόδες δή. *Crepidas enim semper pulcerrimas emebat recenti opere, multusque erat in iis curandis et ornandis, ut quam pulcerrimis calceis ornata haberet ligna sua, pedes videlicet.*

V. In sensu ironico fere subjungitur Particulæ ὡς, ubi significat

Digitized by Google

speciosam veritatis simulationem, [G. *Gerade als ob*] ut apud Hom. Il. Α. v. 110.

> Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις,
> Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει,
> Οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα
> Οὐκ ἔθελον δέξασθαι.—

Et nunc inter Danaos vaticinans concionaris, quasi revera ob id ipsum jaculator Apollo calamitates immittat, quod ego accipere nolui splendida redemtionis pretia puellæ Chryseidis. Ita Polus apud Plat. in Gorg. pag. 468. sub fin. [T. IV. p. 69. ed. Bip.] Ὡς δὴ σύ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν, ὅ τι δοκεῖ σοι ἐν τῇ πόλει μᾶλλον ἢ μή. *Quasi revera, o Socrates, non malles, licere tibi in civitate, quod lubeat, facere, quam contra.* Similiter Lucian. advers. Indoct. *Tu,* inquit, *libros volvis, glutinas, cedro inungis, variisque modis adornas,* ὡς δή τι ἀπολαύσων αὐτῶν. *Quasi revera aliquem illorum fructum capturus.*

VI. At ἐν τοῖς ἀναφορικοῖς καὶ ὁμοιωματικοῖς levior est illa βεβαίωσις, ut fere in ὃς δή, οἷον δή, οἷα δή, quandoque et in ὡς δή, et similibus, unde hic τὸ δή, abundare volunt, cum tamen in his, servata nativa potestate, nonnihil tantum de emphasi remittit, quare in his Latine commode reddunt, *nempe, scilicet.* v. c. Plat. de Rep. lib. IV. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] Οὐδ' ἀναλίσκειν, ἄν πη βούλωνται ἄλλοσε, οἷα δὴ εὐδαίμονες δοκοῦντες εἶναι ἀναλίσκουσι. *Neque illis liceat pecuniam, sicubi voluerint, impendere, ut scilicet, qui beati censentur, impendunt.* Et in Critia pag. 113. [T. X. p. 49. ed. Bip.] Αὐτὸς δὲ τὴν ἐν μέσῳ νῆσον, οἷα δὴ θεός, εὐμαρῶς διεκόσμησεν. *Ipse insulam, quæ media est, utpote deus, facile exornavit.* Exserit se magis vis βεβαιωτική, quando sic verba redduntur: *Facile exornavit, utpote Deus, qui vere est,* vel, *quippe qui vere deus est.* Dixi, leviorem esse βεβαίωσιν in his, ut fere in ὃς δή, nam post relativa sæpissime servat emphasin, ut apud eundem in Phædro (loco supra allato) pag. 258. Οὐ γάρ που ἐκείνων γε (ἡδονῶν ἕνεκα) ὧν προλυπηθῆναι δεῖ, ὃ δὴ ὀλίγου πᾶσαι αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι. Vertas utrovis modo, *Quod nempe,* et, *Quod sane.* Neque hic suum *adeo* destituit Latinos; ita enim Sallust. B. C. cap. 37. *Cuncta plebes, novarum rerum studio, Catilinæ incepta probabat. Id adeo more suo videbatur facere.* Aristoteles inter οἷον et δή voculam interponit, lib. I. de Rep. pag. 185. lin. 18. Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων, οἷον Χάρητι δὴ τῷ Παρίῳ, καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ. *Quandoquidem de his scripta aliorum exstant, ut nempe charetis Parii et Apollodori Lemnii.*

ΔΗΠΟΥ.

I. Si που in δήπου adhibetur τοπικῶς, per se spectanda est utraque Particula, et neutra alteram afficit, nec singularem in hoc com-

mentario locum meretur. Tale est illud Homeri Odyss. Α. v. 161.

Ἀνέρος, ὗ δή πυ λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ.

Viri, cujus alba ossa jam alicubi putrefiunt imbre.

II. Sed frequentius utraque coalescit Particula in unam vocem, conflatam ex δὴ, ut plurimum confirmativo, et πυ conjecturali, imminuitque τὸ πυ τῦ δὴ vim asseverandi, prævalente interdum sensu confirmativo, interdum conjecturali, ita ut totum fere dubitativum videatur; ut, cum Andromache apud Hom. Il. Ω. v. 736. conjicit, aliquem Achivorum, cujus vel fratrem, vel patrem, vel natum Hector in prælio occiderit, vindictæ cupidum, Astyanacta crudeli nece esse obtruncaturum:

——Ἤ τις Ἀχαιῶν
Ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργυ λυγρὸν ὄλεθρον,
Χωόμενος, ᾧτινι δήπυ ἀδελφεὸν ἔκτανεν Ἕκτωρ,
Ἢ πατέρ', ἠὲ καὶ υἱόν.——

Cujus forte vel fratrem interfecerit, vel patrem, vel filium.

III. Plerumque tamen utriusque Particulæ potestas naturalis servatur, et asseverationi mistus est sensus conjecturalis: estque ejus frequentissimus usus, quando nostræ opinioni diffidentes, aut certe diffidere nos fingentes, alterius assensum hoc modo elicimus. Redditur tunc commode, *nonne? opinor, si bene memini.* [G. *doch wohl*, vel *sollt' ich denken.*] Ut apud Plat. in Parmenid. pag. 146. init. [T. X. p. 113. ed. Bip.] Τὸ δέ γε ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ ὂν, ἑστὸς δήπυ ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. *Id certe, quod in eodem est semper, stare necesse est. Nonne?* Respondetur, Πάνυγε. Et apud Dem. Olynth. III. pag. 11. lin. 41. Ὅτι μὲν γὰρ εἰς τῦτο περιστήσεται τὰ πράγματα, ἐὰν τὰ παρόντα προώμεθα, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες δήπυ. *Namque hanc rerum futuram esse faciem, si præsentia neglexerimus, tantum non omnes scimus, opinor.* Tale est illud ejusdem Philipp. IV. non longe a principio: Οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπυ. *Nemo, opinor, ignorat.* Et de Fals. Leg. pag. 233. Μέμνησθε γὰρ δήπυ λέγοντ' αὐτόν. *Meministis enim, opinor, dixisse eum.*

IV. Adhibetur et, ut simplex δὴ, sensu ironico a Dem. de Fals. Leg. pag. 232. Ἔτι τοίνυν ἰαμβεῖα δήπυ συλλέξας ἐπέραινεν. *Præterea collegit quoque, et, si diis placet, recitavit iambica.* ubi nulla est dubitatio, sed et asseveratio et assensus emendicatio vertitur in charientismum.

V. Fere asseverationis quam conjecturæ vis potentior est; nec inelegans usus est, quando oratio interrogative proferri potest: asseveramus tunc quidem, non tamen sine nulla conjectura aut dubitatione, præcedente negativo. Ita Dicæopolis apud Aristoph. Acharn. v. 122.

Digitized by Google

Ὁδὶ δὲ, τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων;

Hic vero quis tandem est? Non utique Strato? [G. *Es ist doch wohl nicht Strato?* Norat, non esse Stratonem, sed propter similitudinem dubitare se fingit.]

VI. In responsionibus hic est usus, ut, quod respondendo asseveramus, id quoque a rogantis assensu suspendamus. Exempla sunt apud Platonem plurima. Ita πάντως δήπου, *omnino, mea quidem sententia,* in Euthyph. pag. 5. lin. 34. Sic in Theæt. pag. 163. lin. 42. [T. II. p. 94. ed. Bip.] Σ. Μνήμην οὐ λέγεις μέντοι τι; Θ. Ναί. Σ. Πότερον οὐδενὸς ἢ τινός; Θ. Τινὸς δήπου. *S. Memoriam nonne dicis aliquid esse? TH. Dico. S. Utrum nullius, an alicujus? Th. Alicujus, opinor.* q. d. *Nonne et tu idem sentis?* Et in Phædro pag. 263. [T. X. p. 357. ed. Bip.] Σ. Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή; Φ. Τῶν ἀμφισβητησίμων δήπου. *S. Quid igitur? Amorem utrum dicemus esse ex eorum genere, quæ in controversiam cadunt, nec ne? PH. Ex eorum crediderim, quæ cadunt in controversiam.*

VII. Est et ubi languet adeo vis στοχαστικὴ, ut plane evanescere videatur, vel potius βεβαίωσις et στοχασμὸς ad duo diversa referri debeant; [ubi δήπου Germanice redditur: *doch, doch gewiss, doch sicherlich.*] Manifestum hoc est in verbis Apostoli ad Hebræos scribentis cap. II. comm. 16. Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται. *Nam angelos utique non recipit.* Hic si Particulam conjecturalem που vim τοῦ δή aliquatenus imminuere dicamus, videbitur Apostolus de rei certitudine quodammodo dubitare; quod absit. Quis itaque τοῦ στοχασμοῦ relinquitur locus? Hic referendus est ad eos, quos Paulus alloquitur; q. d. *Profecto non recipit angelos, quod vos utique non ignoratis.* Utimur ergo Particula δήπου, quum simul aliquid asseveramus, et alterius super eo sententiam consentientem elicere volumus. Nequaquam igitur hic imminuitur vis asseverandi; imo testatur δήπου animos propositæ veritatis conscios. [Sic Apostoli dictum Germanice reddas licet: *Denn er nahm sich ja doch nicht der Engel an.*] Sic et veteres locutos fuisse, abunde liquet, ut apud Demosth. pro Cor. pag. 315. lin. 51. Εἰ γὰρ εἶναί τινα δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδικήματα, οὐδέν ἐστι δήπου πρὸς ἐμέ. *Nam, si vel maxime in his peccatum esse videatur, hoc utique ad me nihil pertinet.* ubi τὸ που de asseveratione τοῦ δὴ nihil derogat; nam hoc agit Orator, ut ostendat, quicquid ejus rei factum sit, culpa non factum esse sua; idque affirmat ope Particulæ δὴ, adeo ut που vix videatur στοχαστικὸν sed ipsius officium esse affirmationem aliis quasi extorquere. Tale est illud Platonis in Apol. Socr. pag. 20. in fin. Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε δήπου. *Nostis utique Chærephontem.* ubi nullo modo extenuari asseverationis vim liquet, cum, paucis interjectis, ait: Ἴστε δὴ, οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε. *Novistis sane, qualis esset Chærephon, et quam vehemens natura, cum alicujus rei impetus eum ceperat.* Nam cum majus asseveret mera Particula δὴ, cur composita δήπου de minori dubitaret? Si enim noscebant Athenien-

ses Chærephontis naturam, quod asseveratur simpliciter, non potuerunt ipsius nomen ignorare.

VIII. Additur et Particula γε περιγραφικὴ, ut plurimum in negativis, et interposito inter δήπε et γε vocabulo, ita ut δὴ asseveret, γε restringat, et πε assensum eliciat, atque ita tres hæ Particulæ suo egregie officio fungantur: ut apud Plat. Apol. Socr. pag. 21. Τί ἄν ποτε λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; ὁ γὰρ δήπε ψεύδεταί γε. *Quid tandem vult oraculum, quum dicit, me esse sapientissimum? Non enim utique hoc saltèm mentitur.* ubi τὸ δὴ asseverat oraculum non mentiri: γε vero restringit, q. d. εἰ τὰ μὲν ἄλλα τῦ θεῦ ἀμφισβητήτως κεῖται, ἀλλὰ τῦτό γε σαφέστατα λέλεκται. Denique τὸ πε ostendit, Socratem credidisse, hoc pro comperto haberi, non mentiri oraculum. Vide et eundem in Sympos. pag. 187. lin. 12. [T. X. p. 196. ed. Bip.] Οὐ γὰρ δήπε ἐκ διαφερομένων γε ἔτι τῦ ὀξέος καὶ βαρέος ἁρμονία ἂν εἴη. *Non enim utique ex iis certe, quæ sunt manentque discrepantia, ex acuto et gravi concentus fieri possit.* q. d. *Quæcunque sunt, ex quibus concentus constat, ex his saltem, opinor, fieri non possit.* Hæc enim omnia per δήπε γε significantur, quod Latinis est *utique*, quo in simili forma utitur Curtius lib. VII. 1. 23. *Corporibus nostris, quæ utique non odimus,* ἃ δήπε ὁ μισῦμέν γε, *infestas admovemus manus.*

ΔΗΘΕΝ ET ΔΗΠΟΥΘΕΝ.

I. Particulæ δὴ subjungitur θεν, significans *terminum, a quo*, ut totum hoc δῆθεν videatur poni pro ἀπὸ τῦ δὴ, id est, ἀπὸ τῦ νῦν, *statim, illico, sine mora, ab hoc ipso temporis puncto.* Talem certe videntur sensum præstare illa apud Euripid. Orest. v. 1119.

Εἴρξομεν ἐς οἴκες δῆθεν, ὡς θανέμενοι.

Intremus ædes illico, ut morituri. Huic notioni, quæ, si vera est, primaria fuerit, favet Hesychius, τὸ δῆθεν explicans non solum per ὡς δὴ, ἢ φησὶ, sed etiam per ἐντεῦθεν.

II. Sed longe frequentior usus nascitur ex τῦ δὴ sensu βεβαιωτικῦ, in causis tamen fictis potius, quam veris, veritatemque speciosa simulatione tegit. Unde Suidas de hac Particula: Προσποίησιν ἀληθείας ἔχει, δύναμιν δὲ ψεύδες. *Speciem habet veritatis, sed vim mendacii.* Exempla quære apud eundem et H. Stephanum. Adi Euripid. in Orest. v. 1320.

Κἀγὼ σκυθρωπὲς ὀμμάτων ἕξω κόρας,
Ὡς δῆθεν ἐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα.

Et ego tetricas oculorum pupillas fingam, quasi sim ignara eorum, quæ facta sunt. [G. *gerade als ob ich nicht wüste* etc.] Heliod.

Digitized by Google

Æthiop. lib. 1. cap. 30. Αὐτὸς δῆθεν, ὡς Θέρμουθιν ἐπιζητήσων, καὶ τοῖς ἑστίοις θεοῖς κατευξόμενος, ἕπεσθαί τε μηδενὶ συγχωρήσας, ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἐμμανὴς ἀνέστρεφε. *Ipse, quasi Thermuthin inquisiturus, et Deos penates precaturus, nemini sequendi se copia facta, ad domunculam furens revertebatur.* Hinc δῆθεν, et τὸ ἀληθὲς opponit Heliod. Æthiop. lib. 1. cap. 14. Θρήνων οὐκ ἐπαύετο, δῆθεν μὲν τοῦ ἐπί σοι, τὸ δ' ἀληθὲς τοῦ ἐφ' ἑαυτῇ. *Lamenta non intermittebat, quasi propter casum tuum, sed revera ob sortem suam.*

III. Dubitativum esse Adverbium ait Eustath. ad Odyss. A. 1407. lin. 15. sed exemplum desideratur.

IV. At δήπουθεν diversum habet usum, nempe in illis asseverationibus, quas ex alterius assensu et consentiente sententia suspendimus; plane ut δήπου, cujus naturam et usum modo satis et abunde exposui: omnia hic gemina puta; nam qualemcunque comminisci differentiam, superstitiosum sit ac frivolum: quare missis inutilibus repetitionibus, pauca exempla suggerere suffecerit. Utitur Demosth. de Class. pag. 76. lin. 50. Εἰ δ' ἄρα παντάπασί τις οὕτως οἴεται φύσει δυστυχεῖς Θηβαίους εἶναι, ἐκεῖνό γε δήπουθεν ἅπαντες ἐπίστασθε, ὅτι, Θηβαίων τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν. *Quod si quis forte Thebanos natura tam infelices esse putat, illud saltem novistis utique omnes, Thebanis* (Philippi) *partes sequentibus, necesse esse, ut illorum hostes cum Græcis faciant.* Et de Fals. Legat. pag. 205. Μεμαρτύρηται δὲ δήπουθεν ὑμῖν ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις. *Testatum utique publice habuistis sæpe.* Adv. Mid. pag. 398. Ἑστάναι γὰρ ἐξέσται δήπουθεν αὐτῷ. *Stare enim, opinor, ei licebit.* Lucian. Lexiphan. tom. II. pag. 336. Μετὰ δὲ τὸν πότον συνυθλήσομεν, οἷα καὶ ἄττ' εἰώθαμεν· οὐ γὰρ ἄκαιρον δήπουθεν ἐνοινοφλύειν. *Post potum connugabimur, qualia et quæ solemus: nam inter vina garrire utique intempestivum non est.* Aristoph. Plut. v. 140.

——Οὐκ ἔσθ' ὅπως
Ὠνήσεται δήπουθεν, ἢν σὺ μὴ παρὼν
Αὐτὸς διδῷς τ' ἀργύριον.——

Non erit, unde quispiam utique amat, nisi tute præsens pecuniam dederis. Sæpe redditur, ut δήπου, commode, *nonne?* ut apud eundem in Vesp. v. 295. Εἰπὲ, τί βούλει με πρίασθαι καλόν; Οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ. *Quid tibi vis emam elegans? dic. Dicere te, opinor, astragalos, o fili: nonne?*

ΔΗΤΑ.

I. Vereor, ut Hesychius et Suidas τὸ δῆτα et οὕτω, tanquam ἰσοδυναμοῦντα, recte conjungant, quanquam in plerisque locis hæc explicatio satis congruere videtur, maxime ἐν τοῖς ἀπαγορευτικοῖς, ut μὴ δῆτα, et in negativis οὐ δῆτα, *non ita.* Ex sequentibus lique-

Digitized by Google

bit, τὸ δῆτα ἀντὶ τῦ δὴ usurpari, quippe cujus omnes potestates et usus servat. Quod ad primariam τῦ δὴ, significantis *jam*, notionem attinet, et hic auctoritatem satis firmam desidero, nisi quod suggerit duo exempla Devarius ex Synesio et Xenophonte, in quibus τὸ δὴ vacare Budæus ait, cum ipse vertat *jam:* ex Synesio: Καὶ δῆτα διαλέξομαι πρὸς σέ. reddit: *Jamque tecum colloquar.* et ex Xenophonte: Πολὺν δὲ λόγον ἐχόντων τινῶν περὶ αὐτῦ ἤκουν, καὶ δῆτα ἠρόμην. reddit: *Jamque interrogabam*, id est, *interrogare cœpi.*

II. Ut τῷ δὴ, ita τῷ δῆτα sensum παρακελευστικὸν merito adjudicari, [G. *denn, denn doch.*] evincunt verba Orestis apud Eurip. in Oreste v. 220.

Λαβῦ, λαβῦ δῆτ', ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίυ
Στόματος ἀφρώδη πέλανον, ὀμμάτων τ' ἐμῶν.

Legit H. Stephanus, ὀμμάτων τ' ἄπο. *Prehende, prehende jam*, sive, *Age, prehende, et absterge ab ore et oculis meis miseri spumeas sordes concretas.* Sic et v. 1231. Ὦ πάτερ, ἵκυ δῆτα. Adde Aristoph. in Vesp. v. 331. Ἢ δῆτα λίθον με ποίησον. *Vel fac adeo me lapidem.*

III. Hinc convenit precantibus et obtestantibus, ut apud Euripid. in Oreste v. 92:

Πρὸς θεῶν, πίθοι' ἂν δῆτά μοί τι, παρθένε.

Obtestor te per deos, o virgo, hoc mihi appone gratiæ.

IV. Nec non deprecantibus, ut apud Aristoph. in Nub. v. 696. ubi Socrati Strepsiadem recumbere jubenti respondet ille: Μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθάδε. *At ne hic, obsecro te.* [G. *Aber denn doch nur hier nicht.*]

V. Utuntur et Græci, quando aversationem exprimere volunt. Euripid. in Orest. v. 1329.

ΗΛ. Θανεῖν Ὀρέστην κἀμ' ἔδοξε τῇδε γῇ.
ΕΡ. Μὴ δῆτα.——

EL. Decretum est civitati, Oresti mihique moriendum. HER. Absit. Et in Phœniss. v. 742. Eteocli consulenti, num traderet urbem, respondet Creon. Μὴ δῆτα. *Absit.* Demosth. in Midiana pag. 410. C. Μὴ τοίνυν αὐτοὶ καθ' ὑμῶν αὐτῶν δεῖγμα τοιῦτον ἐξενέγκατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς ἄρα ὑμεῖς, ἂν μὲν τῶν μετρίων τινὰ καὶ δημοτικῶν λάβητε ὁτιῦν ἀδικῦντα, ὔτ' ἐλεήσετε, ὔτ' ἀφήσετε, ἀλλ' ἀποκτενεῖτε, ἢ ἀτιμώσετε· ἂν δὲ πλύσιος ὤν τις ὑβρίσῃ, συγγνώμην ἕξετε. Μὴ δῆτα· ὐ γὰρ δίκαιον. *Ne igitur ipsi in vosmet ipsos tale exemplum præbete, Athenienses, ut, si quem tenuium et plebeiorum in quocunque crimine*

Digitized by Google

deprehendatis, eum nulla misericordia aut venia dignemini, sed occidatis aut infamia notetis; sin opulentus quispiam per libidinem quævis designarit, ei veniam detis. Absit: non enim æquum.

VI. Ubi levior est affectus, commodius redditur *μὴ δῆτα nequaquam, minime.* ut apud Sophocl. in Philoct. v. 761. ubi Neoptolemo roganti: *Visne, ut te apprehendam?* respondet Philoctetes: Μὴ δῆτα τοῦτό γ'. *Nequaquam hoc quidem facias.* Illud est ἀπευκτικὸν, hoc ἀπαγορευτικόν.

VII. Ubi vero nullus est vel minimus affectus, fit συναποφατικὸν, hoc est, negationem sua vi et emphasi adjuvat, præceditque tunc Particula οὐ, ut apud Aristoph. in Acharn. v. 619.

Λ. Ὦ δημοκρατία, ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά;
Δ. Οὐ δῆτα.—

L. *O status popularis, hæccine sunt toleranda?* D. *Non utique.* Similiter apud Euripid. in Phœniss. v. 1655.

ΚΡ. Λάζυσθε τήνδε, κεἰς δόμους κομίζετε.
ΑΝ. Οὐ δῆτα.—

Cr. *Corripite hanc, et portate domum.* An. *Non sane.* i. e. *Nequaquam.* Hinc ejus usus est in responsionibus negativis, ubi non simpliciter negare convenit, ut apud Soph. in Philoct. v. 732.

Ν. Μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς παρεστώσης νόσου;
Φ. Οὐ δῆτ' ἔγωγε.—

Vide Plat. in Sympos. pag. 218. lin. 24. [T. X. p. 263. ed. Bip.] Εἶπον, κινήσας αὐτόν· Σώκρατες, καθεύδεις; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. *Pepuli eum, et dixi: Socrates, an dormis? Minime, inquit ille.*

VIII. Quæ potestas est τοῦ δὴ, eadem et τοῦ δῆτα in interrogationibus, indicatque animum sciendi cupidissimum, ut in Vespis Aristoph. v. 1171. Τίνα δῆτ' ἂν λέγοις; *Quæ tandem es dicturus?* Et apud Euripid. in Orest. v. 1473.

Ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες;

Ubi tandem erant Phryges in domo, qui suppetias ferrent? Nec refert, si, interjecto vocabulo, τὸ δῆτα ab interrogativo disjungatur, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 191. Περὶ τοῦ μάχη νῷν δῆτα; *Qua tandem de re nobis erit certamen?* Et Euripid. in Phœniss. v. 423.

Τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασε;

Sed cur tandem Adrastus feris vos comparavit?

Digitized by Google

IX. Fluit hic usus ex usu παρακελευστικῷ, de quo supra §. 2. qui enim quid discere velit, hortatur alium, ut exponat; ut cum rogat Medea apud Euripid. in Phœniss. v. 984. Ποῖ δῆτα φεύγω; perinde est ac si παρακελευστικῶς dicat: Εἰπὲ δὴ vel δῆτα, ποῖ φεύξω; Sic v. 990. Τί δῆτ' ἔρυμά μοι γενήσεται; *Quod tandem mihi tutamen erit?* Et in Heraclid. v. 127.

Τί δῆτ' ἰυγμῶν ἥδ' ἐδεῖτο συμφορά;

Quid tandem clamoribus hæc indigebat calamitas?

X. Hinc subjungitur τῷ ἀλλὰ ἀποστατικῷ apud eundem in Orest. v. 779. ubi, Pylade Oresti fugam suadente, erumpit hic: Ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω; q. d. Ἀλλ' ἄγε δὴ, εἰπέ μοι, πότερον ἀπελεύσομαι;

XI. Usurpatur et ἀλλὰ δῆτα plane, ut ἀλλὰ δὴ in adhortationibus. Vide sis supra in Partic. ἀλλὰ sect. 5. Exemplum habes apud Plat. in Soph. pag. 249. [T. II. p. 265. ed. Bip.] Ἀλλὰ δῆτα νοῦν μὲν καὶ ζωὴν, καὶ ψυχὴν, ἀκίνητον μέντοι τὸ παράπαν, ἔμψυχον ὂν ἑστάναι; *Verum age, mentem quidem, et vitam, et animam habere, immobile tamen omnino (statuemus) id quod animatum est, consistere?* ubi potest etiam observari sensus μεταβατικὸς, de quo mox.

XII. Ut multa brevibus complectar, habet τὸ δῆτα notionem animi quoquo modo affecti aut commoti, estque commodissimum exprimendo animum sibi placentis, admirantis, metuentis, ejulantis, increpantis, commiserantis, etc. in quibus omnibus commodissime quoque ἐρωτηματικῶς instituitur oratio. Animis ibi placentis indicium affert apud Aristoph. in Acharn. v. 1010. ubi Dicæopolis laudatus propter prudentiam et conviviorum gratiam gloriola hac elatus ait: Τί δῆτ', ἐπειδὰν τὰς κίχλας ὀπτωμένας ἴδητε; *Quid sivi deatis turdos meos assos?* q. d. *Quin audite et alia, quæ magis laudetis.* Admirantem audias simul et attonitum eundem Dicæopolin ibid. v. 917.

Ἔπειτα φαίνεις δῆτα διὰ θρυαλλίδας;

Nicarchus nempe quadruplator Bœotum se delaturum minatur, quod ellychnia Athenas importabat: quare ille admirans simul et attonitus respondet: *Quid tum? itane me defers propter ellychnia?* Meticulosum arguit Xanthiam apud eund. in Vesp. v. 24.

Οἴμοι, τί δῆτά μοι κακὸν γενήσεται
Ἰδόντι τοιοῦτον ἐνύπνιον;—

Hei mihi! Quid tandem mali eveniet mihi, cum tale viderim somnium? Ejulantis vox est pueri ad matrem ibid. v. 311.

Τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες;

Digitized by Google

Quorsum tandem, o infortunata mater, me genuisti? Increpanti quoque convenit, ut Τί δῆτα μέλλετε; *Quid tandem, quid adeo cunctamini?* apud Euripid. in Oreste v. 275. et Plat. in Phædr. pag. 236. in fin. [T. X. p. 300. ed. Bip.] Τί δῆτα ἔχων στρέφῃ; *Quid tandem est tibi, quod tergiversaris?* Commiserantis indicium habet apud Aristoph. in Vesp. v. 439. ubi chorus Philocleonem videns pessime habitum hæc profert:

Εἶτα δῆτ' ἐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;

Siccine tandem non multa insunt senectuti mala?

XIII. Ut τὸ δὴ, ita quoque τὸ δῆτα inchoativum usum præstat, notans scilicet animum ad dicendum paratum, non sine aliqua exhortatione. Plat. in Polit. pag. 279. [T. VI. p. 50. ed. Bip.] ubi, præmissis multis de ratione docendi per exempla, quæ hactenus exposuerat, exemplo illustraturus, ita infit: Τί δῆτα παράδειγμά τις ἄν, ἔχον τὴν αὐτὴν πολιτικὴν πραγματείαν, σμικρότατον παραθέμενος, ἱκανῶς ἂν εὕροι τὸ ζητούμενον; *Age ergo, quodnam exemplum, utcunque exiguum, sed quod ipsum illud rei politicæ studium complectatur, in medium quis proferet, quo abunde inveniat id, quod quæritur?* Mox quasi deliberans de quo modo exempli producendi, resumtis tanquam viribus, ait: Τί δῆτα ἐ, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, τέμνοντες μέρη μερῶν, ἕκαστον διηρούμεθα, καὶ νῦν περὶ ὑφαντικὴν ταὐτὸ τοῦτο ἐδράσαμεν; *Cur adeo, quemadmodum in superioribus partes in partes secando, singula divisimus, ita nunc etiam circa artem texendi hoc idem non moliamur?* Cognatum inchoativo usum μεταβατικὸν exercet τὸ δῆτα ibid. pag. 272. [Bip. 35.] ubi hospes, exposita beatissimi sub Saturno seculi felicitate, ad deteriorem hominum sub Jove ætatem transiturus, rogat: Βούλει δῆτα ἐγώ σοι τρόπον τινὰ διακρίνω; *Vin' adeo, ego tibi hujus dijudicandæ rei rationem præscribam?*

XIV. Usum quoque τοῦ δὴ ὑπερθετικὸν imitatur τὸ δῆτα. Quo referri potest illud Aristophanis in Ach. v. 142.

Καὶ δῆτα φιλαθηναῖος ἦν ὑπερφυῶς.

Et vero supra modum Atheniensium erat amans. Unde jungitur superlativo in illo Platonis Euthyphr. pag. 11. [c. 12. ed. Fisch.] Καὶ δῆτα τοῦτό μοι τῆς τέχνης ἐστὶ κομψότατον, ὅτι ἄκων εἰμὶ σοφός. *Atque hoc demum in arte mea illustrissimum est, quod invitus sum sapiens.* Nec tantum jungitur superlativis vocibus, sed et superlativorum naturam habentibus. Tale illud est Aristophanis in Vesp. v. 792.

Ὁρᾷς ὁσονπερ δῆτα τοῦτο κερδανεῖς;

Vinden', quale demum hoc lucrum tibi afferat?

XV. Potestatem quoque suam βεβαιωτικὴν, pro δὴ positum, exserit τὸ δῆτα non raro, ut in illo ejusdem in Vesp. v. 13.

Digitized by Google

Καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαστὸν εἶδον ἀρτίως.

Et sane mirum somnium modo vidi. Et Ach. v. 68.

Καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα διὰ τῶν Καΰστρίων.

Et sane per campos Caystrios laboribus sumus attriti. Euripid. in Phœniss. v. 164. ubi roganti Phædagogo, ὁρᾷς; respondet Antigone: Ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως. *Profecto video haud clare: video tamen aliquo modo.* Sophocl. in Philoct. v. 759.

—— Ἰὼ δύστηνε σύ,
Δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς.

Heu miserum te! miserum profecto, qui videris per omnes labores. Euripid. Phœniss. v. 1696.

Ὦ φίλτατον δῆτ' ὄνομα Πολυνείκους ἐμοί.

O carissimum profecto nomen Polynices mihi!

XVI. Non exiguam vim accipit βεβαίωσις, quando interrogative profertur, ut apud Aristoph. in Ach. v. 125. Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; *An hæc non crux est?* i. e. *An hæc non talia sunt, quæ ad suspendium me adigant?* Similiter v. 618. Ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά; *Hæccine ferenda sunt?* [G. *Nun, sage mir einer, ist das auszustehn?*] Certissime affirmat, minime ferenda. Seu potius et proprie magis dicamus, confirmari hic vim negativam, ut potestas sit συναποφατική. Sic v. 1126.

Ταῦτ' οὐ πλακοῦς δῆτ' ἐστὶν ἀνθρώποις γλυκύς;

An hæc placenta non dulcis est hominibus? Clarius in Vesp. v. 415.

Ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυραννίς ἐστιν ἐμφανής;

Hæccine non gravia sunt, et manifesta tyrannis? Vis affirmativa patet, quando interrogationem convertimus in enunciationem: *Hæc profecto sunt gravia.* Supprimitur ἆρα, quod additur v. 461. Adjicitur ergo interrogationibus, cumulum addens confirmationi, quæ iisdem inest; non tamen semper æque perspicue, sed sæpe subobscure, ut apud Aristoph. in Nub. v. 398.

Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν;

Siquidem perjuros ferit, qui fit, ut non Simonem igni percusserit? [G. *Warum hat er denn also nicht* etc?] Particulæ δὴ confirmandi potestas patebit, si interrogationem in enunciationem convertimus, hoc modo: *si perjuros ferit Jupiter, debuit profecto Simonem ful-*

Digitized by Google

mine percutere. Nec satis perspicio, cur particula δῆτα hic exulare debeat, ut ex MS. Vaticano redundare vult Kusterus, cum nec metrum reclamet, et Scholiastes ad Acharn. v. 134. ubi loci hujus meminit, addat, et ipse Aristophanes paucis interjectis in simili casu adhibeat: nam pergenti Socrati: *At suum ipsius templum concutit, et quercus: an quercus etiam pejerant?* subjicit Strepsiades: *Nescio; at tu mihi videris recte hæc dicere.* Τί γὰρ ἐστι δῆτ' ὁ κεραυνός; [G. *Was ist denn also der Blitz?*] Ex eo, quod Jovis ædes, et Jovi sacræ quercus fulmine tanguntur, argumentatur, non a Jove venire fulmina, sed aliunde; quam ratiocinationem stabilit Particula δῆτα. Intelligit itaque, fulmen aliud quid esse: quid autem sit, non adeo planum erat dicere; quare ἐρωτηματικῶς profert, Τί ἐστι; Plenior hujusmodi est oratio: Εὖ σὺ λέγειν φαίνει· ἔστι γὰρ δῆθ' ὁ κεραυνὸς ἄλλό τι· ἀλλ' εἰπὲ, τί ἐστι. *Tu mihi recte dicere videris: est enim fulmen aliud quid. Sed dic, quæso, quid sit.*

XVII. Quando affirmationem adjuvat, dicitur συγκαταφατικῶς, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 1364. roganti Bdelycleoni: *Faxne hæc est?* respondet Philocleon: Δαῒς δῆτα. *Utique fax est.*

XVIII. Ceterum sæpe in versione Latina particulæ δῆτα optime quadrare videtur *ego* vel *igitur;* e. c. in Phœnissis Euripidis v. 729.

Βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;

Reddit interpres; *Vis igitur, ut me convertam ad alias aliquas vias* Et v. 908.

Θέλεις ἀκοῦσαι δῆτα καὶ σπουδὴν ἔχεις;

Interpr. *Vis igitur audire et rem scire studes?* Et paulo post:

Βούλει παρόντος δῆτά σοι τοῦτο φράσω;

Interpr. *Vis igitur, ut eo præsente tibi hoc dicam?* In quibus omnibus optime quadrare videtur τὸ *ergo* conclusivum. Nam in primo loco Eteocli, volenti vim adhibere, dissuadet Creon, consilio potius dandum locum existimans. Unde concludere potuit Eteocles, aliam sibi esse ineundam rationem, quare dixerit: *Quandoquidem hoc displicet, vis igitur aliud?* Similiter in loco secundo Tiresias vates a Creonte consultus de summa rerum, rationem, qua sola Thebæ servari possint, prodere non audet; urgente tamen illo, respondet: Θέλεις ἀκοῦσαι δῆτα; *An igitur vis audire?* Mox iterum, quia, ut urbs servaretur, fata Menœceum ad necem a Marte deposci sciebat, dicere metuit præsente Menœceo, quem ideo dimissum prius vult, verum impellente Creonte, ut nihilominus, quæ sciat, prodat, tandem inquit: Βούλει παρόντος etc. Si hic τοῦ δῆτα concludendi vim tribuamus, conjiciet Tiresias ex his Creontis verbis, quæ præcedunt:

Digitized by Google

Ἐμὸς πέφυκας παῖς, ἃ δεῖ, σιγήσεται.

Meus est filius, tacenda tacebit. velle eum, ut hoc præsente, quæ habeat, dicat. Et sic quidem erui possit vis conclusiva, adeoque recte reddi τὸ δῆτα, *igitur, ergo.* Rectius vero et illis locis vertitur *omnino, prorsus.* [Malim tamen reddere *scilicet.*]

ΕΙ.

I. Particulæ εἰ, potestate conditionalis, usus est in orationibus bimembribus, ubi posterius membrum a priori dependet, et primum in priori membro naturaliter locum sibi vindicat. Præfigitur creberrime argumentis hypotheticis, proponens aliquid, unde mox rite deducitur conclusio, ut in illo Luciani tritissimo: Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. Ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοί. Εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Et in ep. Petri posteriori cap. II. comm. 4. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο etc. *Si enim Deus angelis delinquentibus non pepercit.* Conclusio sequitur post multa, nempe comm. 9. Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι. *Novit Dominus pios tentationi eripere* etc.

II. Nonnunquam tamen, inverso naturæ ordine, conditio sequitur; ut apud Euripid. Orest. v. 1102.

Μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.

Differam, si qua ulciscar inimicum. Aristoph. Ran. v. 536.

—Ἴσως γάρ τοί ποτε
Ἐμοῦ δεηθείης ἂν, εἰ θεὸς θέλοι.

Fortasse mea opera aliquando indigebis, si Deus voluerit.

III. Aliquando conclusio reticetur, interrogative ut plurimum intelligenda, ut apud Latinos, *quid si?* Ita Eteocles apud Euripid. in Phœniss. v. 731.

Εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμεν ἐκ λόχου?

Quid si nocte illos ex insidiis aggrediamur? Videtur Scholiastes sine interrogatione legisse. Λείπει, inquit, τὸ πειρασόμεθα.

IV. Ponitur εἰ pro ἐὰν, plerumque cum optativo constructum, quoties in conclusione Particula ἂν invenitur; habetque particula ἂν, in τῷ εἰ suppressa, aliquando vim δυνητικὴν, ut apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 73. Τί ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, βούλοισθ' ἂν ἀποτελοῦντες, ὅσα περ οἱ ἄλλοι, Ἀρμένιοι, ἐξεῖναι ὑμῖν τῆς Ἀρμενίας γῆς ἐργάζεσθαι ὁπόσην ἂν

Digitized by Google

βέλησθε; Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, Εἰ πιστεύοιμεν μὴ ἀδικήσεσθαι. *Quid ergo, inquit Cyrus, velletisne, collatis, quæ reliqui Armenii pendunt, licere vobis tantum agri Chaldæi colere, quantum velletis? Si fidem, aiebant Armenii, habere possimus, nullam nobis injuriam illatum iri.*

V. Est et ubi τὸ ἂν in conclusione vim habet δυνητικήν. Quale est illud Isocratis ad Nic. pag. 32. Εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε. *Si quis vero eos, qui imperium habent in populum, ad virtutem excitarit, is utrisque utilis esse possit.* Similiter apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 65. roganti Cyro: Πῶς ἂν τότε πλείστου ἄξιοι γίγνοιντο ἄνθρωποι, ὁπότε ἀδικοῦντες ἁλίσκοιντο; *Quomodo homines videri possunt maximi pretii eo ipso tempore, quo deprehenduntur in improbo facinore?* respondet Tigranes: Εἰ τότε, οἶμαι, σώφρονες γίγνοιντο. *Si tunc, opinor, frugi fiant.* ubi τὸ ἂν in præmissa conclusione præcedit, vel, si mavis una cum conclusione ex præmissis repetendum est.

VI. Ἂν etiam in conclusione in futuri significatione invenitur, ut in allato ex Aristophane loco: Ἴσως ποτ' ἐμοῦ δεηθείης ἄν. Cui addas Plat. in Euthyphr. pag. 3. lin. 43. [c. 3. ed. Fischer.] ubi vicem τοῦ ἂν post εἰ explet τὸ μέλλειν. Εἰ μὲν οὖν (ὃ νῦν δὴ ἔλεγον) μέλλοιέν με καταγελᾶν, ὥσπερ σὺ φῂς σαυτοῦ, οὐκ ἂν εἴη ἀηδὲς παίζοντας καὶ γελῶντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγαγεῖν. *Si igitur (quod modo dicebam) me sint irrisuri, ut tu dicis illos te irridere, non injucundum erit ludendo et ridendo in foro tempus terere.* Τὸ μέλλοιεν καταγελᾶν dici pro καταγελάσουσι, liquet ex sequenti membro; nam pergit: εἰ δὲ σπουδάσονται, etc. *sin serio agent.* Rursus Aristoph. v. 1195.

Δικαιόπολις γὰρ εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον,
Κατεγχάνοι γε ταῖς ἐμαῖσιν ἂν τύχαις.

Dicæopolis enim si me videbit vulneratum, meis illudet malis, ne quid gravius dicam.

VII. At frequentissime τὸ ἂν, conclusioni additum, vim infert futuri obliqui, præcedente εἰ. Exempla dedi supra, ubi de Particula ἂν agebam, sect. 5. Adde Athen. lib. XV. init.

Εἴ μοι τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος,
Ἀντήνορός τε, τοῦ Φρυγὸς, δοίη θεὸς,

οὐκ ἂν δυναίμην ἀπομνημονεύειν. *Si mihi suavem Nestoris eloquentiam, et Antenoris Phrygis daret deus, non possem memorare.*

VIII. In colloquiis aliquando futurum obliquum in responsione alterius personæ concludentis invenitur; ut apud Plat. in Phædro pag. 260. [T. X. p. 350. ed. Bip.] dicenti Socrati: Εἴ σε πείθοιμι

ἐγὼ τοὺς πολεμίους ἀμύνειν, κτησάμενον ἵππον, ἄμφω δὲ ἵππον ἀγνοοῖμεν, τοσόνδε μέντοι τυγχάνοιμι εἰδὼς περὶ σοῦ, ὅτι Φαῖδρος ἵππον ἡγεῖται τὸ τῶν ἡμέρων ζώων μέγιστα ἔχον ὦτα. *Si tibi persuaderem, hostes te profligaturum, si equum possideres, et ambo, equus quid esset, ignoraremus; tantum tamen de te scirem, Phædrum putare equum esse illud animal, quod ex omnibus cicuribus maximas haberet aures.* respondet Phædrus: Γελοῖόν γ' ἂν, ὦ Σώκρατες, εἴη. *Ridiculum esset, o Socrates.* Vel conclusio ex præcedentis personæ verbis intelligitur, ut apud Xenoph. Cyrop. lib. III. modo §. 4. allatum.

IX. Cum futuro indicativi hoc modo construitur, quia futurum id cum Particula ἂν habet commune, quod actum verbi tollit, ut vidimus supra cap. IV. sect. 5. §. 19. Ita Demosth. Olynth. 1. pag. 4. lin. 53. Εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι. *Si vero bellum aliquod ingruat, quanta damna futura esse putare debemus!*

X. Cum aor. I. tamen constructum invenio in ep. Pauli ad Hebr. IV. 8. Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. *Si enim eos in requie collocavisset Josua, non de alio posthac die locutus fuisset.* Cæterum notandum, hic ἂν non adeo futurum obliquum, sed plusquamperfectum subjunctivi significare, nec conditionem proponi, sed casum verius poni de re præterita. Idem fit in εἰ μὴ, quando id, quod factum esset, quasi non factum ponitur; construitur tunc cum aoristo indicativi, ut apud Homer. Il. Ε. v. 679.

Καί νύ κ' ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Et plures adeo interfecisset Lyciorum nobilis Ulysses, nisi celeriter magnus galeatus Hector animadvertisset. Et Φ. v. 544.

Ἔνθά κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν,
Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκεν.

Hic Trojam altam cepissent filii Achivorum, nisi Phœbus Apollo Agenorem nobilem excitavisset.

XI. Conditionis naturam non prorsus deponit, quando obtestationibus inservit, ut apud Hom. Il. Α. v. 40.

Κλῦθί μευ, Ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ, εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν.—

Audi me, o tu, qui argenteum tenes arcum, qui Chrysæ patrocinaris

Digitized by Google

et Cillam perquam divinam defendis, Tenedoque fortiter imperas, Smintheu; si unquam gratum tibi templum condidi, aut si unquam tibi pingues coxas cremavi taurorum et caprarum. Conf. ibid. v. 395. et 504.

XII. Si conditio rem certam indicat, accipit εἰ vim αἰτιολογικὴν, causamque consequentiæ infert, ut apud Hom. Il. Φ. v. 216.

— Αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί,
Εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσειν.

Redditur commode *quoniam, quandoquidem. Tibi enim dii ipsi opem ferunt, quoniam dedit tibi Saturni filius omnes Trojanos perdere.* Vis αἰτιολογικὴ sic patet: *Jupiter tibi dedit Trojanos perdere.* Hæc causa est consequentiæ: *unde consequitur, Deos tibi opem ferre.* Similiter argumentatur Apostolus scribens Romanis cap. VIII. comm. 17. Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι. ubi τὸ τέκνα εἶναι rem certam esse nec dubiam, liquet ex testimonio Spiritus Sancti, quod præcedit: Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. *Ipse Spiritus testatur una cum spiritu nostro, nos esse filios Dei.* Res itaque certa est, quippe confirmata testimonio Spiritus Sancti; unde concludit: *Quandoquidem filii sumus, sumus etiam hæredes.* αἰτιολογικῶς, Κληρονόμοι ἐσμὲν, τέκνα γάρ. Eodem plane modo comm. 31. Εἰ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; *Quandoquidem* (ita malim, quam *si*) *Deus est pro nobis, quis contra nos?* Innuere Apostolum eos, quibus Deus favebat, patet ex aurea illa, quæ præcedit, salutis catena: Οὓς προέγνω, καὶ προώρισεν· οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Unde concludit: Τί οὖν ἐροῦμεν; εἰ Θεὸς etc. αἰτιολογικῶς, Τίς καθ' ἡμῶν; Θεὸς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν. Nam Deum defendere hos, quos præscivit, prædestinavit, vocavit, justificavit et glorificavit, non dubium est; quare τοῦ εἰ potestati causativæ cedere debet potestas conditionalis. Ita inchoat orationem b. Petrus in Act. Apost. cap. IV. com. 9. Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπ' εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται. i. e. ἐπεὶ ἀνακρινόμεθα. *Quandoquidem de nobis hodie quæstio instituitur super benefacto in hominem vitio corporis debilem collato; in quo* i. e. *in cujus nomine sit sanatus.*

XIII. Interrogationibus quoque inservit, tam rectis, quam obliquis; sed dubitando potius, quam interrogando adhiberi, Vigerus ait. Utriusque exempla crebro occurrunt; dubitationis tamen apud antiquissimos frequentiora. Veruntamen interrogatio recta, natura prior est, et obliquæ tum videtur usus invaluisse, cum τὸ εἰ, deposita verbi natura, in particulam interrogativam degenerare cœperit. Rectæ interrogationi servit apud Plat. de Rep. lib. V. pag. 478. [T. VII. p. 63. ed. Bip.] Εἰ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται; Loquitur de cognitione et ignorantia, rogatque, an opinio *inter utramque sit media?* Similiter apud Hom. Odyss. Λ. v. 158.

Ξεῖνε φίλ', ἦ καί μοι νεμεσήσεαι ὅττι κεν εἴπω;

Hospes chare, an etiam ægre feres, quicquid dixero? Confer. Act. Apost. cap. I. comm. 6. Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; *Domine, an hoc tempore instauras regnum Israëli?* Et cap. VII. init. Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς. Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; *Dixit pontifex: An igitur hæc sese ita habent?* Et cap. XIX. comm. 2. Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; *An Spiritum Sanctum accepistis credentes?*

XIV. In obliquis interrogationibus notandum tironibus, non subjunctivum aut optativum sequi, ut apud Latinos, sed indicativum. Exempla sunt apud Hom. Il. Ε. v. 183.

—Σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστιν.

Certe non scio, an Deus sit. Plat. Apol. Socr. pag. 18. Τοῦτο ὑμῶν δέομαι, τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω, ἢ μή. *Illud vos oro, ut diligenter attendatis, num justa dicam, nec ne.* Et lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 328. ed. Bip.] Ἄθρει, εἰ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδιδόντες, τὸ ὅλον καλὸν ποιοῦμεν. *Vide, an, cum singulis, quæ ipsis congrua sunt, tribuimus, totum corpus pulcrum fingamus.* Et in Phædr. p. 234. [T. X. p. 294. ed. Bip.] Ἴσως ἂν οὖν ἔροιό με, εἰ ἅπασί σοι παραινῶ τοῖς μὴ ἐρῶσι χαρίζεσθαι. *Fortasse igitur rogabis me, num tibi sim auctor, omnibus, qui non amant, ut gratificeris.* Epist. Joann. I. cap. 1. init. Δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ Θεοῦ ἐστιν. *Explorate spiritus, an ex Deo sint.* Eodem modo adhibetur Latinorum *si.*

XV. Invenitur et εἰ oblique interrogans cum optativo, quomodo Latinorum consuetudini propius accedere videtur: sed videtur tantum; nam, si mentem advertimus, videmus, hic non temere agendum, neque promiscue εἰ cum indicandi et optandi modo construendum, sed cum optativo tunc, quando vel τὸ εἰ alterius voluntatem explorat, suppressa Particula ἄν: ita utitur Plutarch. in Cæs. pag. 713. Ἠρώτησεν, εἰ τοὺς νόμους ἐπαινοῖεν. i. e. ἐπαινοῖεν ἄν. *Rogavit, num leges probarent,* sive *probare vellent.* vel quando τὸ ἂν futuri notam infert, aut aliam potestatem exercet, ut in Act. Apost. cap. XVII. com. 11. Ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως. *Explorantes scripta, num hæc ita se haberent.* Quomodo et aliæ Particulæ, natura interrogativæ, construuntur cum particula ἄν, ut τί ἂν τοῦτο θέλοι εἶναι, etiam cum directe quis interrogat.

XVI. Εἰ pro ὅτι poni et διότι, auctor est Budæus pag. 519. in Comment. L. G. quem secuti sunt H. Stephanus et Vigerus, qui addit, fere hoc fieri post verbum, affectum aliquem animi significans, ut sunt θαυμάζω, χαίρω, ἄχθομαι, δακρύω, κλαίω, et similia: verum hanc particulæ potestatem jam attigi §. 12. Ex exemplis, quæ pro hoc usu afferuntur, patet, distinguendum esse inter res

Digitized by Google

certas et incertas, quæ sub conditione proferuntur: si enim certæ sunt, vim habet αἰτιολογικὴν, et explicatur per ἐπεὶ, ὅτι vel διότι, fere post verba, χαίρω, ἄχθομαι, δακρύω, κλαίω, ἀγανακτῶ, et κρίνω, quod tamen verbum affectum non significat. Demosthenis verba, quæ affert Budæus, inveniuntur in orat. de Fals. Legat. pag. 239. Τί γὰρ δήποτε Μυροκλέα μὲν ἔκρινας, εἰ παρὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐωνημένων εἴκοσι ἐξέλεξε δραχμὰς παρ' ἑκάστου, καὶ Κηφισοφῶντα γραφὴν ἱερῶν χρημάτων ἐδίωκες, εἰ τρισὶν ὕστερον ἡμέραις ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκεν ἑπτὰ μνᾶς; *Nam cur tandem Myroclem accusavisti, quia a singulis, qui metalla redemerant, viginti drachmas exegerat, et Cephisophontem judicio, sacrilegii nomine, persecutus es, quod post triduum septem minas in mensa numeraverat?* Similis huic Synesii locus, ab eodem, et Vigero allatus: Ἔκλαιον, οὐκ εἰ τεθνήξοιμι, ἀλλ' εἰ ὁ Θρᾷξ ἀποστερήσοιτο τῶν χρημάτων. *Flebam, non quod mox moriturus essem, sed quod Thrax fortunis suis everteretur.* ubi τὸ εἰ infert rationem fletus. Imitantur Latini, ut Hor. lib. I. sat. 1. v. 87.

Miraris, cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet, quem non merearis amorem.

Cæterum levi τὸ εἰ ἀπὸ τοῦ ὅτι discrimine distingui potest, quod hoc rem compertam ponit, illud rem notat, fide quidem dignam sive credibilem, sed quam tamen tanquam omnino indubitatam habere non possumus, quare sub conditione profertur: ut in illo Demosthenis loco de Fals. Legat. pag. 241. quem Budæus affert pag. 519. et Vigerus de Idiot. cap. 8. Τοὺς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν, ὡς ἔχαιρον, εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη καὶ ἐγείρεται ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις. *De Arcadibus retulit, quam gauderent, quod,* vel, *si jam rebus attenderet et expergisceretur Atheniensium civitas.* Fidem illius verbis tribuentes, gaudebant, i. e. hac conditione, ut vera essent, quæ Æschines prædicabat. Tale videtur illud ejusdem pag. 242. Οὐδὲ ἐδάκρυσεν ἐπὶ ταύταις τὴν Ἑλλάδα, εἰ παρὰ τοῖς συμμάχοις ὑπὸ τῶν πρέσβεων ὑβρίζονται. *Neque propter has mulierculas deploravit Græciæ sortem, si illæ apud socios a legatis vexarentur.* Item illud Œnomai apud Eusebium Præp. Evang. lib. VI. pag. 264. init. a Vigero allatum: Θαυμάζειν ἔπεισιν, εἰ τοιαῦτα λέγων οὐκ ᾐσθάνετο τῆς ματαιολογίας τῆς ἑαυτοῦ. *Mirari subit, si non ipse senserit, se vana loqui.* Hic si εἰ absolute pro ὅτι adhibetur, ponit Œnomaus, alterum non sensisse, se vana loqui, quod miratur: sin autem conditionalem vim servat, dubitare videtur, et subit admiratio, posito casu, si non senserit, se vana loqui; quod potius videtur. Neque hoc discrimen negligenter habendum; fieri enim potest, ut, eo non rite observato, contraria loquenti mens affingatur, quod doceri possumus ex eadem Demosthenis oratione, pag. 241. sub finem: Τῶν κελευόντων μετὰ τῶν Ἑλλήνων περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης βουλεύσασθαι, θαυμάζειν ἔφη, εἰ περὶ τῶν ὑμετέρων ἰδίων ἄλλον τινὰ δεῖ πεισθῆναι. *Eos se admirari dicebat, qui jubebant deliberare cum Græcis de pace cum Philippo facienda, si in vestris privatis negotiis alieni assensus indigeretis.* Si hic εἰ plane idem sit quod ὅτι, ponit Æs-

Digitized by Google

chines, Athenienses revera alieni assensus indiguisse, quæ oratio minime popularis foret; sic enim animos Atheniensium offendisset: sed, posito hoc casu, quem tamen minime vult exstare, mirari se ait hoc Atheniensium institutum; quare reddendum *si*, et non *quod*. Conf. Æl. V. H. IV. 9. Act. Apost. XXVI. 8.

XVII. Affertur et alia τῦ εἰ significatio, seu potius versio, redditurque *ne*, post verba metum significantia; id quod non multum abit a superiori usu; nam si res, quæ sub conditione profertur, versatur circa aliquod malum futurum, in proclivi est vertere *ne*. Verba dicuntur esse Euripidis: Φόβῳ, εἴ τις αἰσθήσεται. *Metu, ne quis audiat*. Pro, *si quis audiat*. i. e. posito casu, si forte quis possit audire, metus nascitur: ubi τὸ εἰ est dubitantis, et poni videtur pro μήποτε.

XVIII. Si lubitum fuerit, significationes multiplicare, addiderit quispiam, τὸ εἰ habere notionem adversativam, et idem esse quod εἰ καὶ, *quamvis*. Verum hic usus non simplici εἰ est attribuendus, nisi post negativum. Aristoph. Vesp. v. 297. Οὐκ ἂν μὰ τὸν Δί', scil, ὠνησαίμην ἰσχάδας, εἰ κρέμαισθέ γ' ὑμεῖς. *Non per Jovem emam caricas, licet pendeatis*. Nec abhorrent Latini. Ita Terentianus Phædria in principio Eunuchi:

Exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret.

Vide infra in εἰδ' εἰ. Sic τῷ εἰ adscribit causam finalem Eustathius ad Hom. Odyss. Z. v. 144. ubi Ulysses, conspecta Alcinoi filia, dubitat, utrum supplicet puellæ genua prehendens, an procul adstans alloquatur:

— Εἰ δείξειε πόλιν καὶ εἵματα δοίη.

Ubi Eustathius pag. 1556. init. Τὸ δὲ, εἰ δείξειε πόλιν, ἀντὶ τῦ, εἴπως δείξει· αὐτὸ δὲ ταὐτό ἐστι τῷ ὅπως, κατὰ μετάληψιν συνδέσμων, ὥς φασιν οἱ ῥήτορες. Crediderim ego, τῷ εἰ hic sensum tribuendum alterius voluntatem explorandi, quem usum tetigi modo §. 16. ita ut orans exploret virginem Ulysses, *si forte ipsi ostendat urbem, et vestimenta porrigat*. Qua versione admissa, non est, cur novam τῷ εἰ significationem τῦ ὅπως affingamus, et evanescit rhetorum illa conjunctionum metalepsis. Aliquid hujusmodi adspergam sect. 2. 9. §. 14. Potest etiam notare *quasi*, ut apud Aristoph. Acharn. v. 558.

Καὶ, συκοφάντης εἴ τις ἦν, ὠνείδισας.

Et criminatus es, quasi sim sycophanta. Verum hæc varietas notionis in nulla alia re consistit, nisi in defectu voculæ ὡς.

XIX. Verum hoc loco non est prætereundum, optativum quo-

que sensum particulæ εἰ nonnunquam tribui. [Id autem Hoogeveenus negat, saltem exempla se non recordari fatetur, ubi εἰ simplex ponatur pro *utinam*. Atqui jam Abreschius hunc usum exemplis adstruxerat, animadv. ad Æschyl. vol. I. p. 97. Sic apud Euripidem Hecub. v. 836.

> Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι
> Καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει.

Utinam mihi fieret vox in brachiis, et manibus, et coma, et pedibus. (Germ. *O dass alles an mir reden könnte* etc.) Sic Æschyl. Sept. adv. Theb. v. 266.

> Αἰτουμένῳ μοι κοῦφον εἰ δοίης τέλος.

Utinam mihi leve hoc officium præberes. Nec abhorret ab hoc usu consuetudo latini sermonis; in quo haud raro *si*, *o si* pro *utinam* ponitur. Pluribus exemplis res non eget, præsertim cum cap. seq. probaturi simus, particulas εἰ γὰρ non simpliciter significare, quod vulgo putant, *utinam*, sed ubique vertendas esse *utinam enim*, *enimvero si:* ut adeo vis optativa non in γὰρ, sed unice in particula εἰ lateat.]

XX. Εἰ interdum reticetur, ut apud Epictet. cap. 21. Γέγονέ τι κατά σε, ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως μετάλαβε· παρέρχεται, μὴ κάτεχε. Οὔπω ἥκει, μὴ ἐπίλαβε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν. Pro εἰ γέγονε· εἰ παρέρχεται· εἰ οὔπω ἥκει.

ΕΙ ΓΑΡ.

I. Εἰ γὰρ, pro quo Homerus dorice dicit αἲ γὰρ, significat, *utinam enim*, *enimvero si*, atque adeo εἰ optativam vim servat, et γὰρ causam significat optandi, vel ad præcedentem orationem pertinet.

[Nimirum errant, qui εἰ γὰρ simpliciter vertunt *utinam*, adeo ut γὰρ vel plane abundare dicant, vel εἰ γὰρ vocem formalem existiment, cujus neutra pars originem significationis hac in compositione servet. Quare cum nec ipse Hoogeveenus V. D. satis commode hanc rem expediverit, age videamus, an harum particularum conjunctim sic positarum vim clarius illustrare possimus. In Æschyli Prometheo vincto Chorus Jovis impotentiam quæstus, eum omnes leges omniaque jura pristina sustulisse, et novas pro arbitrio condidisse, adeoque admodum licentiose imperare dixerat. Tum Prometheus Jovis injuria ad rupem religatus respondet:

> Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν τ' Ἀΐδου
> Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον
> Τάρταρον ἧκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις
> Ἀγρίως πελάσας etc.

Digitized by Google

Utinam enim me potius sub terram, sub Orcum mortuos recipientem in immensum Tartarum dejecisset, nimirum ut nemo esset spectator laborum meorum. Hic γὰρ involvit tacitam eorum, quæ Chorus dixerat, comprobationem, ejusque causam quasi afferri notat: q. d. *Vere dixistis, Jovis imperium arbitrio tantum et licentia administrari. Nam ejus ipse documentum habeo, quod me crudeliter sic palam sub dio ad petram religari jussit. Utinam me potius in Tartari tenebras conjecisset!* Sic apud Xenoph. Cyrop. lib. VI. cap. 20. postquam Cyrus Araspæ dixerat: *Sat scito, Araspa, te mihi istac hominum opinione,* (quasi nimirum mihi invisus sis) *magnopere inservire et magno socios commodo afficere posse.* Respondet Araspes: Εἰ γὰρ γένοιτο, ὅ τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος. q. d. *Euge, egregium id quidem esset. Utinam enim ejusmodi aliquid contingeret, in quo vicissim ego tibi utilem possem operam præstare!* Jam confer, si placet, Homerum Iliad. Β. 371. Δ. 189. et 288. Σ. 464. et multis aliis locis, ubi αἲ γὰρ semper significat: *utinam enim.*

Ceterum haud male contulit Hoogeveenus Luciani locum in Dial. Mer. IV. (Tom. III. p. 287. lin. 49.) εἴ τινα εὕροιμι, ὦ Βακχὶ, γραῦν, ὡς ἔφην, ἀποσώσει γὰρ ἂν Φανεῖσα. *Utinam aliquam inveniam, o Bacchi, anum, hæc enim me servaret præsens.* ubi vulgari more Lucianus dicere potuisset: Εἰ γάρ τινα εὕροιμι, ἀποσώσει ἄν.

In Euripidis Oreste Pylades v. 1103. seqq. dixerat: *Quandoquidem igitur Menelai propter ignaviam et perfidiam moriendum nobis est, age consilia conferamus, quomodo eum calamitate afficiamus.* Respondet Orestes;

Ὦ φίλτατ', εἰ γὰρ τοῦτο κατθάνοιμ' ἰδών.

Hic εἰ γὰρ non simpliciter vertendum est *utinam,* sed sic potius interpr.: *O carissimum caput, utinam enim prius non moriar, quam illud viderim!* q. d. *O carissimum caput; merito enim te amo ob consilium; quod me sic delectat, ut valde optem, ne prius saltem moriar quam Menelaum viderim damno affectum.* (G. *Vortreflicher Freund! das ist ein glücklicher Einfall; denn dass möcht' ich gern vor meinem Ende noch erleben.*)]

II. Ex superioribus liquet, τὸ εἰ εὐκτικὸν semper construi cum optandi modo, qui votorum proprius est: excipias tamen ipsum verbum ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, quia hoc non tam votum complectitur, quam voti signum est. Quando itaque cum infinitivo construitur, necesse est intelligere ὤφελον, vel optativum verbi ἐθέλω, ut apud Hom. Odyss. Η. v. 311.

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοῖος ἐὼν, οἷος ἐσσὶ, τά τε φρονέων, ἅτ' ἐγώ περ,
Παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι.

Det Jupiter pater, et Minerva, et Apollo, ut talis, qualis es, eadem-

Digitized by Google

que, quæ ego, sentiens, filiam meam uxorem velis, et gener meus vocari! ubi Eustathius pag. 1581. lin. 18. Λείπει τὸ ἐθέλοις, ἤ τι τοιοῦτον, ἵνα λέγῃ ὅτι, εἴθε ἐθέλοις ἐμὸς γενέσθαι γαμβρός. Cæterum Latinorum *si*, neglecta Particula γὰρ, præstat usum εὐκτικὸν, ut apud Maronem in sexto v. 187.

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto.—

ΕΙΓΕ, ΕΙΓΕ ΔΗ.

I. In aggregato εἴγε τὸ εἰ conditionem ponit, unde quid dependet, quamque τὸ γε adstringit. Reddi potest, *saltem si*, aut *si modo*. Ita Sophocl. in Philoct. v. 1403.

Εἴγε δρᾷς ταῦθ', ὥσπερ αὐδᾷς, στεῖχε προσκύσας χθόνα.

Si modo ea facies, ut dicis, ades et osculare terram. Et Plato in Phædr. pag. 242. [T. X. p. 312. ed. Bip.] ubi vocat Socrates sermonem quemdam stultum et impium, rogatque, an aliquis gravior esse possit: respondet Phædrus: Οὐδεὶς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις. *Nullus, saltem si tu vera loqueris.* Utitur eodem Apostolus scribens ad Coloss. cap. 1. comm. 23. Παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ, εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι, καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ ἀποκινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ εὐαγγελίου. *Ut sistat vos sanctos, et inculpatos, et irreprehensos coram se, si modo permanetis in fide fundati, et firmi, nec dimoti a spe evangelii.* Confer eundem ad Galat. cap. III. comm. 4. Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ. *Tam multa passi estis frustra? Si modo etiam frustra.*

II. Est frequens τοῦ εἴγε usus, quando conditio est rei non adeo incertæ, sed quam confidimus esse veram, at quæ ita conditionaliter profertur, ut ad asseverationem magis quam dubitationem procliviores simus: quo casu non multum distat a δήπου vel δήπουγε. Ita potest intelligi idem Apostolus Ephesiis scribens cap. IV. comm. 21. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστὸν, εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε. *At vos non ita didicistis Christum, si quidem eum audivistis, atque in eo docti estis.* q. d. Αὐτοὶ γὰρ δήπου ἠκούσατε. Non adeo dubitat, eos Christum audivisse, sed potius confidit.

III. Ubi res indicatur certa, accipit τὸ εἰ vim αἰτιολογικὴν, et τὸ εἴγε redditur commode *saltem quoniam, si quidem*, inferens causam consequentiæ. Vid. supra sect. 1. §. 13. Exemplum habet Xenophon Cyrop. III. 1. 10. Οὐ γὰρ δήπου, εἴγε φρόνιμον δεῖ γενέσθαι τὸν μέλλοντα σώφρονα ἔσεσθαι, παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο. *Non enim utique, si quidem prudentem esse oportet, qui sana mente sit futurus, illico ex stulto sapiens quis evadere potest.* i. e. *quandoquidem prudentem esse oportet.* Similiter in epist. Pauli ad Ephes.

Digitized by Google

cap. IV. init. Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς. ubi τοῦ εἰ vis conditionalis perit, quatenus conditio rem incertam ponit: neque enim dubitat Apostolus, Ephesios audivisse, sibi datam esse dispensationem gratiæ divinæ in gentes, sed potius confirmat. Quare et hic potest ἰσοδυναμεῖν τῷ δήπουγε. *Audivistis utique. Neque enim dubito, vos audivisse.*

IV. In his latet abstrusius, quam in superioribus, restringendi potestas Particulæ γε, quæ, nisi admissa ellipsi, erui vix potest. Ita suppleri possunt verba ex Xenophonte allata: Οὐ γὰρ δήπου παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο, εἰ μὴ δι' ἄλλο, ἀλλ' εἴγε sive ἀλλ' ὅτι γε etc. Similiter illa Apostoli: Εἰ μὴ δι' ἄλλο τοῦθ' ὑμῖν σαφὲς, ἀλλ' ἐπειδή γ' ἠκούσατε etc. Possit et similiter vis conditionalis utcunque servari, intellecto ante εἴγε, ὃ καὶ ὑμεῖς οἴδατε, εἴγε ἠκούσατε. *Quod et vos scitis, si quidem audivistis.*

V. Nonnunquam talis est orationis status, ut dubites, num τῷ εἰ conditionalem, an potius ratiocinativam vim tribuas. Talis est B. Pauli epist. poster. ad Corinth. cap. V. comm. 3. Τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. *Expetentes domicilio nostro, quod in cœlo est, superindui, si quidem etiam reperiemur induti, non nudi.* Hic εἴγε vel conditionaliter restringit, ita ut τὸ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες dependeat a conditione sequenti, *saltem si inveniemur induti:* vel urget ratiocinando, ut sit *saltem, quoniam inveniemur.* Potior videtur posterior explicatio, quia Apostolus loquitur de his, qui sciebant, sibi repositum esse in cœlo æternum domicilium.

VI. Si opus sit validiori affirmatione, additur τὸ δὴ βεβαιωτικὸν, ut apud Plut. Quæst. Plat. pag. 1008. B. Ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ φύσει φανεῖται τὸ θυμοειδὲς τῷ τόπῳ τὴν μέσην ἔχον ἐκείνων τάξιν, εἴ γε δὴ τῷ μὲν λογιστικῷ τὸ ἄρχειν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ τὸ ἄρχεσθαι καὶ τὸ ἄρχειν κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὑπηκόῳ μὲν ὄντι τοῦ λογισμοῦ, κρατοῦντι δὲ καὶ κολάζοντι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅταν ἀπειθῇ τῷ λογισμῷ. *Adhæc magis apparebit, irascendi vim medium inter illas tenere locum et ordinem, quandoquidem profecto vis rationis ita natura comparata est, ut imperet, vis autem irascendi, ut imperio pareat et imperet, cum obediens rationi, tum compescens et coërcens concupiscentiam, cum hæc rationi non pareat.*

ΕΙ ΜΕΝ, ΕΙ ΔΕ.

I. Quod si duæ conditiones, inter se oppositæ, orationem faciunt bimembrem, tritum ac vulgare est, τὸ εἰ δὲ referri ad τὸ εἰ μὲν priori membro præfixum. Sed notandum, utrumque adhiberi elliptice: et primum quidem εἰ μὲν ut conditionis signum ponitur, cum tamen consequens negligatur, et necessario intelligi debeat; ut apud Hom. Il. A. v. 136.

Digitized by Google

'Αλλ', εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι 'Αχαιοὶ,
"Αρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται·
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

Sed, si dabunt præmium magnanimi Achivi, parantes illud ex animi mei sententia, ut æque dignum sit: si vero non dabunt, ipsemet ego auferam. ubi in fine membri prioris intellige παύσομαι, vel καλὸν ἂν εἴη, vel simile, quod ob rei claritatem, et consuetudinem facile quis intelligere potest, quare plerumque omittitur. Tale illud Cyri est apud Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Εἰ μὲν ἂν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μὴ, καὶ παρὰ τῶν προγιγνομένων μανθάνετε. *Itaque, si satis ego doceo, quali inter vos animo esse debeatis,* (recte habet:) *sin minus, discite etiam ex iis, qui ante nos vixerunt.* Plura exempla, quibus εἰ μὲν ellipticum est, sequente εἰ δὲ μὴ, collegit Eustath. ad Homer. l. l. Integra oratio occurrit in fine libr. II. Machab. Καὶ, εἰ μὲν καλῶς καὶ εὐθίκτως τῇ συντάξει, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἤθελον· εἰ δὲ εὐτελῶς καὶ μετρίως, τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι. *Et, si recte et commentario composite adornato* (hæc scripsi), *hoc et ipse volui: sin tenuiter et mediocriter, hoc est, quod potui assequi.*

II. Post εἰ δὲ verbum quoque debitum omittitur, quod fere est βούλει, vel βούλεσθε, ut apud Hom. Il. ι. v. 262.

—Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι χόλοιο.
Εἰ δὲ, σὺ μέν μευ ἄκουσον, ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω,
Ὅσσά τοι ἐν κλισίῃσιν ὑπέσχετο δῶρ' Ἀγαμέμνων.

Pro εἰ δὲ βούλει. *Tibi vero Agamemnon digna dona dabit, si iram deposueris. Si vero* vis, *audi tu me, et ego tibi recensebo, quanta tibi dona in tentoriis promiserit Agamemnon.* Idem ibid. v. 46. Agamemnon de belli exitu desperanti et abitum suadenti respondentem inducit Diomedem: *Abi tu cum navibus, sed cæteri Achivi manebunt, donec Trojam expugnaverimus:* subditque:

—— Εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ,
Φευγόντων σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Si et ipsi velint abire, fugiant cum navibus ad caram patriam. Dant etiam verba sensum ἐπιτατικὸν, de quo mox §. 8. *Quin et ipsi fugiant in patriam. Ego et Sthenelus pugnabimus.*

Hæc ellipsis apud Poëtas est frequentissima, quoties sequitur ἄγε παρακελευστικὸν, plenaque est oratio εἰ δὲ βούλει, ἄγε. Ita Achilles apud Hom. Il. Α. v. 303.

Τῶν δ' ἄλλων, ἅ μοί ἐστι θοῇ παρὰ νηῒ μελαίνῃ,
Τῶν οὐκ ἄν τι φέροις ἀνελὼν ἀέκοντος ἐμεῖο·
Εἰ δ', ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε.

Digitized by Google

Pro εἰ δὲ βούλει, suppl. ἀπελεῖν ἀέκοντος ἐμοῦ, vel etiam πειρῆσαι. *Aliarum vero rerum, quæ mihi sunt velocem apud navem nigram, harum nihil auferes, invito me: si tamen* vis auferre me invito, vel certaminis fortunam experiri, *age, fac periculum, ut et hi cognoscant.* Sic ibid. v. 525.

Εἰ δ', ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς.

Si vero vis, *age, tibi capite annuam, quo confidentior sis.* I. v. 170.

Εἰ δ', ἄγε τοὺς ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι, οἱ δὲ πιθέσθων.

Si vero vis, *age, hos ego dispiciam, et ipsi obediant.* T. v. 108.

Εἰ δ', ἄγε νῦν μοι ὄμοσσον, Ὀλύμπιε, καρτερὸν ὅρκον.

Si vero vis, *age, nunc mihi jura grave jusjurandum.* v. 580 et 582.

VI. Cum tam frequens sit τοῦ βούλει post τὸ εἰ δὲ ellipsis, eaque a viris summis agnoscatur, nusquam tamen integra mihi oratio hactenus occurrit, quamvis vix dubitem, quin in maxima auctorum copia nonnunquam inveniatur. At cognatum verbum ἐθέλεις addit Homerus Il. Φ. v. 487.

Εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς,
Ὅσσον φερτέρη εἰμί.

ubi contra τὸ ἄγε deesse videtur, ut sit plena oratio: *Si vero vis armis me experiri, age, experire, ut probe scias, quanto te sim præstantior.* Estque hæc ἀποσιώπησις irascenti optime congrua.

VII. At εἰ δὲ βούλει, vel εἰ βούλει δὲ, verbatim, *si vero vis*, vim quoque exercet ἐπιδοτικὴν in amplificationibus, redditurque *adhæc, insuper, præterea,* ut apud Plat. in Phædro pag. 230. lin. 20. [T. X. p. 286. ed. Bip.] ubi describit locum amœnum, et post multa sic pergit: Ἥ τε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥστε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι etc. mox addit: εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἡδύ. *Rursus fons gratissimus sub platano manat aqua frigidissima, quam pede tentare possis: adhæc aura loci quam amœna, delectabilis et omnino suavis!*

VIII. Potestati ἐπιδοτικῇ vicina sit ἡ ἐπιτατική, quæ exseritur, quoties sequentia præcedentibus sunt meliora, præstantiora, graviora, aut etiam pejora. Exempla habet Budæus in Comment. pag. m. 526. Singulare est illud Gregorii: Τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς, τῇ πράξει, τοὺς πρακτικοὺς δὲ τῷ λόγῳ νικήσας· εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν τοὺς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τοὺς πρακτικωτάτους ὑπερβάλλων. Reddit Vigerus: *Qui eloquentia præstantes, agendi laude: in agendo excellentes, oratione superavit: vel, si mavis,* imo vero, *et dicendo eos, qui præ-*

Digitized by Google

starent eloquentia, et eos, qui agendo excellerent, agendo vicit. Quæri possit, quomodo tria hæc vocabula εἰ δὲ βούλει possint notare *præterea*, et *imo vero?* neque enim deposita prorsus vi sua naturali, aliam assumunt, ut fiat unum quid formale. Imo servant integerrime suam singula notionem, si admittatur ellipsis, et in usu ἐπιδεικτικῷ intelligatur, ἄκουε δὴ τὰ ἑξῆς; in sensu vero ἐπιτατικῷ, ἄκουε δὴ τὰ μείζω τούτων. *Audi, sis, nunc reliqua. Audi, sis, nunc his majora.*

IX. Ut autem revertar ad relata illa εἰ μὲν, εἰ δὲ vel εἰ δὲ μὴ, observanda in his perpetua ellipsis, modo verbi post εἰ δὲ μὴ ex superiore membro repetendi, modo conjunctionis μὲν in priori membro deficientis, nonnunquam integri enunciati. Et principio quidem verbum ex superioribus repetendum venit post εἰ δὲ μὴ, quoties sententiam affirmantem sequitur negativa conditionalis; ut apud Demosth. Orat. 1. in Philipp. initio: Εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γιγνώσκω, λέγειν. *Si quid eorum, quæ ab his dicerentur, mihi placuisset, quievissem: si vero non*, vel *sin minus*, vel *cæteroquin, ipse tunc, quæ sentirem, dicere conatus fuissem.* ubi post εἰ δὲ μὴ supple ex superioribus ἤρεσκε, *Si vero non placuisset.* Plat. in Phædr. pag. 273. lin. 38. [T. X. p. 377. ed. Bip.] Εἰ μὲν ἄλλο τι περὶ τέχνης λόγων λέγεις, ἀκούοιμεν ἄν· εἰ δὲ μὴ, οἷς νῦν διήλθομεν, πεισόμεθα. *Si aliud quid de hac arte dicas, audiemus: sin minus, iis, quæ paulo ante disputavimus, inhærebimus.* Pro, εἰ δὲ μὴ λέγεις ἄλλο τι.

X. Nonnunquam in priori membro τὸ μὲν supprimitur, ut apud Hippocr. Aphor. sect. V, §. 15. Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται· ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται. *Quotquot ex pleuritide purulenti fiunt, si intra diem quadragesimum, ex quo ruptio facta est, purgentur, liberantur: sin minus, in tabem malum convertitur.* Pro ἢν μὲν ἀνακαθαρθῶσιν.

XI. Sæpe posterius tantum membrum formam induit conditionalem, ita tamen, ut totum illud εἰ μὲν cum sequenti consequentia absit, ut apud Herodot. Erat. cap. 37. Πυθόμενος ὦν ὁ Κροῖσος ταῦτα πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι, μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ, σφέας πίτυος τρόπον ἀπείλεε ἐκτρίψειν. *His cognitis, Crœsus misit, qui denunciarent Lampsacenis, ut Miltiadem dimitterent; cæteroquin, se in morem pini exstirpaturum eos minabatur.* Integra erit oratio, si ante εἰ δὲ μὴ suppleas: εἰ μὲν τὸν Μιλτιάδη μετιέναι ἐβούλοντο, καλῶς ἂν ἔσεσθαι. Isocr. ad Nicocl. pag. 35. Μάλιστα μὲν εὑρετὴς γίνου τῶν βελτίστων· εἰ δὲ μὴ, μιμοῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. *Imprimis inventor sis rerum optimarum: sin minus, imitare ea, quæ apud alios recte se habent.* i. e. *Si fias inventor, recte habet: sin minus* etc. Adde Apocal. Joann. cap. II. comm. 16. Μετανόησον· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχύ. *Resipisce: sin minus, veniam ad vos.*

XII. Cum autem εἰ δὲ μὴ geminatur in oratione, cujus membra

Digitized by Google

duobus plura sunt, durius Latine vertas *alioquin;* ut in illo Platonis lib. V. de Rep. pag. 473. [T. VII. p. 52. ed. Bip.] Τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας πόλις· μάλιστα μὲν ἑνός· εἰ δὲ μὴ, δυοῖν· εἰ δὲ μὴ, ὅτι ὀλιγίστων. Amant Latini dicere *si id fieri nequit. Quam minima mutatione in hanc formam redeat respublica; et maxime quidem una quadam mutata ratione; sin minus, duabus; si id non poterit, quam paucissimis.* In hunc ferme modum audias Terentianam Thaidem, Eun. III. 2. 46.

——— Diligenter, Pythias,
Fac cures, si Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primum ut maneat: si id non commodum est,
Ut redeat: si id non poterit, ad me adducito.

Mirum cuipiam videri possit, Græcos εἰ δὲ μὴ constanter adhibere, etiam post sententias, quibus particula μὴ sive ἀποφατικὴ sive ἀπαγορευτικὴ præfigitur, ita ut videatur καταχρηστικῶς usurpari, ut in Epict. Enchir. cap. 20. Ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ᾽ ἄλλοις· εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη. Hic si τὸ, εἰ δὲ μὴ, verbatim redditur, *si vero non*, contrarius reddetur sensus, videbiturque ejusdem negati contraria deductio, hoc modo: *Si quis igitur vult liber esse, neque cupiat, neque aversetur quicquam eorum, quæ in aliorum potestate sunt: si vero non,* nempe cupiat aut aversetur eadem, *servire eum necesse est.* Censet Devarius, in talibus εἰ δὲ μὴ pro εἰ δὲ vel εἰ γὰρ usurpari, cum repetitione verbi præcedentis: et tunc εἰ δὲ μὴ non ad verba, sed ad sensum referri. Sed, præterquam quod εἰ δὲ sine adjecta particula, ita per se, non expresso ex præcedentibus verbo, stare non potest, τὸ, εἰ δὲ μὴ, quando ad sensum refertur, pro εἰ γὰρ usurpari non potest; contrarius enim atque adeo absurdus inde exiret sensus. Si quid ego video, εἰ δὲ μὴ, totum hoc, et non positum pro εἰ γὰρ, ad sensum est referendum, ita ut non præcedens dumtaxat enunciatum, sed totum illud negatum aut prohibitum repetendum veniat. Ita in verbis Epicteti, non θελέτω dumtaxat, et φευγέτω intelligenda sunt et repetenda post εἰ δὲ μὴ, sed μήτε θελέτω, et μήτε φευγέτω. q. d. *Nisi non velit, nisi non aversetur,* i. e. *Si contra velit et aversetur; servire eum necesse est.* Sive, prohibendi potestate abeunte in negandi potestatem, dixeris, εἰ δὲ μὴ, οὔτε θέλει τι, οὔτε φεύγει τι τῶν ἐπ᾽ ἄλλοις, δουλεύειν ἀνάγκη. Geminus ferme locus est cap. 39. Μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν· εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτῷ πρόσει. ubi post εἰ δὲ μὴ iterum repetas ex præmissis, non φέρε dumtaxat, sed totum illud μὴ φέρε. *Ne afferas igitur ad vatem desiderium aut aversationem; nisi vero non afferas, tremens ad eum accedes.*

XIII. Additur et Particula γε, ut fiat εἰ δὲ μήγε, quæ tamen non tam εἰ δὲ μὴ afficere, quam consequentem sententiam restringere videtur. Quale est illud Apostoli in posteriori ad Corinth. cap. XI.

Digitized by Google

comm. 16. Μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι. εἰ δὲ μήγε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. Principio generaliter dicit: *Ne quis putet me esse dementem.* Tum hoc generalius restringit ad magis speciale τὸ γε, quasi dicat, *si vero non nemo talem me esse censeat, saltem ut talem me recipite.* Sic Servator in Evang. Matth. cap. IX. comm. 17. primum generaliter negat, *nullum inveniri, qui vinum novum in uteres veteres injiciat.* Οὐδὲ βάλλουσιν, inquit, οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς. Sed illud generalius restringit τὸ γε, ubi subdit: εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί. i. e. *Si tamen aliquis inveniatur, qui hoc faciat, hinc saltem sequetur, ruptum iri uteres.*

EI KAI.

I. Εἰ καὶ aggregatur ex εἰ conditionali, et καὶ ἐπιδεικτικῷ: illud ponit casum, quem largitur et concedit, hoc argumento inhæret, firmiterque affirmatam sententiam tenet; et, quia καὶ ἐπίδοσιν infert, rarius primum locum occupat. Cæterum totum hoc εἰ καὶ, verbatim *si etiam*, i. e. *etiamsi, et si*, [G. *wenn gleich*] notat ἐν ταῖς ἐπιτροπαῖς, ut in epist. Pauli ad Hebr. cap. VI. comm. 9. Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν. *Meliora tamen, et quæ saluti congrua sunt, de vobis, dilecti, sentimus, licet sic loquamur.* Ne tamen τὸ εἰ καὶ hoc modo fiat formale, videamus, an non utraque particula proprio hic officio fungatur. Ὁ εἰ concedit, Apostolum severa denunciatione Hebræos in præcedentibus commatibus terruisse, asseverante interim καὶ, ipsum de Hebræis meliora sentire. Nec quicquam obstat, quin reddamus: *Meliora de vobis sentimus etiam tum, quando sic loquimur.* Exemplorum plena sunt omnia.

II. Nec duæ hæ voces ita connectuntur, ut non alia nonnunquam interserere liceat, puta τὶ, δὲ, γὰρ, aut similia, non ineleganter. Exemplum habet Demosth. de Class. pag. 75. lin. 26. Εἴ τι καὶ παραλίπομεν νῦν, πάντα γὰρ ἀκριβῶς εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἑαυτῷ εὑρήσει. *Etsi nunc aliquid omisimus,* [G. *Wenn wir auch gleich izt etwas ausgelassen haben*] *(non enim facile est omnia invenire ordine) id ipsa sibi res inveniet.* Intertexit γὰρ Lycurgus adv. Leocr. cap. 23. Εἰ γὰρ καὶ μυθωδέστερόν ἐστιν, ἀλλ' ἁρμόσει. *Etsi enim fabulosius est, veniet tamen usui.* Voculam δὲ interponit Paulus 2. Cor. cap. IV. 3. Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ubi tamen potius reddas *quod si.*

III. Rarius dixi, τὸ καὶ ob notionem ἐπιδεικτικὴν primum locum occupare; ne dicam, nunquam, facit Homeri locus Il. Ν. v. 316. quem citat H. Stephanus. Hic καὶ εἰ invenitur plane ut apud Latinos, *Etsi, Etiamsi*, ubi tamen non indignantibus Musis potuisset dicere εἰ καί. Verba sunt:

Digitized by Google

Οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν,
Αἰπύ οἱ ἐσσεῖται μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι.

Etiamsi fortissimus est. Sic invenitur, interjecta vocula γὰρ, et adjecta particula περ, in pr. ad Corinth. ep. cap. VIII. comm. 5. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοί. *Etsi enim sunt, qui Dii dicuntur.*

IV. In his omnibus utcunque utraque Particula, si naturalem notionem spectas, officio suo fungi potest, tamen, quod ad usum attinet, secure reddas per Latinorum *etsi*, *quamvis*. Verum, quoties τὸ καὶ non ad totam propositionem concessam, sed ad nomen aliquod in eadem sententia refertur, suam vim ἐπιδοτικὴν necessario exserit, et frustra vertas *licet* vel *quamvis;* sed potius præcedente fere τί, *quid si?* [G. *wie wenn auch.*] Atque hic usus facile a superiori dignosci potest, quod τὸ εἰ, utpote rem notans incertam, cum optativo, rariusque cum conjunctivo construitur. ut in illo Xenophontis Cyrop. III. 2. 18. Καὶ ὅς, τί ἄν, ἔφη, εἰ καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀγαθὰ προσγένοιτο διὰ τὴν εἰρήνην; ubi εἰ et καὶ separatim necessario spectanda sunt, et, præcedente τί, reddenda, *quid si etiam alia ex pace bona consequeremini?* Εἰ conditionem infert, et καὶ ἐπίδοσιν, non sine ellipsi, quæ hoc modo suppleatur: Τί ἄν, εἰ πρὸς τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις καὶ ἄλλα ἀγαθὰ προσγένοιτο; *Quid si præter hæc, quæ modo diximus, insuper alia bona consequamini?* Adde Euripid. Phœniss. v. 1356. ubi, quærente Creonte, et exclamante, ὦ τάλας ἐγώ, subdit nuncius:

Εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά;

Quid si etiam scires, quæ his malis accedunt? Sic et Heliodor. Æthiop. lib. 1. cap. 20. Ὑμῖν μὲν ἔχω τὴν χάριν, ἔφη. εἰκότα δ᾽ ἂν ποιοῖμεν, εἰ καὶ τὴν γνώμην ὅπως ἔχει πρὸς τοῦτο τῆς κόρης μάθοιμεν. *Vobis quidem, inquit, gratias habeo; interim recte fecerimus, si etiam virginis quæ sit hac super re sententia, cognoverimus.*

V. Separatim quoque necessario habenda utraque particula, quoties τὸ εἰ interrogat, et τὸ καὶ refertur ad nomen, vel pronomen additum, ut apud Xenoph. Cyrop. Instit. lib. II. 4. 31. Ἢν δ᾽ ἐρωτᾷ, εἰ καὶ αὐτὸς ἔρχομαι. *Si roget, an ipse quoque veniam.*

EI MH.

I. Εἰ μὴ conditionem præfert negativam, quoties εἰ adjecto verbo tribuitur, redditurque *si non, nisi.* Et εἰ μὴ proponit aliquid, quod nisi obstet, conclusio rata foret, ut apud Plat. in Phædro pag. 251. lin. 7. [T. X. p. 330. ed. Bip.] Εἰ μὴ δεδίει τὴν τῆς σφόδρα μανίας δόξαν, θύοι ἄν, ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ, τοῖς παιδικοῖς. *Nisi timeret nimiæ insaniæ opinionem, oblatis sacris amasium veneraretur, sicuti imagi-*

Digitized by Google

nem Dei. Hic τὸ εἰ μὴ infert propositionem, quæ obstat, quo minus amasium divino honore colat. Notanda hic non inelegans ellipsis, qua post εἰ μὴ διὰ sequentia omittuntur. Exempla habent Plato in Gorg. pag. 516. init. [T. IV. p. 150. ed. Bip.] Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν. *Miltiadem illum, qui in campo Marathonio* victor fuit, *in barathrum conjiciendum decreverunt, et nisi per Prytanim,* (i. e. *nisi Prytanis obstitisset,*) *injectus fuisset.* Philo. Jud. legat. ad Cai. pag. 774. lin. 32. Τρὶς, οὐχ ἅπαξ ἀνῄρητο ἄν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμέ. *Nisi ego impedivissem, ter, non semel interemtus fuisset, prono in ipsius necem Tiberio.* Thucyd. lib. II. cap. 18. Ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι, ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους, πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν. *Videbantur Peloponnesii, si celeriter invasissent, omnia, quæ extra urbem erant, occupare potuisse, nisi per illius cunctationem,* supple, *prohibiti fuissent.*

II. At minime tuta et constans illa, quam dixi, conversio est, ubi ἂν abest, neque intelligendum relinquitur, ut in poster. ad Cor. cap. ult. comm. 5. Οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε. ubi minime procedit hæc inversio: *Non agnoscitis Christum in vobis esse? quia estis reprobi.* Sed εἰ μὴ hic exceptionis aliquam significationem præ se ferre videtur (de quo usu mox) potius quam conditionis; reddendumque *si modo non, nisi forte, dummodo non aliquo modo sitis reprobi.* Duriuscula oratio, quare hanc mitigat in sequentibus: Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι. At si Apostoli sermo fuisset ad improbos, secundum formam superiorem ita fuisset institutus: Εἰ μὴ ἀδόκιμοι ἦτε, ἐπιγινώσκοιτε ἂν ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐστιν ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀδόκιμοί ἐστε.

III. Admissa, quam dixi, conversione, tantum abest, ut εἰ μὴ neget, ut potius affirmet; nam in Platonis loco per εἰ μὴ ἐδίει, intelligimus amatorem timuisse, et apud Joannem, Christum venisse: imo nonnunquam affirmationem vehementius urget. ut in Joann. epist. priori cap. II. 22. Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης; Εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός. *Quis est mendax ille? nisi qui negat, Iesum esse Christum illum.* i. e. *Si quis alius, is mendax est ille.* Similem loquendi formam deprehendas apud Ter. in Andria I. 5. 2. *Quid est si hæc non contumelia est?* In quibus loquendi formis τὸ εἰ μὴ ita posterius urget, ut prioris minor habeatur ratio.

IV. Quin etiam frequenter adstringit, ita ut alterum prorsus excludatur, quo fit, ut εἰ μὴ sensim assumat usum exceptivum, ut, Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος εἰ μὴ εἷς. 1 Cor. VIII. 4. *Nullus est Deus, nisi unus.* ubi εἰ μὴ excipit unum, ut reliquos excludat. Sic 1 Cor. X. 13. Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. *Tentatio vos non cepit, nisi humana* i. e. *præter humanam.* In quibus omnibus notandum, τὸ εἰ μὴ naturaliter sequi illud, unde quid excipit. Est tamen, ubi inverso ordine præcedit, ut in Evang. Marci cap. VIII. 14. Καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον, οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ. *Et non nisi*

Digitized by Google

unum panem secum habebant in navigio. Similiter *nisi* præmittit quoque Cicero de Amicit. cap. 5. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse.*

In talibus igitur exemplis sæpe reddi potest per ἀλλά. Ut in Evang. Matth. XVII. 8. de Moyse et Elia in monte apparentibus: Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, ΕΙ ΜΗ τὸν Ἰησοῦν μόνον. *Sublatisque oculis neminem videbant præter solum Iesum.* Hic Marcus cap. IX. 8. rem eandem tantum non iisdem verbis narrans pro εἰ μὴ dixit ἀλλά. ita enim ille: Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον· ΑΛΛΑ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν. Servari etiam τοῦ ἀλλὰ potest significatio, quando cum verbo, et quidem cum imperativo construitur, sive in sensu exceptivo, sive secus. Tale sit illud Apostoli ad Gal. cap. I. 7. *Non est aliud,* inquit, *evangelium,* εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. *Sed sunt,* sive exceptive, *Tantummodo sunt, qui vos conturbant, et invertere volunt evangelium Christi.* Imperativi exemplum habet Aristoph. Equit. v. 1103. Μηδὲν ἄλλ', εἰ μὴ ἔσθιε. *Nihil aliud age, sed ede tantum.* sive, *Nihil aliud quam ede.* Item Apostolus in pr. ad Corinth. VII. 17. Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; εἰ μὴ, ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω. *Qui enim scis, uxor, num virum servatura sis? Aut, qui scis, vir, num uxorem servaturus sis? sed, ut cuique sortem suam distribuit Deus, et ut quemque vocavit Dominus, sic ambulato.*

V. Εἰ μὴ etiam pro ὅτι μὴ, id est, *quod non,* adhiberi, docet Devarius, eadem ratione, qua εἰ pro ὅτι, adfertque verba Æschinis: Εἰ μὴ δέδωκε δίκην, οὐκ ἀγαπᾷ. Adfert etiam H. Stephanus, sed locum, quem non satis designant, inspicere non licuit, quare de eo sententiam non dixerim: mutata locutionis ratione, similem habemus sententiam apud eundem contra Ctesiph. pag. 306. lin. 44. Οὐκ ἀπέχρη σοι δίκην μὴ δεδωκέναι. *Impunitate non eras contentus.* Adde Plut. in Poplicola non longe ab initio: Ἀγανακτῶν οὖν ὁ Οὐαλέριος, εἰ μὴ πιστεύεται πάντα πράττειν ἕνεκα τῆς πατρίδος. *Indignatus igitur Valerius, quod sibi fides non habebatur, omnia se pro patria experturum.* Cæterum qua ratione εἰ pro ὅτι ponatur, supra discussi sect. 1. §. 17. et 18.

VI. Denique fit, ut εἰ et μὴ ad diversa referantur, εἰ ad verbum, μὴ ad aliud in sententia vocabulum; quo casu frustra reddas *nisi,* neque conditio est negativa, sed potius affirmativa. Thucydidis verba, quæ pro hoc usu affert H. Stephanus, inveniuntur lib. 1. cap. 32. in fine: Καὶ ξυγγνώμη, εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ, τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν. Hic εἰ referendum ad τολμῶμεν, et μὴ ad μετὰ κακίας. Sensus est perspicuus, si ita ordinatur oratio: Εἰ τολμῶμεν ἐναντία, μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ etc. quare post εἰ malim ponere comma, εἰ μὴ μετὰ κακίας. *Et venia danda, si, non malo animo, sed opinionis potius errore, cum, antea quieverimus, nunc contraria audeamus.*

Digitized by Google

VII. Jungitur et his particulis τὸ ἆρα στοχαστικὸν, sed de quo jam supra monui in particula ἆρα sect. 3. §. 3. Tantum, ut constet vis στοχαστικὴ, addo, eodem in casu adhiberi εἰ μὴ ἄρα apud Dion. Hal., in quo εἰ μή που apud Aristot. Ita enim apud illum lib. VII. p. 457, Ἐνθάδε κριθεὶς, διδότω αὐτῷ δίκας, ὥσπερ ἐστὶ νόμιμον, εἰ μὴ ἄρα, ὦ Δέκιε, ὁ μὲν δῆμος ἴσος ἔσται δικαστής. *Hic judicatus pœnas ei dato, ut est legitimum, nisi forte, o Deci, plebs æqua judex erit.* Et apud hunc lib. de Rep. I. cap. 8. init. legas: Τό τε γὰρ ἄῤῥεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν. *Nam et mas ad principatum natura aptior quam fœmina, nisi forte ita sit comparatus, ut naturæ legibus adversetur.*

VIII. Quando subjungitur infinitum τὶ vel τὶς, sequente ἀλλὰ, fit εἰ μή τι, ἀλλὰ, redditurque oratio elliptica. Estque hæc loquendi forma non absimilis superiori, quam notavi §. 3. quando nempe, misso priori, vel leviori ejus ratione habita, posterius magis urgemus. Ut Glauco apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 509. [T. VII. p. 121 ed. Bip.] petens a Socrate, ut pergat de sole disserere, et, si quid hactenus prætermiserit in ea similitudine, exponere, Μηδαμῶς γε, inquit, παύσῃ, εἰ μή τι ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον ὁμοιότητα αὖ διεξιὼν, εἴ πῃ ἀπολείπεις. *Nequaquam desiste, repetito argumento, si quid omiseris, si minus aliud quid, at saltem illam de sole similitudinem enarrare,*

ΕΙΠΕΡ.

I. Subjunguntur τῷ εἰ aliæ Particulæ infinitæ potestatis, περ, πῃ, που, ποτὲ, τὶς, τὶ, πως, ex quibus περ conditioni addit infinitam rationem, πῃ et που locum, ποτὲ tempus, τὶς personam, τὶ rem, et πως modum. Primum illud εἴπερ, diligentiorum requirit attentionem, cætera minoris sunt momenti. Conditionem limitare Particulam περ, et totum hoc εἴπερ significare *si modo*, infinita exempla monent. Ita Xenoph. Cyrop. lib. II. 3. 23. Γιγνώσκω τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, οἷον καὶ νῦν ὅδε λέγει, εἴπερ δεῖ ἐνεργὸν καὶ πειθόμενον ἔχειν τὸ στράτευμα, ἐξαιρετέους εἶναι ἐκ τῆς στρατιᾶς. *Censeo, tales homines, qualem et hunc nunc nobis narrat, si modo oportet strenuum et dicto audientem habere exercitum, ab exercitu esse removendos.* Plat. lib. V. de Rep. pag. 457. [T. VII. p. 20. ed. Bip.] Οὐκ οἶμαι, ἦν δ᾽ ἐγὼ, περί γε τοῦ ὠφελίμου ἀμφισβητεῖσθαι ἂν, ὡς οὐ μέγιστον ἀγαθὸν, κοινὰς μὲν τὰς γυναῖκας εἶναι, κοινοὺς δὲ τοὺς παῖδας, εἴπερ οἷόν τε. *Non arbitror, inquam, de utilitate dubitandum esse, maximum scilicet esse bonum, communes esse uxores, communes etiam filios, si modo fieri potest.*

II. Quemadmodum τὸ περ περιγραφικὸν afficit τὸ εἰ conditionale ita, ut exprimat *conditionem, sine qua non;* ita quoque afficit τὸ εἰ αἰτιολογικὸν, ut indicet *causam, sine qua non.* Ita Plato, probans

Digitized by Google

in Phædro pag. 245. [T. X. p. 318. ed. Bip.] principii nullam esse originem, sic argumentatur: Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο· ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὴν ἀνάγκη εἶναι· ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. *Ex principio enim necesse est, omnia, quæ oriuntur, oriri; ipsum autem principium ex nulla re: nam si principium ex aliqua re oriretur, res ea non ex eo principio oriretur. Quoniam vero non est genitum, etiam interire non posse, necesse est: si enim extingueretur, neque ipsum ex alio, neque aliud ex ipso gigneretur, quandoquidem ex principio creari omnia necesse est.* ubi τὸ πάντα γίγνεσθαι ἐξ ἀρχῆς constituit causam, sine qua non ἀδιάφθορον est principium. Utuntur τῷ εἴπερ Græci, quoties rem non simpliciter tantum probatam volunt, sed quando palmarium aliquod infertur argumentum. Ita probat Apostolus scribens Thessalonicensibus in posteriori cap. 1. 6. dignos illos haberi regno Dei, pro quo afflictiones patiebantur, εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν. *Quoniam justum est apud Deum eis, qui vos affligunt, vicissim afflictiones immittere, vos autem, qui affligimini, relaxare.* Hoc Dei consilium sive institutum tanquam primarium adhibet argumentum, quare regno Dei digni sint judicandi. Aristotel. Eth. lib. X. cap. 7. in fin. Τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει, κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐσθ' ἑκάστῳ· καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος. *Id enim, quod naturæ cujusque proprium est, optimum est cuique et suavissimum: atque adeo homini ea vita jucundissima est, quæ menti ipsius est congrua, quandoquidem hæc pars maxime homo est.*

III. Potest nonnunquam suboriri dubitatio, utrum εἴπερ sit conditionale, an αἰτιολογικὸν, ut in illo Platonis in Phædr. pag. 257. lin. 19. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Συνεύχομαί σοι, ὦ Σώκρατες, εἴπερ ἄμεινον ταῦθ' ἡμῖν εἶναι, ταῦτα γίγνεσθαι. ubi dubium esse possit, utrum reddas, *si modo præstat*, an vero, *quandoquidem præstat, ea nobis evenire.* At conditionaliter reddit Beza, Rom. VIII. 17. Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. *Si modo cum eo patimur, ut cum eo etiam glorificemur.* Malim ego αἰτιολογικῶς, *quandoquidem*, quia sermo est de iis, cum quorum spiritu Dei spiritus una testatur, ipsos esse filios Dei: nam, quia cum Christo patiuntur, ut cum ipso glorificentur, hinc sequitur, eos esse filios Dei. Cui argumento simile est illud, quod modo tetigimus ex epist. II. ad Thessal. [ubi reddas Germanice *Dieweil es recht ist bei Gott.* Galli: *Vû que c'est une chose juste envers Dieu.*]

IV. In sensu conditionali quoties jungitur infinitæ voculæ ποτὲ, τὶς, ἄλλος, aut simili, vim infert intendendi, et hoc modo τὸ περ potestatem limitandi imprimis exercet, ut εἴπερ ποτὲ, νῦν μάλιστα. *Si unquam alias, at nunc maxime.* Εἴπερ τις ἄλλος, καὶ οὗτος. *Si quisquam alius, et hic.* Ita Demosth. Olynth. 1. pag. 2. lin. 5. Φημὶ

Digitized by Google

δεῖν ἐθελῆσαι, καὶ παροξυνθῆναι, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτὲ, καὶ νῦν χρήματα εἰσφέροντας προθύμως. *Necesse esse aio, ut velitis, et excitemini, belloque incumbatis, si unquam alias, et nunc pecunias promte conferentes.* Et Xenoph. Cyrop. III. 3. 42. Συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπερ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾷν. *Vobis expedit, si cuiquam etiam alii, ut superiores sitis.* Docet Vigerus de Idiotism. L. G. cap. 8. sect. 6. Reg. 12. particulas illas sequi καὶ in opposito membro: quam tamen observationem non esse perpetuam, evincit locus Xenophontis, ut et Thucydidis lib. IV. cap. 55. Ἐς τε τὰ πολεμικὰ, εἴπερ ποτὲ, μάλιστα δὴ ὀκνηρότεροι ἐγένοντο. *Et ad res bellicas, si unquam alias, tunc maxime erant segniores.* ubi καὶ abest.

V. Inter εἴπερ et voculam infinitam interserit τὸ δὴ Aristophanes, minime otiosum, sed ἔμφασιν, ut plurimum, βεβαιωτικὴν afferens: ut in Acharn. v. 404. Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον, Ὑπάκουσον, εἴπερ δή ποτ' ἀνθρώπων τινί. *Euripides, Euripidule, audi me, si unquam sane hominum quemquam.*

VI. In hoc usu facile quis deprehendat ellipsin. Post εἴπερ ποτὲ supprimitur προσέχετε, vel χρήματα εἰσηνέγκατε. Sic apud Xenoph. plena sit oratio, εἴπερ τῳ ἄλλῳ συμφέρει, et in verbis Thucydidis legas integre, εἴπερ ποτὲ ὀκνηροὶ ἐγένοντο.

VII. Est et diversus ab hoc usus ellipticus, quando post εἴπερ ex præcedentibus aliquid repetendum relinquitur, non addita vocula infinita. Exemplum habet Devarius ex Aristoph:

> Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,
> Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς; εἴπερ.—

Ubi Kusterus: *Locum hunc per ellipsin sententiæ ita intelligendum puto, ac si Strepsiades diceret:* Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς (sc. ὑπερφρονεῖς τοὺς θεοὺς), εἴπερ ὑπερφρονεῖν δεῖ τοὺς θεούς; Magis tamen apposite Devarius supplet βούλει cum repetitione verbi ὑπερφρονεῖν.

VIII. Denique tertius est ellipseos usus, cum post εἴπερ totum consequens omittitur, ut apud Hom. Il. A. v. 581.

> Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
> Ἐξ ἑδέων στυφελίξαι· ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν.

Ubi Eustathius post στυφελίξαι intelligit, ἀνύσει, ὃ θέλει, vel etiam, πάντως ἂν στυφελίξῃ. Non ignoro, posse post ἀστεροπητὴς interpungi, et στυφελίξαι haberi optativi modi, suppresso ἄν. *Si velit, deturbare nos* vel *te potest.* Sed reverentia debita matri non admittere videtur hanc dicti asperitatem; quare ellipsis videtur potior, qua significari vult, quod eloqui veretur. Sensus tamen est: *Nam si Jupiter fulgurator velit ex sedibus deturbare, effectum dabit, quod vult,* vel *re ipsa deturbavit: est enim hic longe potentissimus.*

Digitized by Google

IX. Ex vi adversativa adjectæ Particulæ περ nascitur τοῦ εἴπερ significatio *quamvis*, *licet*. Ita apud Hom. Il. Φ. v. 577.

> Εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ, ἠὲ βάλῃσιν,
> Ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει
> Ἀλκῆς. ——

Nam quamvis eam præveniens vulneraverit, tamen hasta transfixa non deponit vim.

X. Cæterum Vigero non assentior, qui τὸ εἴπερ sumi putat pro *sic* apud Aristid. Panathen. pag. 171. tom. I. Qua de re consule, sis, quæ dixi ad eundem cap. VIII. sect. 6. Reg. 13.

XI. Jungitur et τῷ εἴπερ Particula ἄρα, non ἐκ παραλλήλου τῷ περ, ut putat Devarius, sed opponit præmissis consequens, conditionaliter affirmans, si negativum præcesserit, totumque hoc εἴπερ ἄρα conditionem ponit, sed minime concedit. Ita apud Synesium, quem locum ex Budæo afferunt Devarius et Vigerus: Τοῦτο μὲν οὐκ ἔστι φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν· ἥρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναλγεῖσθαι· τὸ δὲ καὶ προσανιάσαι, πόῤῥω δεινόν. ubi τὸ, οὐκ ἔστι φιλίαν ἀπειπεῖν, positum videri possit pro, οὐ μόνον ἐστὶ φιλίαν ἀπειπεῖν. Similiter apud Aristot. 10. de Cœlo, notante Vigero: Τὰ πάντα, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ τέλειον, οὐ κατὰ τὴν ἰδέαν διαφέρουσιν· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, ἐν τῇ ὕλῃ ubi post εἴπερ supplendum tantum διαφέρουσι. Negaverat Philosophus, *omnia et universum et perfectum forma differre.* Cui opponitur conditionaliter: *si tamen differunt, differunt tantum materia.*

XII. Eandem exercet τὸ ἄρα potestatem post interrogativum; quatenus interrogatio negationem includit. Ita Œnomaus apud Eusebium Præpar. 6. notante eodem: Ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ὑμᾶς τίνυται, ἀλλ' οὐκ, εἴπερ ἄρα, ἑαυτὸν, ὅτι τοσαύτην καθέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; ubi post εἴπερ ἄρα supple τίνυσθαι χρὴ τινά. et, ὁ Ζεὺς τί ὑμᾶς τίνυται, perinde est ac, τὸν Δία οὐ δεῖ ὑμᾶς τίνυσθαι. *Sed Jupiter hic, illa vestræ necessitatis necessitas, quid in vos animadvertit, ac, si* (sc. vel maxime vult,) *non potius in se ipsum, qui tantam esse necessitatem ostenderit?*

XIII. Eandem potestatem exercet, quamvis ob solam loquendi formam paulum diversa videatur, ante negationem, quæ ponitur quidem, sed non conceditur. Ut in ep. priori ad Corinth. cap. XV. Apostolus variis argumentis probans mortuorum resurrectionem, ait comm. 15. Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. Reddit Beza: *Invenimur autem falsi testes Dei: quoniam de Deo testificati sumus, eum suscitasse Christum: quem non suscitavit, si videlicet mortui non suscitantur.* ubi εἴπερ ἄρα opponit τοῖς νεκροῖς ἐγειρομένοις τοὺς νεκροὺς οὐκ ἐγειρομένους, non affirmans, mortuos suscitari, multo minus negans, non suscitari, sed ponens con-

Digitized by Google

ditionaliter sententiam eorum, qui negant resurrectionem. Exprimitur itaque recte vis Particulæ ἄρα, et mens scribentis, quando reddimus: *si verum est, mortuos non suscitari.*

XIV. Pro εἴπερ ἄρα invenies et εἰ ἄρα in verbis Diogeniani apud Euseb. Præpar. lib. VI. pag. 265. Πῶς τοίνυν δι' αὐτῶν (ὀνομάτων) σημαίνονται τὰ πάντα ἀπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι, καὶ μὴ (εἰ ἄρα) ταῦτα μόνα, ὧν ἐστὶν εἱμαρμένη. *Ubi igitur omnia prorsus fato fieri significant, ac non potius, si qua tamen fato fieri significant,* (hæc scilicet elliptice intelligenda) *sola hæc, quæ a fato dependent?*

XV. Similiter usurpatur εἰ δ' ἄρα, sed tantum in principio membri sequentis. Ita Demosth. adversus Midiam, notante Vigero: Ἐπεὶ περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι· εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται τοῦ μικροτάτου παρ' ὑμῖν. *Ubi hic bonis suis spoliatus fuerit, fortasse non injuriam faciet: sin tamen faciet, vilior erit habendus homine apud vos abjectissimo.* Hic εἴπερ ἄρα dicere quis possit, si in extremo collocet, ita: Ἔσται δ' ἐλάττονος ἄξιος τοῦ μικροτάτου παρ' ὑμῖν, εἴπερ ἄρα.

XVI. In principio hujus sectionis §. 1. et 2. dixi τὸ περ in εἴπερ habere vim limitandi; si tamen magis proprie loqui lubeat, et rem penitius intelligere, dixerim, eam tandem potestatem sese exserere elliptice, suppresso γε, ita ut περ proponat, aut potius intelligi velit nonnulla infinita, ex quibus τὸ γε unum quippiam eligit, et, si illud exprimitur, adstringit sive urget; et ita plena erit locutio εἴπερ γε, quam legere est apud Plat. in Theæt. pag. 187. lin. 37. [T. II. p. 146. ed. Bip.] ubi, Socrate dubitante, utrum aliquid, de quo sermo erat, omittat, an aliqua ratione sit disquisiturus, excipit Theætetus: Τί μὴν, ὦ Σώκρατες, εἴπερ γε καὶ ὁπηοῦν φαίνεται δεῖν; *Quidni, o Socrates, quoniam certe et aliqua ratione id oportere apparet?* Hic περ vult intelligi varias esse rationes, cur rem inquiri oporteret, ex quibus τὸ γε unam, quamcunque tandem, limitat. Quasi dicat: *si modo una quacunque tandem saltem ratione id fieri oportere constat.*

ΕΙ ΠΗ. ΕΙ ΠΟΥ. ΕΙ ΠΟΤΕ. ΕΙ ΠΩΣ.

I. Reliquæ Particulæ infinitæ potestatis, πῃ, που, ποτὲ, πως, τῷ εἰ subjunctæ, illud vix ac ne vix quidem afficiunt, et per se stare et considerari possunt, quare non est, cur in his explicandis longum laborem et operam ponam. Πῃ et που notant partem vel locum. Thucyd. lib. IV. cap. 69. Κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην, ἀπεσταύρουν, εἴπῃ δέοιτό τι. *Arboribus cæsis aliaque materia, locum vallo muniebant, si qua parte opus esset.* Et cap. 125. Ἐκδρόμους δὲ, εἴπῃ προσβάλλοιεν αὐτοῖς, ἔταξε τοὺς νεωτάτους. *Ad excursiones faciendas, si qua ipsos invaderent, juniores disposuit.* Που locum notat infinitum apud eundem ibid. cap. 4. Τὸν πηλὸν, εἴπου δέοι χρῆσθαι, ἀγγείων

Digitized by Google

ἀπορίᾳ ἐπὶ τῶ νώτῳ ἔφερον. *Lutum, sicubi ejus usus esset, ob vasorum penuriam humeris portabant.*

II. Ποτὲ conditioni addit tempus interminatum, interposito nonnunquam δὴ inter ipsum et εἰ. Ita Chryses apud Hom. Il. A. v. 39.

— Εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν.—

Si quando tibi templum etc. Estque τῶ εἴποτε usus frequens in obtestationibus, quarum exempla vide, sis, supra sect. 1. §. 12.

III. Denique modum addit infinitum πως in εἴπως, *si quo modo.* Apud Thucyd. lib. cit. cap. 11. Προθυμίᾳ τε πάσῃ χρώμενοι καὶ παρακελευσμῷ, εἴπως ὠσάμενοι ἕλοιεν τὸ τείχισμα. *Omni animorum contentione et exhortatione utentes, si quo modo, pulsis hostibus, munimentum caperent.* Et in Act. Apost. cap. XXVII. comm. 12. Οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι. *Plerique sensuerunt illinc quoque solvendum, si quo modo appellere possent ad Phœnica hybernaturi.* Confer Rom. I. 10. et XI. 14.

ΕΙΤΙΣ.

Infinitum nomen τὶς et τὶ similiter quidem τῷ εἰ subjungitur, sed illud tamen aliter afficit, ita ut εἴτις et εἴτι includat conditionem, si originem spectamus et principem usum: verum loquendi forma obtinuit, ut totum illud εἴτις et εἴτι non tantum notet *siquis* et *siquid,* sed plane sibi vindicaverint usum τῶ ὅστις ἄν, ὅ τι ἄν, ὅσα, *quicunque, quodcunque, omnes, omnia,* ita ut conditionis exigua admodum restent vestigia. Vide Xenoph. Hist. lib. VII. 1. 9. Ἔφθειρον, εἴτι χρήσιμον ἦν ἐν τῷ πεδίῳ. *Perdiderunt, quicquid in campo usui esse posset.* Et epist. Pauli ad Rom. XIII. 9. Τὸ γὰρ, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴτις ἑτέρα ἐντολὴ, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται. *Illud enim; Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, et si quod aliud est præceptum, hoc uno vocabulo summatim comprehenditur.* In hac loquendi forma τὸ εἰ non infert conditionem rei incertæ, imo nec certæ quidem assumta vi αἰτιολογικῇ; sed totum illud εἴτι notat *omnia, quæ, quæcunque,* aut simile: neque enim conditio apud Xenophontem facto, quod narratur, quadrat, sed significat ille omnia, quæ in campo usui esse poterant. Sic Apostolus non dubitat alia esse præcepta, sed per εἴτι exprimit reliqua, quæ non enumeravit, et reddi verba possunt: *Et reliqua præcepta omnia uno vocabulo summatim comprehenduntur.* Quare permutat quoque ὅσα et εἴ τι scribens Phi-

Digitized by Google

lippensibus cap. IV. 8. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴτις ἀρετὴ, καὶ εἴτις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε. *Cæterum, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque veneranda, quæcunque justa, quæcunque munda, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, et si qua laus est, hæc meditamini.* Idem præstat Latinorum, *si quis, si qui, si quid*, uti patere potest ex Cic. Orat. III. in Catil. cap. 3. in extremo: *C. Sulpitium, prætorem, fortem virum, misi, qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret.* Et ex Virg. lib. II. Æn. v. 420.

Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe,
Apparent.—

i. e. *Omnes apparent, quoscunque fudimus.* Et v. 159.
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt.—

EITE.

I. Particulæ εἴτε respondet Latinorum *sive*, eamque plane exprimit, si usum spectamus; sin voculas compositum constituentes diligentius attendimus, felicius composuisse Græcos Latinis apparebit: nam apud hos disjunctivum *ve* alterutram conditionem aut unam e pluribus includeret, nisi, nova accedente significatione, præter naturam particulæ utraque conditio aut plures comprehendantur; at apud illos Particulæ τε potestas copulandi utramque conditionem vel plures conjungit. Plerumque duæ conjunguntur conditiones. Exemplis nihil tritius. Dem. Olynth. I. pag. 3. lin. 38. Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο, Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν, ἀμυνεῖται· εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρᾷν ἔχοντα τὰ οἴκοι, προσκαθεδεῖται, καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι, καὶ περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. *Sive enim suum a vobis agrum vastari passus, Olynthios ad deditionem compellet, domum reversus sua defendet facile: sive mittentibus vobis auxilium Olynthum, rem domi in tuto esse videns, assidebit et obsidionem urgebit, et mora obsessos superabit.* Non alterum ab Atheniensibus fieri vult orator, sed utrumque, quo Philippus ancipiti malo prematur.

II. Plures conditiones jungit Apostolus in priori ad Corinth. cap. III. comm. 22. Εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλὼς, εἴτε Κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα, πάντα ὑμῶν ἐστιν. Non unum ex his recensitis, sed omnia Corinthiorum fidelium esse significat Apostolus; quare mentem potius quam verba exprimit Beza, reddens: *Et Paulus, et Apollos, et Cephas, et mundus, et vita, et mors, et præsentia, et futura, omnia vestra sunt.*

Digitized by Google

III. Idem de Particula ἄντε dictum puta. Plat. lib. V. de Rep. pag. 453. lin. 34. [T. VII. p. 11. ed. Bipont.] Ἄντε τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ, ἄντε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον. *Sive quis incidat in parvam piscinam, sive medium in pelagus immensum, nihilominus tamen natat.* Non alterutrum casum designat, sed utrumque: nam natat, et si incidat in piscinam, et si incidat in pelagus.

IV. Latinorum propius consuetudini acceditur, quando in posteriori membro pro εἴτε ponitur ἤ, ut apud eundem in Phædr. pag. 277. lin. 35. [T. X. p. 386. ed. Bip.] Εἴτε Λυσίας, ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράφει. *Sive Lysias, sive alius quispiam unquam scripsit aut scribit.*

V. Pro εἴτε geminato αἴ habet Homerus, sequente ἤτε, ubi Particulam τε παρέλκειν, dicit Eustathius pag. 1176. lin. 61. Locus est Il. Τ. v. 147.

Δῶρα μὲν αἴ κ' ἐθέλησθα παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικὲς,
Ἤτ' ἐχέμεν, παρὰ σοί.—

Dona sive velis præbere, ut æquum est, sive retinere, penes te est. Potuisset dicere, εἴτε ἐθέλεις παρέχειν, εἴτε ἔχειν.

VI. Ut Particulæ εἰ in dubitationibus usum esse supra ostendi sect. I. §. 14. 15. 16. ita etiam geminatur εἴτε, sicubi anceps est dubitatio exprimenda, ut apud Apostolum ad Corinthios scribentem in posteriori ep. cap. XII. comm. 2 et 3. Εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα. *Utrum in corpore, nescio; an extra corpus, nescio.*

VII. Hinc plurimus ejus usus est in deliberando, præcedente verbo σκέπτεσθαι, σκοπεῖν, aut σκέψις vel simili. Exemplum habet Demosth. de Rhodior. libert. pag. 79. lin. 17. Σκοπεῖτε, εἴτε ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦτα, εἴτε καὶ μή. *Considerate, utrum ego hæc recte reputem, an etiam secus.* Plat. Phædr. pag. 237. lin. 31. [T. X. p. 301. ed. Bipont.] Τὴν σκέψιν ποιώμεθα, εἴτε ὠφέλειαν, εἴτε βλάβην παρέχει. *Disquiramus, utrum utilitatem afferat, an damnum.*

VIII. Imo in genere pro πότερον et ἤ usurpatur, ubicunque oratio est bimembris. Plat. Euthyphr. pag. 4. lin. 16. Γελοῖον, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἴει τι διαφέρειν, εἴτε ἀλλότριος, εἴτε οἰκεῖος ὁ τεθνεώς. *Ridiculum est, o Socrates, te putare, aliquid differre, utrum is, qui mortuus sit, alienus, an propinquus sit.*

IX. Obscurior paulo τοῦ εἴτε καὶ videri possit ratio, quod occurrit apud Thucyd. lib. IV. cap. 22. Ὁρῶντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι οὔτε σφίσιν οἷόν τε ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν, εἴτε καὶ ὑπὸ τῆς ξυμφορᾶς ἐδόκει αὐτοῖς ξυγχωρεῖν. Dubium, inquam, videri possit, utrum τε inter εἰ et καὶ intersertum

haberi debeat, an καὶ post εἴτε positum. Quicquid id est, locutio videtur elliptica, nata ex βραχυλογίᾳ, qua imprimis hic scriptor delectatus est. Videtur post εἰπεῖν supprimi, εἴτε ἀντειπεῖν τι, scilicet πρὸς τὰ ὑπὸ Κλέωνος λεγόμενα. Si priori sententiæ inhæremus, εἰ καὶ notabit *licet, quamvis*, de quo usu supra in ΕΙ ΚΑΙ §. 1. et sensus erit: *Lacedæmonii, videntes, sibi non datam esse facultatem ad multitudinem verba habendi, et si quid refragarentur, et, quamvis propter acceptam cladem postulata illis concederent.* Si posteriorem opinionem amplectimur, τὸ καὶ vim suam ἐπιδοτικὴν clarius exseret, et εἴτε notabit *sive*, hoc modo: *sive refragabantur, sive etiam postulata concedebant.* Id quod palmam mereri videtur, quia Lacedæmoniorum facilitas vel maxime hanc dicendi copiam mereri debebat.

X. Jungitur etiam τῷ εἴτε Particula ἂν, ut fiat εἴτ' ἄν, quam abundare ait H. Stephanus, quam ob causam, nescio, nisi forte Latinis hoc inauditum. Cæterum non admodum est perspicuum, quem maxime hic usum præstet Particula ἂν, cujus vulgarem notionem scimus esse conclusivam. Loca, quæ affert Stephanus, duo sunt ex Platonis Apol. Socr. pag. 27. Δαιμόνια φὴς με νομίζειν καὶ διδάσκειν, εἴτ' ἂν καινὰ, εἴτε παλαιά. et pag. 34. in extremo: Εἴτ' ἂν ἀληθὲς, εἴτ' ἂν ψεῦδος. ubi Latini non dicunt: *sive igitur nova, sive antiqua.* Neque: *sive igitur vere, sive igitur falso.* Ut patet, Particulam ἂν hic minime otiosam esse, sciendum, ex usu collectivo facile gigni notionem concedendi, quando nempe conclusionem concedimus, conditionaliter tamen propter præfixum εἴτε, id quod imprimis clarum est in loco posteriori, quem ideo lubet integrum subjicere. Ita ait Socrates: Οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων οὐδὲν ποιεῖν, καὶ τηλικόνδε ὄντα, καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα, εἴτ' ἂν ἀληθὲς, εἴτ' ἂν ψεῦδος. [G. *Es sey nun wahr, oder aber falsch.*]

EAN.

I. Particulam ἐὰν constat ortam ex εἰ et ἂν, ut ἐπὰν, quod Iones dicunt, pro ἐπεὶ ἄν. Pro eadem dicunt Poetæ αἴκε et αἴκεν, nonnunquam εἴκε, ut apud Hom Il. Λ. v. 391.

— Καί εἴκ' ὀλίγον περ ἐπαύρῃ,
Ὀξὺ βέλος πέλεται.—

Rursus ex ἐὰν conflatur ἢν, ita ut ἐὰν, αἴκε, αἴκεν, εἴκε et ἢν, idem plane valeant, et pro iisdem particulis sint habendæ. In eo differt ab εἰ, quod εἰ fere Indicativo, at ἐὰν propter ἂν, quod ipsius partem constituit, subjunctivo jungitur.

II. Quod ad potestatem et usum attinet, hi ex iis innotescere facile possunt, quæ supra in doctrina Particulæ ἂν satis prolixe ostendi, quare ea hic omnia repetere nihil attinet, ne opus hoc inutiliter

Digitized by Google

excrescat. Itaque, quod illic monitum est, ita et hic τὸ ἂν sic afficit τὸ εἰ, ut adjecto verbo suum actum tollat, et ad potentiam, aut voluntatem, vel officium reducat, aut denique futuri significationem inferat. Vim habet δυνητικὴν (nam pauca, quæ in promtu sunt, ne plane hic ἀσύμβολος videar, negligere non possum) in alio Hom. Il. Α. v. 421.

> Εἶμ' αὐτὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀγάννιφον, αἴκε πίθηται.

Proficiscor ipsa ad cœlum valde nivosum, si possit persuaderi. ubi αἴκε πίθηται pro εἰ ἄρα δυνήσεται πεισθῆναι. Simile illud Aristophanis in Acharn. v. 732.

> Ἀμβᾶτε ποττὰν μᾶδδαν, αἴχ' εὕρητέ πα.

Megarice pro Ἀνάβατε πρὸς τὴν μᾶζαν, ἐὰν εὕρητέ που. *Accedite ad mazam, sicubi invenire possitis.*

III. Voluntatis notam habet apud Hom. Od. Η. v. 315.

> — Οἶκον δὲ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην,
> Αἴκ' ἐθέλων γε μένοις. —

Domum ego et bona darem, si quidem velis sponte manere. ubi tamen optativo jungitur, quod vel raro, vel nunquam contingit, nisi suspicamur, subesse votum. At hoc sensu subjunctivo jungitur in Ecclesiastico XII. 1. Ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς. h. e. Εἰ θέλεις εὖ ποιεῖν. *Si benefacere vis, vide cui benefacias.* Et in Evang. Matth. IV. 9. Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. *Hæc omnia tibi dabo, si prostratus velis me adorare.*

IV. Et, ut ἂν cum verbo voluntatem notante construitur, ita et ἐὰν, apud Plat. in Phædr. pag. 268. lin. 11. [T. X. p. 366. ed. Bip.] Ὥστε θερμαίνειν τε, ἐὰν βούλωμαι, καὶ ψύχειν. ubi possit præter voluntatis, etiam futuri notionem præstare: *Ita ut calescat, si voluero, et rursus frigescat.* Et apud Hom. Il. Η. v. 375.

> Καὶ δὲ τόδ' εἰπέμεναι πυκινὸν ἔπος, αἴκ' ἐθέλωσι
> Παύσασθαι πολέμοιο. —

Et hoc insuper verbum prudens addat, si velint. non, *si volunt.*

V. In futuri vero significatione maximus τῦ ἐὰν usus est cum aor. α. subjunctivo, quoties futurum præterito mixtum indicatur, ut in Evang. Matth. v. 13. Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ. *Si vero sal saporem amiserit.* ubi τὸ ἂν in ἐὰν de verbi μωραίνεσθαι actu tantum demit, quantum temporis intervallum interest inter salem sapidum et insipidum. Sic in Evang. Joann. XII. 32. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ

Digitized by Google

ἐκ τῆς γῆς. *Et ego si elevatus fuero e terra.* Q. d. Οὔπω ὑψώθην ἐκ τῆς γῆς, ἀλλ' ὑψωθῶ.

VI. De particulæ ἂν potestate ἀοριστολογικῇ satis me perspicue suo loco dixisse puto. Hic omnia puta gemina, nam, quod illic est ὃς ἂν, ὃ ἂν, ὅπου ἂν etc. id hic est ὃς ἐὰν, ὃ ἐὰν, ὅπου ἐὰν, ὅσοι ἐὰν, ὁσάκις ἐάν. Facitque idem τὸ ἐὰν relativis junctum apud Græcos, quod apud Latinos *cunque*, in *quicunque*, *ubicunque* et similibus. Ita in Evang. Marci cap. VI. comm. 22. Αἴτησόν με, ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοι. *Pete a me, quodcunque vis, et dabo tibi.* Et in epist. ad Ephes. VI. 8. Εἰδότες, ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου. *Quicquid boni fecerit.* Et ad Coloss. III. 23. Καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε. *Et quodcunque facitis, agite illud ex animo.* 1 ad Corinth. VI. 18. Πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. *Omne peccatum, quodcunque committit homo, extra corpus est: qui vero scortatur, in proprium corpus peccat.* In his vim conditionalem non prorsus deponit τὸ εἰ in ἐάν· quid enim aliud est? *Omne peccatum, quodcunque committit*, quam, *si quod* vel *quod si committit.* Ὅσοι ἐὰν pro ὅσοι ἂν habet Joann. in Apocal. III. 19. Ἐγὼ, ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. *Ego, quoscunque amo, arguo et castigo.* Sic ὁσάκις ἐὰν, *quotiescunque*, dixit idem ibid. cap. XI. comm. 6. Ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι. *Quotiescunque voluerint.* Ὅπου ἐὰν est in libr. Judith. cap. VIII. 22. Ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅπου ἐὰν δουλεύσωμεν. *Inter gentes, ubicunque serviemus.* Et lib. III. Machab. cap. III. comm. 29. Πᾶς δὲ τόπος, ὅπου ἐὰν φωραθῇ τὸ σύνολον σκεπαζόμενος Ἰουδαῖος. *Et omnis locus, quocunque deprehensus fuerit omnino Judæus occultatus.* Adde Evang. Matth. VIII. 19. Ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. *Sequar te, quocunque abieris.* Estque hic particulæ ἂν usus frequens in N. T. Falli tamen, qui hoc proprium putant auctoribus N. Testamenti, patet ex locis modo ex Libro Judith. et Machab. allatis, et ostendit quoque Casaubonus ad Act. Apost. cap. II. comm. 21. ita locutum esse Athenæum lib. IV. Ὅσοι ἐὰν πίωσι. et lib. IX. Ἵνα τοὺς δασύποδας, οὓς ἐὰν λάβωμεν, ἁλσὶ διαπάττειν ἔχῃς. Locus pag. 399. in fine edit. Lugd.

VII. Redditur et ἐὰν *etsi*, *quamvis*, in ep. pr. ad Corinth. IV. 15. Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. *Etsi enim decies millia pædagogorum habeatis in Christo, at non multos tamen patres.* Vis conditionalis possit servari, admissa vocum transpositione, præcipue repetita negatione: Ἀλλ' οὐ πολλοὺς ἔχετε πατέρας, οὐδ' ἐὰν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε. *Ne sic quidem, si habeatis* etc.

EAN MEN, EAN ΔΕ.

I. Ut supra sect. 2. 3. initio ostendi, εἰ μὲν et εἰ δὲ relata sæpe elliptice occurrere; ita quoque usurpari possunt ἐὰν μὲν, ἐὰν δέ. Ita apud

Digitized by Google

Plat. in Protag. pag. 328. lin. 18. [T. III. p. 122. ed. Bip.] Ἐὰν μὲν βούληται, ἀποδίδωσιν, ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μὴ, ἐλθὼν εἰς ἱερὸν ὀμόσας, ὅσου ἂν φησι (fort. φῇ) ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατίθησι. *Si voluerit, pendit argentum, quod ego exigo: sin minus* (scil. βούληται, *voluerit*), *in templum ingressus, intercedente jurejurando, quanti ea, quæ didicerit, æstimat, tantum deponit.* Imo variant hoc sensu conjunctiones, et mutua fit permutatio, ita ut εἰ, vel addito, vel suppresso μὲν, præcedat, et ἐὰν δὲ sequatur, vel contra præcedat ἐὰν μὲν, sequente εἰ δέ. Prioris exemplum est apud Daniel. cap. III. 15. Νῦν οὖν εἰ ἔχετε ἑτοίμως, ἵνα——πεσόντες προσκυνήσητε τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἐποίησα· ἐὰν δὲ μὴ προσκυνήσητε, etc. ubi in priori membro negligitur consequens, καλῶς ἂν εἴη, vel simile quid, quod sensui congruat, et facile suppleri possit. *Nunc igitur, si imaginem auream, quam feci, prostrati prompte adoraveritis, (recte erit:) sin minus etc.* Alterius in Evang. Luc. cap. XIII. comm. 9. Κἂν (pro καὶ ἐὰν) μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μή γε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. ubi post καρπὸν supple, μὴ ἐκκόψῃς. *Si fructum tulerit, ne exscindas: sin minus, posthac eam exscindes.* Notetur et simul ellipsis in posteriori membro, suppresso priori illo ποιήσῃ καρπὸν, quæ suppletur in loco Danielis. Supplet ellipsin quoque Demosthenes de Fals. Leg. pag. 201. lin. 32. nisi quod ἂν dicit ille pro ἐάν. Ἂν μὲν τοίνυν ἐξελέγξω καὶ δείξω σαφῶς Αἰσχίνην τουτονὶ, καὶ μηδὲν ἀληθῶς ἀπηγγελκότα, καὶ κεκωλυκότα ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι τἀληθῆ,——καταψηφίσασθε αὐτοῦ, καὶ δίκην ἀξίαν τῶν ἀδικημάτων λάβετε· ἂν δὲ μὴ δείξω ταῦτα, ἢ μὴ πάντα, ἐμὲ μὲν φαῦλον ἡγεῖσθε, τουτονὶ δὲ ἄφετε. *Si igitur arguero et ostendero manifesto, Æschinem hunc et nihil vere renunciasse, et impedivisse, quo minus populus ex me vera audiret, suffragiis vestris ipsum condemnate, et supplicium criminibus dignum sumite: sin minus ostendero hæc, aut non omnia, futilem me esse putate, et hunc mittite.* ubi suppleri ellipsi videtur, ut μακρολογίᾳ medeatur; nam post τἀληθῆ multa interseruntur, quæ brevitatis gratia omitto. Confer Ceb. Tab. pag. 185.

II. Atque ita videmus, post sententiam affirmativam sequi ἐὰν δὲ μὴ, suppressa re negata: ast ubi prior sententia est negativa, sive ἐὰν μὲν præcedit, sive non, sequitur ἐὰν δὲ, suppressa re affirmata. e. c. Demosth. in Midiam pag. 415. lin. 50. Θάῤῥει, φήσειέ τις ἄν· οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ· ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; *Bono animo es, dicat quispiam: non enim ullam amplius injuriam accipies; si vero* (scilicet ὑβρισθήσωμαι, injuriam patiar) *an tunc irascemini, et nunc æquis feretis animis?* In quo loco ἐὰν δὲ, pro εἰ δ' ἄρα dici, affirmat Budæus pag. 526. Malim ego τὸ ἄρα intelligi; de quo dixi in Εἴπερ §. 16.

EAN KAI.

I. Ut εἰ καὶ notat *etsi, etiamsi,* ut supra vidimus sect. 6. init. ita etiam ἐὰν καὶ et ἢν καὶ dicere licet pro eodem, exiguo admodum discrimine, involvente ἂν in ἐὰν nescio quid ἀοριστολογικὸν, aut tempus

futurum, idque non certum, ut apud Isocr. Nicocl. pag. 72. Ἐὰν καὶ τὸ σῶμα τὐμὸν μὴ παρῇ, τήν γε διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι. Dat scilicet monita in futurum: *Etiamsi corpore non præsens fuero, mente saltem iis, quæ fiunt, interesse me putet.*

II. Et ut inter εἰ et καὶ voculam, puta τὶ, δὲ, γὰρ, nonnunquam interseri videmus ibidem, ita etiam inter ἢν et καὶ interponit τὶς Thucydides lib. VIII. cap. 2. Ὡς, ἤν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, οὐκ ἀποστατέον ἔτι τοῦ πολέμου εἴη, ἀλλ' ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. Censebant illi, qui neutram partem erant secuti, post cladem Siculam *a bello abstinendum non esse, sed, etiamsi nemo ipsos invitaret, ultro adversus Athenienses eundum.* Et Plato lib. VIII. de Legg. pag. 829. [T. VIII. p, 399. ed. Bip.] Τὰ τῶν τοιούτων ᾄδεσθαι ποιήματα, ἐὰν μὴ καὶ μουσικὰ πεφύκῃ. *Talium cantantor carmina, licet nativa Musarum elegantia sint destituta.* Nisi mavis reddere: *Nisi etiam nativam habent elegantiam.* Nam omnem poëseos blanditiam oderat Plato.

EANTE.

I. Ἐάντε geminatum in oratione bimembri vix ab εἴτε differt, de quo supra dixi, nisi quod ἐάντε cum subjunctivo construitur vi Particulæ ἂν, neque facile de re præterita usurpatur, sed frequenter de futura, ut apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 78. in fine: Ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἐάν τε ἐνθάδε ἐπιόντες αὐτοῖς μαχώμεθα, ἐάν τε εἰς ἐκείνην ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἤν τε ἐνθάδε ἐρχομένους αὐτοὺς δεχώμεθα, ἤν τε ἐπ' ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν. Pro εἴτε μαχεσόμεθα, εἴτε ὑπαντήσομεν, εἴτε δεξόμεθα, εἴτε συνάψομεν. *Iidem illi futuri sunt, sive hic concurrentes pugnabimus, sive in ipsorum ditionem irruentes occurremus ipsis: iidem et nos futuri, sive illos huc venientes excipiemus, sive adversus eos euntes manum conseremus.* Præstat ἐάν τε cum præsenti subjunctivi hic idem, quod εἴτε cum futuro indicativi. Similiter cum aoristo in libr. Sapient. cap. III. comm. 17 et 18. de adulterorum filiis: Ἐάν τε γὰρ μακρόβιοι γένωνται, εἰς οὐθὲν λογισθήσονται, καὶ ἄτιμον ἐπ' ἐσχάτων τὸ γῆρας αὐτῶν· ἐάν τε ὀξέως τελευτήσωσιν, οὐκ ἕξουσιν ἐλπίδα. Pro εἴτε γενήσονται, εἴτε τελευτήσουσιν. ubi cum utroque aoristo construitur in futuri significatione. *Nam sive longævi futuri sunt, nullo erunt in pretio, et ingloriam tandem senectutem consequentur: sive celerius morientur, spem non habebunt.*

II. In significatione tamen præsentis utitur Apostolus scribens Romanis, cap. XIV. 8. Ἐάντε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν· ἐάντε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν· ἐάντε οὖν ζῶμεν, ἐάντε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν. *Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur: sive igitur vivimus, sive morimur, Domini sumus.*

III. Alia res est, sicubi ἐάν τε solitarium invenitur; non enim tunc est compositum, neque τε Particula ad ἐὰν, sed alio referenda est. Sic ἐάν τε γὰρ ponitur pro καὶ γὰρ ἐάν, præcipue quando καὶ

Digitized by Google

ὑποθετικὸν sequitur, ut in ep. poster. ad Corinth. cap. X. 8. Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι. *Etenim, si quodammodo etiam amplius glorior auctoritate, quam dedit Dominus nobis ad ædificationem, et non ad destructionem vestri, non confundar.*

IV. Denique notandum, ἐάντε, ut et εἴτε, ante vocalem non facile elidi, nisi sequente ἂν, ut sit εἴτ' ἂν, ἐάντ' ἂν, ut in datis exemplis.

De Particulis ΕΙΘΕ, ΑΙΘΕ, ΑΙΘ' ΩΦΕΛΛΟΝ, ΑΙΘ' ΩΦΕΛΟΝ, ΑΙΘ' ΟΦΕΛΟΝ.

I. Ad Particulam εἰ spectat quoque εἴθε vel αἴθε, quam vocem esse compositam, evincit accentus ratio; si enim simplex esset, ex communi consuetudine prior syllaba circumflecteretur: nunc acuitur, ut solent voces compositæ, quales sunt εἴπερ, ὥστε et similia, in quibus priores partes ἄτονοι ex sequentibus encliticis tonum retractum possident. Conflatur ex εἰ conditionali, et syllaba θε, totumque hoc εὐκτικὸν ἐπίῤῥημα natura sua conditionem sive pactum involvit, quod subticetur, ita ut plena sit oratio, εἰ τοῦτό μοι γένοιτο, τὸ καὶ τὸ πρυμάναιμι ἄν, εὐτυχὴς ἂν εἴην, aut simili intellecta consequentia. Quid autem præstet syllaba θε, non æque facile est dicere.

II. Ad constructionem quod attinet, voti natura postulat, ut optandi modo jungatur; sic Theogn. v. 729.

Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα.

Jupiter pater, utinam diis gratum esset! Plat. Phædr. sub principium: Εἴθε γράψειεν. *Utinam scripsisset!*

III. Sed et indicativo jungitur, non tantum constanter cum ὤφελον, verum etiam cum aliis verbis, ut apud Lucian. Tyrannicid. Tom. II. pag. 157. lin. 32. Εἴθε πρώτως σοι ἐνέτυχον, (alloquitur gladium,) εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου. *Utinam prius in te incidissem! Utinam ordinem cædis occupavissem!* Consule Budæum Comm. Ling. Gr. pag. 499.

IV. Infinitivus ubi sequitur, præcedente persona in quarto casu supprimitur εἴη, ut in illo Phocylidis v. 41.

Χρυσὲ, κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Εἴθέ σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.

O aurum, malorum dux, vitæ corruptela, omnia convellens, utinam

Digitized by Google

mortalibus non esses damnum desiderabile! Pro εἴθ' εἴη. *utinam sit, ut* etc. Plenam orationem quære apud Theogn. v. 987.

Εἴθ' εἴη σ', Ἀκάδημε, ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν.

Utinam esset, Academe, ut amabilem hymnum caneres!

V. Frequentissime construitur cum verbo ὀφείλω, sive ὀφέλλω, in imperfecto per tres personas ὤφειλον, ὤφειλες, ὤφειλε, ὤφελλον, ὤφελλες, ὤφελλε, vel in aoristo β', ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, et sine augmento ὄφελον, ὄφελες, ὄφελε. Exempla sunt plurima. v. c. Hom. Il. Ξ. v. 84.

—Αἴθ' ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου
Σημαίνειν.—

Utinam oporteret te præesse, pro *præesses exercitui contemto alii!* Notus versus Augusti ore recitari solitus, Agrippæ et Juliarum mentionem ingemiscentis:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τε γενέσθαι.

O utinam aut essem cœlebs, aut prole carerem!

In quibus omnibus personarum observandam esse distinctionem, ad Vigerum monui cap. V. sect. 9. Reg. 6.

VI. Restat, ut videamus, an αἴθ' ὤφελον dicatur ἐκ παραλλήλου, hoc est, an αἴθε abundet, cum ὤφελον per se vim εὐκτικὴν exerceat. Negant, inquit Budæus l. c. ἐκ παραλλήλου dictum, ὅτι διάκρισιν τοῦ προσώπου προϋφίστησι. Verum et sic τὸ εἴθε redundare posset, cum ὤφελον per se, præter sensum εὐκτικὸν, etiam personarum distinctionem ferat. Alia ergo videtur τοῦ ὤφελον adjecti ratio, fatale quid nempe indicantis, q. d. *utinam fatale hoc esset vel fuisset.* id quod Græci efferunt per ὤφελε, *debuisset.*

ΕΙΤΑ ET ΕΠΕΙΤΑ.

I. Princeps et ubique dominans notio particulæ εἶτα est, quæ seriem ordinemque temporis vel rerum designat, ut Latinorum *dein, deinde, deinceps.* [G. *darauf, darnach, sodann.*] Aristoph. Vesp. 49.

Ἄνθρωπος ἦν, εἶτ' ἐγένετ' ἐξαίφνης κόραξ.

Homo erat, deinde factus est illico corvus.

II. Et hinc commode sequitur post numerum ordinalem πρῶτον, ut apud eundem ibid. v. 1101.

Digitized by Google

Πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον
Μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον·
Εἶτα τἄλλ' ὅμοια πάντα σφηξὶ μηχανώμεθα.

Primo enim nullum animal, si irritatur, nobis acrius est in iram, neque morosius; deinde in reliquis omnibus similia vespis machinamur. Continuum temporis ordinem habes apud Demosthenem Olynth. 1. pag. 2. fin. ostendentem, qua ratione et per quos gradus potentia Philippi creverit. Τὸ πρῶτον, inquit, Ἀμφίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν Ποτίδαιαν, Μεθώνην αὖθις, εἶτα Θετταλίας ἐπέβη, μετὰ ταῦτα Φερὰς, Παγασὰς, Μαγνησίαν, πάνθ' ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον, ᾤχετ' εἰς Θρᾴκην· εἶτ' ἐκεῖ etc. *Primo Amphipoli capta, postea Pythna, rursus Potidæa, deinde Methone, deinceps Thessaliam invasit, tum Pheras, Pagasas, Magnesiam, quum pro arbitrio omnia composuisset, in Thraciam festinavit: deinde illic etc.*

III. Requirit ergo εἶτα, ut oratio saltem sit bimembris, posito in priori membro aliquo, quod alterum in sequenti, aut tertium, aut plura deinceps, tanquam instituta serie, excipiant. Verum et hic Græci, ut crebro, ex sua consuetudine agunt, et mutata constructionis ratione, servant particulam, tanquam indicem ordinis, quem coalescentia duo membra amisisse videri possint: ut cum præcedens verbum, in participium mutatum, orationem, alioquin bimembrem, continuat. Exemplum est apud Aristoph. in Vesp. v. 284.

—Διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς,
Εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.—

Oratio continuata, quæ erit bimembris, si participium in verbum mutetur, ita: διὰ τοῦτ' ὠδυνήθη, εἶτα etc. *Propterea dolet, deinde* (ex dolore nempe) *febri correptus cubat.* Et Plat. Sympos. pag. 200. lin. 5. Πότερον ἔχων αὐτὸ, οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ· εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ; ἢ οὐκ ἔχων. Pro πρῶτον ἔχει, εἶτα ἐπιθυμεῖ; *Utrum prius habet, quod desiderat et amat, deinde desiderat et amat? an vero priusquam habet?* Ælian. V. H. lib. XIII. cap. 38. de Alcibiade, reddente rationem, cur a populo revocatus in patriam non redierit: Δέδοικα γὰρ, μὴ ἀγνοήσασα καὶ σφαλεῖσα τοῦ ἀληθοῦς, εἶτα τὴν μέλαιναν ἐμβάλλῃ ἀντὶ τῆς λευκῆς ψῆφον. *Metui enim, ne per ignorantiam et errorem a veritate desciscat, deinde nigrum pro albo calculum injiciat.* Ordo postulat, ut primum erret a veritate, unde sequitur, ut nigrum pro albo calculo injiciat. Nunc participio utitur pro verbo, μὴ ἀγνοῇ καὶ σφαλῇ, εἶτα ἐμβάλλῃ: sic enim duo diversa membra constituuntur.

IV. Consequentiam notare potest, quoties ex priori posterius consequitur, ut in loco Æliani modo allato: nam posita Atheniensium ignorantia, sequitur, eos pro albo facile nigrum calculum injicere potuisse. Ita apud Aristoph. in Vesp. v. 52. Sosias

Digitized by Google

somni sui interpretationem, quam Xanthias dederat, contemnens, concludit:

> Εἶτ' οὐκ ἐγὼ δὺς δύ' ὀβολὼ μισθώσομαι
> Οὕτως ὑποκρινόμενον σαφῶς ὀνείρατα.

Q. d. *Hac tua interpretatione hoc consequeris, ut ego operam tuam, sic ad somnia aperte respondentis, duobus obolis non locem.*

V. Quod Devarius, ait, accipi εἶτα pro *demum*, *denique*, *caeterum*, non repugno, tantum notandum, Particulam tum demum hanc interpretationem ferre, quum ex prioribus non dependent posteriora, sed ab iis plane sunt diversa, nec sequuntur alia, ita ut ipsa postremum locum obtineant. Locus, quem ex Aristophanis Avibus affert, est vs. 1424. ubi Sycophanta interrogatus, quis sit, respondet:

> — Κλητήρ εἰμι νησιωτικὸς
> Καὶ συκοφάντης —
> Καὶ πραγματοδίφης· εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν
> Κύκλῳ περισοβεῖν τὰς πόλεις καλούμενος.

Citator sum insulanus, et sycophanta, litium sectator. Caeterum peto alas, quibus acceptis urbes undique concitem in jus vocando.

VI. Interrogationibus praemissa praeter consequentiam praefert aliquam vehementiam, ut apud eundem in Acharn. v. 311.

> — Ταῦτα δὴ τολμᾷς λέγειν
> Ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς; εἶτ' ἐγώ σου φείσομαι;

Ex ipsius audacia in loquendo sequebatur, alterum ei non parciturum. *Tu*, inquit, *audes haec jam aperte nobis dicere? Deinde, tibine ego ut parcam?* [G. *Und da sollt' ich deiner noch schonen?*] Similiter v. 1023. ubi querente agricola, se boves amisisse, Dicaeopolis ait:

> Ὦ τρισκακοδαίμων, εἶτα λευκὸν ἀμπέχει;

O miserrime, et alba veste indutus es? Nam vestis alba dolori non congrua est, quare, ut consequentia constet, interrogatio in negationem vertenda est: quare perinde est ac si dicat: *deponenda igitur vestis alba*. Imprimis autem iracunde atque indignabunde profertur, quando consequentia negatur, ut ibid. v. 561. ubi, de conviciante postquam dictum erat, eum, quaecunque loquebatur, justa tamen dicere, neque quicquam mentiri, respondetur:

> Εἶτ', εἰ δίκαια, τοῦτον εἰπεῖν αὔτ' ἐχρῆν;

Digitized by Google

Negat, *quantumvis justa sint*, hinc tamen consequi, *oportere eum talia dicere.* Dicerem itaque, poni pro οὐκοῦν, nisi in οὐκοῦν abest ea vehementia et acrimonia, quæ invenitur in εἶτα. Quare reddo: *Sint justa, quid tum? Itane hunc oportuit talia dicere?* Apud Heliodorum Æthiop. x. cap. 23. nuncio indicanti, Merœbum ante coronam militum exspectare, cupientem convenire regem, ait Hydaspes iratus atque indignans: εἶτα, ὦ νωθέστατε καὶ ἠλίθιε, οὐ παραχρῆμα ἐμήνυες, οὐ πρεσβευτὴν, ἀλλὰ βασιλέα τὸν ἀφιγμένον ἐπιστάμενος; *Itane, o tardissime et fatue, non statim indicavisti, cum scires, non legatum esse, sed regem, qui advenerat?* Ex facto concludit ejus segnitiem et stuporem, q. d. Οὐκοῦν οὕτως εἶ νωθὴς καὶ ἠλίθιος;

VII. Ex allatis exemplis superioribus colligi potest et alter usus, quo absurditas aliqua ostenditur, a qua vel alium deducere, vel in quam incidisse indicamus. Imprimis huc facit illud ex Aristoph.

Ὦ τρισκακοδαίμων, εἶτα λευκὸν ἀμπέχει;

Absurdum putat, miserum hominem esse albatum. Et in hoc:

Εἶτ', εἰ δίκαια, τοῦτον εἰπεῖν αὔτ' ἐχρῆν;

Quamquam justa sunt, tamen absurdum erat talia dicere, quia mendicus erat. Apud Lucian. Dial. Menipp. et Mercur. Menippus a Mercurio petit, ut ostendat sibi Helenam inter manes. Monstrat ipsi ille cranium. Tum Menippus mirabundus: Εἶτα αἱ χίλιαι νῆες διὰ τοῦτο ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ τοσοῦτοι ἔπεσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασι; ubi εἶτα et admirationem Menippi, et absurdam Græcorum expeditionem notat. *Et propter hoc mille naves ex Græcia universa sunt repletæ, et tot ceciderunt tum Græci, tum barbari, et tot urbes sunt vastatæ?*

VIII. Tertius usus est in objectionibus per interpellationem sermonis alterius, qui etiam vehemens est et mordens: ut apud Ælian. V. H. lib. XII. cap. 13. ubi amatorem ad Gnathænam meretricem multa incondite effutientem interpellat illa: Εἶτ,' οὐ μέντοι λέγεις ἥκειν ἐξ Ἑλλησπόντου; *Quid enim? Non tu venire te ex Hellesponto dicebas?*

IX. Quartus usus mitior est, quo εἶτα omnem suam amaritudinem et vehementiam deponit: cum ex præmissis veris, vel saltem talibus, quæ sive vera, sive falsa, refellere supervacuum ducimus, tamen consequens argumentum inferimus, vel aliud, quod alteri incommodet, etiam cum interrogatione; ut patri apud Ælian. lib. I. cap. 34. filium apud Artaxerxen capitis postulanti, enumeratis ipsius criminibus, respondet rex: Εἶτα τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομεῖναι; *Quid tum? An ergo tuis oculis animo obfirmato morientem tuum filium sustinebis?* Præcedentibus crimini-

Digitized by Google

bus opponit animum patris, cui, ipsa natura jubente, paullulum supplicii in gravi peccato satis sit. Quæ verba citra indignationem protulisse Artaxerxen, ex sequenti historia satis constat.

X. Nec consequentia abest ἐν τοῖς ἀποστατικοῖς, in quibus nulla sunt præmissa, unde consequentia deducatur, sed intelliguntur. Ita orationem inchoat chorus apud Aristoph. in Vesp. v. 439.

Εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;

Siccine tandem non multa adsunt senectuti mala? Nulla prorsus verba præcedunt, unde hoc concludi possit, sed factum; nam chorus videns senem misere habitum, inde colligit miseram senii conditionem.

XI. Εἶτα interdum significat *interim, nihilo secius, tamen.* Sic utitur composito κᾆτα [G. *Und gleichwohl*] pro καὶ εἶτα Euripid. in Phœniss. v. 601. Polynices illic fratri Eteocli, dira minitanti, ignaviam objicit; respondet Eteocles:

Κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;

Et interim venisti cum multis contra eum, qui pugnando nihil valet? Absurditas consequentiæ, quam ironice ex fratris facto deducit Eteocles, patet, q. d. *Ego ex tua sententia sum ignavus, unde sequitur videlicet, te adducere debere multos ad me oppugnandum!* quod absurdum. Si quis hic velit reddere: *Et tamen venisti cum multis*, sensum ille exprimet, etiamsi virtutem, quæ τῷ κᾆτα inest, amiserit. Primigeniæ virtutis tum particulæ εἰ, tum auctæ hujus εἶτα, quæ est *procedendi*, si quis in his vestigium aliquod petit, nullo labore inveniet. E. g. in verbis Eteoclis talis est processus: *Quomodo hæc duo possunt rite procedere? Primum, me esse ignavum: deinde te cum tanta multitudine me oppugnatum venire.* Et apud Aristoph. *Hæc quomodo procedant, non video. Primum, amisisse te boves, deinde, albatum esse.* Et ita in reliquis.

XII. Particula ἔπειτα ab εἶτα nihil prorsus differt, tantum usus illius in notionibus assumtis rarior est, quam hujus. Si tamen compositi naturam spectamus, aliqua possit statui differentia; nam ἐπὶ tum extra compositionem, tum in compositione tempus notat nulla interposita mora subsequens, ut ostendi ad Vigerum cap. IX. sect. 4. §. 13. Atque ita ἔπειτα notaret *mox, illico post.* Favere huic opinioni posset Hesychius τὸ ἔπειτα explicans, μετὰ ταῦτα, τάχιστα, ἀντὶ τοῦ δή. Verum hæc ut subtilius distinguantur, promiscuus satis utriusque particulæ usus confundit. Quicquid id est, ἔπειτα notat tempus subsequens, cujus notionis trita sunt exempla, et ubique obvia.

Digitized by Google

XIII. Consequentiam, ut εἶτα, notat in illo Homeri, Il. Η. v. 360.

> Εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον (scil. μῦθον) ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις,
> Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Ponit Alexander conditionem, si verbum hoc Antenor serio loqueretur; quæ conditio si vera esset, hinc concludit, Deos ipsos ei sanam mentem eripuisse. Hinc, ut εἶτα, poni videtur pro ἐκεῖν, ut apud eundem Il Ε. v. 812. ubi Minerva Diomedi objicit ignaviam, et hinc concludit:

> — Οὐ σύ γ' ἔπειτα
> Τυδέος ἔκγονός ἐσσι δαΐφρονος. —

Ergo tu non Tydeo es prognatus bellicoso. Adde Sophocl. in Electr. v. 263. ubi Electra, postquam indicaverat, in quibus malis versaretur, concludit:

> Ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν;

Quales igitur dies me transigere putas?

XIV. Observatum est supra §. 3. Græcos adhibuisse τὸ εἶτα in oratione μονοκώλῳ, præcedente participio, ubi hæc Particula δίκωλον saltem requirere videtur: idem quoque de particula ἔπειτα dictum puta. Exemplum habet Aristoph. in Acharn. v. 497.

> Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι,
> Εἰ πτωχὸς ΩΝ, ΕΠΕΙΤ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν
> Μέλλω περὶ τῆς πόλεως.



Ne mihi invideatis, viri spectatores, si, mendicus cum sim, deinde ad Athenienses verba faciam de republica. pro εἰ πτωχός εἰμι, ἔπειτα etc. ubi observa simul alterum usum, quem ibidem in εἶτα notatum vidimus §. 11. ubi respondebat Particulæ Latinæ *tamen.* Quid enim vetat reddere hæc ita: *si, mendicus cum sim, tamen verba cupio facere ad Athenienses de republica.*

XV. Ut εἶτα, ita et ἔπειτα, interrogative prolatum, absurdam notat consequentiam, convenitque abmirabundo, indignabundo, talique affectui, quem sequitur dicentis vehementia. Ut, cum apud Aristoph. in Acharn. v. 917. Bœotus rogabat Nicarchum, cur se deferret, et ille responderat, propter ellychnia, quæ ex hostibus importabat, excipiens ait:

> Ἔπειτα φαίνεις δῆτα διὰ θρυαλλίδας;

Quid tum? Ergone deferas me ob ellychnia? Commode quoque

Digitized by Google

redditur, *itane?* [*Nun dann?* *So?*] ut apud eund. in Nub. v. 226.

Ἔπειτ᾽ ἀπὸ ταῤῥῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,

Itane e fiscella deos despectas? Indignationem habet apud eundem in Vesp. v. 1128. ubi Philocleon a filio coactus vestem deponere, indignans loquitur:

Ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν;

Itane oportet gignere et nutrire filios?

ΕΠΕΙ.

I. Particulæ ἐπεὶ duplex potestas est. Primum nempe consequentiam temporis notat, deinde rationis.

II. Quandoquidem omnis processus temporis proprius est, prior videatur ordine temporis significatio, qua notat *postquam* [G. *nachdem*], quæ frequens adeo est cum indicativo, ut exemplorum non egeat. Præfigitur ut plurimum certo temporis spatio, vel facto, quod præcedit, sequente in altero membro ἀποδόσει. Verum, ut in εἰ supra ostendimus sect. 1. §. 3. ita etiam hic nonnunquam naturæ ordo negligitur, ut apud Hom. Il. Β. v. 16.

—Βῆ δ᾽ ἄρ᾽ ὄνειρος, ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσε.

Ivit somnium, postquam sermonem audivit.

III. Infinitivo jungitur in orationibus obliquis, quibus mediis interseritur, ut incepto et non abrupto tenore procedat oratio: v. c. in Herodoti Erat. cap. 84. Σκύθας γὰρ τοὺς Νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐσβαλεῖν (sive ἐμβαλεῖν) ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι. *Scythas enim Nomades, postquam eorum agros invaserat Darius, in posterum perstitisse ad eum ulciscendum.*

IV. Frequens non minus est altera notio, argumenti consequentiam exprimens, ut Latinorum *quando*, *quandoquidem*, *quoniam*. Sic Agamemnon apud Homer. Il. Α. v. 114.

—Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
Κουριδίης ἀλόχου, ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων.

Clytæmnestræ præfero juveni uxori, quandoquidem ea non inferior est. Utraque Particula in compositione suo fungitur officio: notum enim, ἐπὶ cum tertio casu, pro διὰ cum quarto casu, esse ratiocinativum; et εἰ orationem, quæ præfixo ἐπὶ foret infinita, terminat. Sic in illo Homeri ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων ponitur pro ἐπὶ τῷ i. e. διὰ

Digitized by Google

τὸ οὐκ εἶναι χείρονα. Sive ἐπὶ τούτῳ, h. e. διὰ τοῦτο, προβέβουλα. *ob id præfero, quoniam* etc. Sic Il. Φ. v. 95.

> Μή με κτεῖν', ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι.

i. e. ἐπὶ τῷ με μὴ εἶναι ὁμογάστριον. *Ne me occidas*, sive *parce mihi ob id, quoniam Hectoris frater uterinus non sum.* Medea apud Eurip. in Med. v. 342.

> Μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν,
> Καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ᾗ φευξούμεθα,
> Παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς, ἐπεὶ πατὴρ
> Οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις.

Unam hanc diem sine me manere, eaque perficere, quæ ad fugam curandam pertinent, filiosque necessariis instruendos, quoniam pater his nihil subsidii parare curat. Pro ἐπὶ τῷ τὸν πατέρα μηδὲν προτιμᾶν.

V. Atque ita ἐπεὶ acquirit vim causativam, quæ nonnunquam latet, quum ex præcedentibus aliquid elici debet, et explicationis indiget, ut apud Aristoph. in Ran. v. 673. ubi Bacchus vapulans exclamat, Ἄπολλον et reliqua. Respondet Xanthias, conversus ad Æacum: Ἤλγησεν· οὐκ ἤκουσας; *Indoluit: non audivisti?* Tum Bacchus: Οὐκ ἔγωγε. et addit rationem, non, cur non indoluerit, sed cur exclamaverit Ἄπολλον. Ἐπεὶ Ἰαμβον Ἱππώνακτος ἀνεμιμνησκόμην. *Quia in mentem venit Iambus Hipponactis.*

VI. Construitur ἐπεὶ more Latinis insueto cum particulis interrogativis; ubi Lat. verti potest *etenim, nam,* [G. *denn*] e. c. Aristoph. Nub. v. 689.

> ΣΩ. Ἀλλ', ὦ πόνηρε, ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄῤῥενα.
> ΣΤΡ. Οὐκ ἄῤῥεν' ὑμῖν; ΣΩ. Οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
> Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;

Ubi post ἐπεὶ intellige ex præcedentibus, εἰ ταῦτ' ἔστιν ἄῤῥενα, et sensus erit integer hujusmodi: *SO. At hæc saltem masculina non sunt. STR. Non sunt vobis masculina? SO. Minime, quoniam, si forent masculina, quomodo vocares Amyniam?* Cæterum post sententiam negativam sive plane, sive sub forma interrogativa, supprimitur εἰ: at post sententiam affirmativam, εἰ μή. Prioris exemplum est in epist. Pauli ad Rom. cap. III. comm. 6. Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; pro ἐπεὶ, εἰ ὁ Θεὸς ἄδικος εἴη. *Quod si ita esset, quomodo Deus judicaret mundum?* Posterioris apud Lucian. Tom. III. adv. indoct. pag. 100. lin. 16. Πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν, καὶ τίνα μὲν παλαιὰ, πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο, καὶ συμβούλους τοὺς σῆας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνεις; ἐπεὶ τοῦ ἀκριβοῦς ἢ τοῦ ἀσφαλοῦς ἐν αὐτοῖς τίς ἢ ποία διάγνωσις,

ubi post ἐπεὶ omnia illa repetenda, quæ sequuntur post σαπρά. *Unde enim potes dignoscere, quæ volumina sint antiqua et magni pretii, quæ contra vilia et futilia, nisi ex eo, quod exesa et pertusa sunt, conjicis, et consiliarias ad inquisitionem tineas vocas?* *Quandoquidem*, nisi hinc conjicias, *quæ aut qualis tam accurata et indubitata tibi dijudicatio?* Stabilit hanc de ellipsi sententiam b. Paulus, qui eam supplet in priori ad Corinthios epistola cap. XV. comm. 29. Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; *Alioquin quid facient illi, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non suscitantur?* Vis αἰτιολογικὴ clarius exseritur, quando interrogatio in enunciationem negativam convertitur, οὐδὲν ποιήσουσι. *Quoniam frustra sunt illi, qui* etc. hoc est, *nihil proficiunt.* Adde Plat. in Euthyphr. pag. 12. Ἐπεὶ ἔστιν ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ αἰσχυνόμενος, οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας; *Estne enim aliquis*, vel interrogatione mutata in negationem, *Quandoquidem nemo est, qui rei alicujus pudore et veneratione motus simul non timeat metuatque improbitatis opinionem.*

VII. Construitur et cum imperativis ad affirmationem vel negationem probandam. Plerumque redditur quidem tum *alioquin*, nec male: sed nos id agimus, ut probemus, vel sic τὸ ἐπεὶ consequentiam notare, nec significationem τοῦ *quandoquidem* omnino deponere. Utebantur Græci hac argumentandi forma, quoties alterum jubebant respondere vel opponere, confidentes, eum nihil habere, quod respondeat aut opponat, et hinc firmum ad præcedentia verba stabilienda argumentum deducebant. Vid. Plat. in Euthyd. pag. 287. lin. 21. [T. III. p. 37. ed Bip.] τὸ γὰρ, οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι, ὅ τί ποτε λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ἢ δηλονότι, ὡς οὐκ ἔχω ἐξελέγξαι αὐτόν; *Nam, quod ais, me nihil habere, quod respondeam, quid illud significat, o Dionysodore? An non, me non posse refellere dictum tuum?* Quæ postrema ut probet, pergit: Ἐπεὶ εἰπὲ, τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ, οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι τοῖς λόγοις; Ubi, ut constet τοῦ ἐπεὶ sua potestas, intellige, οὐδὲν ἄλλο ἐννοεῖν δύναται· εἰ δὲ δύναται, εἰπὲ, τί etc. vel εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἐννοεῖ, εἰπὲ, τί ἄλλο ἐννοεῖ. *Quoniam nihil aliud significare hoc verbum potest, aut si possit, tu dic, quid aliud significet id, me nempe non habere, quod opponam.* Sic paulo post: Ἄλλο σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι· ἐπεὶ ἀπόκριναι. i. e. εἰ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀπόκριναι. Et apud Sophocl. in Electr. v. 353.

Οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει;
Ἐπεὶ δίδαξον, ἢ μάθ' ἐξ ἐμοῦ, τί μοι
Κέρδος γένοιτ' ἂν τῶνδε ληξάσῃ γόων;

Nonne hæc calamitatibus etiam ignaviam addent? Alioquin doce, vel disce ex me, quid lucri inde feram, si desinam lugere? Sic apud Aristoph, in Vesp. v. 517. postquam dixisset Philocleon, se imperatorem esse maximum, hoc negat Bdelycleon.

— Οὐ σύγ', inquiens, ἀλλ' ὑπηρετεῖς.

Digitized by Google

Οἰόμενος ἄρχειν; ἐπεὶ δίδαξον ἡμᾶς, ὦ πάτερ,
Ἥτις ἡ τιμή ᾽στί σοι, καρπουμένῳ τὴν Ἑλλάδα;

Vis argumenti in eo consistit: *Non imperas, sed obnoxius es, credens te imperare; quandoquidem, si imperator esses, deberet tibi pendere cum honore tributum Græcia.* Verum id jubet eum dicere, quod non posse confidit. *Age, doce nos, ubi ille est honos, ubi tributum, quod tibi imperanti pendit Græcia?*

In simili argumentatione particula ἂν supprimitur in epist. ad Roman. cap. XI. comm. 22. Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι, ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. Pro, ἐπεὶ, εἰ μὴ ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι. *Vide igitur bonitatem et severitatem Dei; severitatem in eos, qui ceciderunt, at bonitatem in te, si permanseris in bonitate: alioquin,* vel, *quoniam (si non permanseris in bonitate,) et tu excideris.*

Nonnunquam perinde videri possit, utrum εἰ an εἰ μὴ intelligas, quoties præmissorum duplex haberi ratio potest, ut contineant sententiam negativam et affirmativam; ad illam si spectat consequentia, intelligendum est εἰ, sin ad hanc referatur, εἰ μή. ut apud eundem ad Hebræos scribentem cap. IX. comm. 26. ubi ait Apostolus, Christum non in sacrarium manu factum fuisse ingressum, sed in ipsum cœlum, non ut sæpius se offerret, sicut Pontifex quotannis; tum sequitur ratio: Ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Quod si ad negativam sententiam, quæ præcedit, respiciatur, intelligendum est εἰ vel ἐὰν εἰσῆλθεν εἰς χειροποίητα ἅγια, ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτόν: at si referatur ad affirmativam sententiam, quæ etiam præcedit, supplendum est εἰ μὴ vel ἐὰν μὴ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. *Quoniam, si ingressus esset in sacraria manu facta, ut sæpe se ipsum offerret,* vel, *nisi ingressus esset in ipsum cœlum, ut se sisteret pro nobis coram Deo: oportuisset ipsum sæpius pati a mundi fundamentis.* i. e. *Cæteroquin oportuisset.* Si quis tamen contendat, in postremis locis particulam ἂν non necessario intelligi, propter naturam tamen conditionis, vel additæ vel dissimulatæ, indicativus modus adhibetur pro optativo cum particula ἂν, alioquin negabitur, quod affirmari debet, aut contra affirmabitur, quod negari debet: ut in epist. ad Rom. cap. XI. comm. 6. Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. Hic ἐπεὶ οὐ γίνεται, et ἐπεὶ οὐκ ἔστι, non absolute negant, sed sub conditione, si concedantur ea, quæ tamen concedi nequeunt. Quare sic plenior institui possit oratio: ἐπεὶ, ἐὰν τοῦθ᾽ οὕτως ἔχῃ, ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνοιτ᾽ ἂν χάρις, καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἂν εἴη ἔργον. *Si per gratiam, non jam ex operibus, quoniam* (nempe si id concedatur), vel, *alioquin gratia non est,* i. e. *non foret jam gratia: sin ex operibus, jam non est gratia, quoniam* (supple si id ita esset), vel, *alioquin opus non est,* i. e. *non foret jam opus.*

Digitized by Google

VIII. Jungitur τῷ ἐπεὶ nonnunquam τὸ ἄρα syllogistico seu collectivo sensu, ut apud Apostolum 1. Cor. V. 10. Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. *Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum scortatoribus, at non omnino cum scortatoribus hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idololatris; alioquin debetis exire ex mundo.* In quibus ut constet τοῦ ἄρα potestas συλλογιστική, ita concipi possit argumentum: *Si omnino vultis abstinere a scortatoribus, alius vobis mundus quærendus est. Atqui fieri hoc nequit. Ergo non omnino potestis abstinere a scortatoribus.* Ita suo officio fungitur τὸ ἄρα. Sequitur τὸ ἐπεὶ, consequentiam hujusmodi inferens: *Quæ cum ita sint, sequitur, me, scribentem, ut ne commisceremini cum scortatoribus, non omnino intellexisse scortatores hujus mundi, sed eos, qui in ecclesia sunt.* Atque hoc illud est, quod sæpius supra observatum, Græcos βραχυλογωτάτους crebro argumentationes ex præcedentibus colligendas omittere, relicto earum vestigio in addita particula, quo fit, ut, si hoc negligentius habetur, videantur particularum temere prodigi. Vel potest ἄρα effectum signare, quem hujus particulæ usum satis fuse ostendi supra, ut in eadem epistola cap. VII. comm. 14. Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι· νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. *Sanctificatus est enim maritus infidelis in uxore, et sanctificata est uxor infidelis in marito: quoniam* (nempe si res non ita se haberet, i. e. *alioquin) liberi vestri forent impuri, at nunc sunt puri.* h. e. *hinc sequeretur, ut liberi essent impuri.*

IX. Minus intricata est particulæ ἂν adjectio, quæ consequentiam præmissæ rationi applicat, ut in epist. ad Hebr. cap. IV. comm. 6. Ἐπεὶ ἂν ἀπολείπεταί τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν· πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν. *Quandoquidem igitur reliquum est, ut aliqui introeant in eam* (requiem), *et ii, quibus prius evangelium erat prædicatum, propter contumaciam non introierunt; rursus aliquem diem definit.* Structura sit, ἐπεὶ ἀπολείπεται etc. πάλιν ἄν. *Quoniam restat, ut* etc. *hinc præfinit.*

X. Additur et particula τοι, ut fiat ἐπεί τοι, cujus exemplum ex Luciano affert Budæus pag. 527. sed ita, ut τοι adjectum otiari videatur, et totum hoc ἐπεί τοι nihil aliud significet, quam ἐπεὶ, pro εἰ δὲ μὴ positum, cum tamen particula adjecta τοὶ suam βεβαιωτικὴν potestatem egregie servet, rationemque adjectam firmet. Locus est in epist. Saturnal. Tom. III. pag. 408. lin. 86. Εἰ γοῦν ἠπίστασθε τοὺς φόβους καὶ τὰς μερίμνας, ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν φευκτέον ὁ πλοῦτος ἔδοξεν· ἐπεί τοι οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιάσαι, ὡς εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα ἂν αὐτά, καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις καθῆσθαι ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ ταττόμενον; *Nam si sciatis timores et curas, quas habent, omnino vobis fugiendæ divitiæ videantur: alioquin,* i. e. *quoniam profecto, si præclarum*

Digitized by Google

quid esset divitem et regem esse, an putas, ipsum me unquam ita insanire, ut, his relictis atque aliis concessis, privatus desiderem, aliorumque dominationem subirem? Perspicue patebit particulæ τοὶ vis affirmativa, si interrogatio dissolvatur in negationem, quam tunc confirmabit hoc modo: Οὔ τοι οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιάσω. *Profecto nunquam ita insaniam!*

XI. Additur et γε, non temere, sed ita ut tres hæ particulæ ἐπεί τοι γε egregie singulæ suo fungantur officio, ἐπεὶ ratiocinantis, τοὶ confirmantis, et γε urgentis. Sic apud Demosth. Philipp. I. p. 15. l. 36. queritur orator, res Atheniensium esse afflictas propter ipsorum socordiam, ostendens interim aliquam spem eas ad meliorem statum reducendi. Locum integrum, quo melius intelligatur, adscribo. Οὐκ ἀθυμητέον, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ· ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; Ὅτι οὐδὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει· ἐπεί τοι γε, εἰ πάνθ', ἃ προσῆκε, πραττόντων, οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. *Non demittendus est animus, o Athenienses, in præsenti rerum statu, etsi is omnino afflictus esse videtur, nam quod superioribus temporibus in eo fuit pessimum, id in futurum evadet optimum. Quid igitur hoc est? Quia, o Athenienses, nihil eorum, quæ fieri oporteret, vobis facientibus, res dilapsæ sunt: quoniam profecto, si, facientibus ea vobis, quæ oporteret, res tamen ita se haberent, ne ulla quidem spes esset, fore ut meliores fierent.* Unde ex legibus oppositionis concludere licet: *Nunc cum antea, quæ fuerunt agenda, non egeritis, spes est, si nunc agetis, fore, ut status reip. in meliorem immutetur.* Id quod probandum fuit.

XII. Ut πὲρ in εἴπερ, sicuti supra h. v. monitum, ita in ἐπείπερ vim habet limitativam, non per se, sed propter suppressum γε, usumque hujusmodi, ut aliis rationibus supersedere jubeat, unamque principem proponat, quam neglectum τὸ γε quam maxime adstringit et urget: quod si observetur, idem erit τὸ ἐπείπερ, quod apud Latinos *imprimis quoniam*, quasi quis dicat: *ut alias quascunque rationes mittam, hanc certe urgeo*. Sic Plat. de Rep. lib. V. pag. 452. lin. 16. Ἐπείπερ ὡρμήσαμεν λέγειν, οὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα. *Imprimis quandoquidem dicere sumus aggressi, non timenda sunt urbanorum dicteria.* Proposuerat enim certaminis genus, in quo nudæ virgines juniores et vetulæ senesque certarent. Hæc dicteria ait non timenda; cujus argumenta non plura quidem infert, sed ex pluribus unum præcipue, quod urget, nempe, quia hunc sermonem aggressus erat, eodem tenore sine metu pergendum censet. Sic ibid. paulo post: Ἐπείπερ λέγειν ἠρξάμεθα, πορευτέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου. *Si quidem sermonem instituimus, procedendum ad id, quod in legibus asperum videtur.* Et pag. 456. Γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ συμφυλάττειν. *Mulieres ergo tales eligendæ, quæ cum viris talibus una civitatem habitent, et custodiant.* Præcipua ratio, quam affert, missis aliis,

Digitized by Google

est: Ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ συγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. *Si quidem idoneæ sunt et cognata iis natura.* Rursus paulo post, probaturus, se leges condere, quæ non jubeant ea, quæ fieri nequeunt, votisque sunt similia, ait: Ἐπείπερ κατὰ φύσιν ἐτίθεμεν τὸν νόμον. q. d. constat hoc tum variis argumentis, tum hoc imprimis, *quod legem ferimus naturæ convenientem.* Adde Euripid. Phœniss. v. 742. ubi Eteocles dubius, quid agat, rogat, num urbem dedat: respondet Creon:

Μὴ δῆτα· βουλεύου δ', ἐπείπερ εἶ σοφός.

Pro βουλεύου δ' ἄλλως τε καὶ σοφὸς ὤν. Consultandum putat, tum ob alias rationes, quas adferre supersedet, tum imprimis, quia in eo magna vis consilii inerat. Confer epistolam Pauli ad Rom. cap. III. comm. 30. Ἦ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. *Aut an Deus est tantum Judæorum? nonne etiam gentium? Imo et gentium.* Cujus rei alia argumenta adferre potuit, ut promissiones Dei apud prophetas etc. Sed palmarium eligit Apostolus: Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. *Quandoquidem unus est Deus, qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem.* Est ergo idem Deus gentium, qui Judæorum.

XIV. Atque ita hic particulæ ἐπείπερ usus consistit in suppressa particula γε, quam ellipsin supplet Plato in Phædon. pag. 114. lin. 34. Τὸ μὲν οὖν ταῦτα διϊσχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί· ὅτι μέντοι ἢ ταῦτ' ἐστὶν, ἢ ταῦτ' (vel τοιαῦτα) ἄττα, περὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπείπερ ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, τοῦτο καὶ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι, οἰομένῳ οὕτως ἔχειν. *Igitur affirmare, hæc ita se habere, ut ego explicui, non est viri cordati: esse tamen hæc, aut his similia de nostris animabus earumque domiciliis, quandoquidem animam saltem rem esse apparet immortalem, videtur mihi et decorum credere, et periculo aliquo dignum, hæc ita se habere arbitranti.* Egerat nempe in superioribus Plato de præmiis et pœnis defunctorum apud inferos: hæc quidem fabulis esse involuta ait, nihilominus putat, aut hæc, aut similia esse vera, tum propter alia, tum imprimis ob id, quod constat, animam esse immortalem. Atque ita τὸ περ nativam suam vim, quæ est ἐναντιωματικὴ, servare possit, quando verba ita resolvuntur: Quicquid de iis, quæ apud inferos de virtutibus aut criminibus defunctorum vel dicunt, vel negant, hoc certe tamen constat, immortalem esse animam, atque adeo supplicia et præmia post hanc vitam esse exspectanda. Pro ἐπείπερ hoc loco potuisset dicere ἐπεὶ ὅτι γε, de quo vide supra §. 15.

ΕΠΕΙΔΗ.

I. Ut ἐπεὶ, ita et ἐπειδὴ duplicem consequentiam indicat, alteram temporis, alteram rationis. De priore hæc pauca notabo.

Digitized by Google

II. Ut ἐπεὶ in temporis significatione notat *postquam*, ita ἐπειδὴ, si particulæ δὴ naturam exprimere cupias, *postquam jam:* atque ita proprie rem vel tempus plane exactum exprimit, quare cum indicativi præterito construitur, ut de Electra Euripid. in Electr. v. 20.

> Ταύτην, ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος,
> Μνηστῆρες ᾔτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.

Hanc, postquam jam floridum pubertatis tempus attigerat, proci petebant Græciæ principes. ubi ἐπειδὴ nescio quid plenius infert, quam simplex ἐπεὶ, ita ut intelligamus, procos exspectavisse illud pubertatis tempus, sive annos nubiles, quibus jam elapsis, illico advolasse. Erat autem illa ætas annorum quatuordecim apud Græcos, teste Hesiodo Oper. et Dier. v. 698.

> Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.

Mulier autem anno decimo quarto pubescat, et decimo quinto nubat. Dum τέτορ' dicit, δέκα supprimit intelligendum, ut explicat Pollux lib. 1. cap. 7. no. 58.

III. Optandi modo tunc jungitur, quando exactæ quidem rei narrationem significat, sed respectu temporis ipsius, quo factum aliquid refertur, aliquam futuri admixtam habet notionem, intellecto ἂν, quo intellecto ponitur pro ἐπειδὰν, de quo mox. Vid. Plat. Phæd. pag. 59. lin. 36. Ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη (sc. τὸ δεσμωτήριον), ᾔειμεν παρὰ τὸν Σωκράτην. *Cum jam in eo erat, ut custodia aperiretur, illico adivimus Socratem.*

IV. Sed ut tempus præsentissimum fortius exprimant, solent Græci subjungere εὐθέως, πρῶτα vel τάχιστα, et significat *simul ac.* [G. *Sobald als.*] H. Steph. ex Xenoph. Hellen. 3. Ἐπειδὴ εὐθέως ᾔσθοντο; Videturque per μετάθεσιν dici pro εὐθέως ἐπειδή. Hom. Il. A. v. 136.

> Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
> Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Per ego hoc sceptrum juro, quod nunquam folia aut ramos feret, postquam primum, sive, *ex quo primum in montibus sectum est.* Bud. ex Demosth. pag. 504. Ἐπειδὴ τάχιστα ἐγκρατὴς ἐγένετο τοῦ ἀργυρίου. Et ibid. ex eodem: Ἐπειδὴ τάχιστα ἐξουσία ἐγένετο. *Ubi primum potestas facta est.*

In hac significatione infinitivo jungi, variis exemplis affirmat Budæus pag. 557. quem secuti sunt Stephanus et Devarius: verum in iis locis, quæ affert, observanda est oratio obliqua, cui mediæ interseritur, quo modo et ἐπεὶ et ὡς infinitivo jungi, notavi ad Vigerum.

Digitized by Google

V. Sequitur consequentia rationis, quam ἐπειδὴ indicans, redditur *quoniam, quandoquidem*. Estque hæc particula potestate αἰτιολογικὴ, quatenus argumentum infert ex conditione positiva: officio vero συναπτικὴ, quatenus nexum orationi affert, promittitque consequentiæ rationem. Sed, quando id ipsum facit particula ἐπεί, roget quis, quid τὸ ἐπειδὴ novi inferat. Non hic quidem in prima notione, quæ temporis est, τοῦ δὴ inhærendum censeo, quanquam et hæc notio fortasse servari potest nonnunquam, ut in illo Platonis in Apol. Socr. pag. 21. lin. 10. Τούτων πέρι ὁ ἀδελφὸς ὑμῖν αὐτοῦ οὑτοσὶ μαρτυρήσει, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τετελεύτηκε. pro ἐπεὶ ἐκεῖνος δὴ τετελεύτηκε. *Quandoquidem ille jam mortuus est.* Sed longe frequentiores tamen τοῦ δὴ in composito hoc sunt aliæ notiones, quas supra ostendi, quantumlibet levia ipsarum fere deprehenduntur vestigia: nam, ut concedat quispiam, has sæpius non fuisse observatas, ita ut utrumque et ἐπεί et ἐπειδὴ pro eodem adhiberi cœptum sit; antiquissimos tamen illud δὴ temere adjecisse, credibile non est. Sic usum inchoativum, quem supra vidimus, præstare potest apud Plat. in Phædro pag. 271. lin. 29. [T. X. p. 373. ed. Bip.] ubi præceptum novum rhetoricum inchoaturus, ita infit Socrates: Ἐπειδὴ λόγου δύναμις τυγχάνει ψυχαγωγία οὖσα. *Quoniam ergo dicendi facultas est vis animos flectendi.* ubi simul usum potest servare βεβαιωτικὸν, quatenus hic convenit hypothesi adstruendæ: ut et in Apol. Socr. pag. 27. lin. 30. Τίθημι γάρ σε ὁμολογοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἀποκρίνῃ. *Nam fateri te pono.* Rationem addit: *quoniam non respondes;* quam rationem stabilire possit τὸ δή. Adde eundem Phædon. pag. 85. lin. 35.

VI. Videtur etiam τοῦ νῦν vice fungi, non tempus quidem significantis, sed vim quandam ἀντιθετικὴν ferentis, de qua postea in particula νῦν. Sic apud Demosth. Olynth. 1. pag. 2. lin. 18. Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, σφαλεροὶ σύμμαχοι, καὶ μέχρι του ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως· ἐπειδὴ δ' ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν, ἔχειν. ubi ἐπειδὴ pro νῦν δὲ, ἐπεί. *Si enim vestro hortatu suscepissent bellum, fortasse infirmi socii et ad tempus in hac sententia fuissent: nunc autem, quandoquidem ob illata sibi crimina oderunt (Philippum), verosimile est, eos constantes inimicitias gerere propter ea, quæ metuunt et passi sunt.*

VII. Pro ἐπειδὴ, ejecto δ, poëtæ scribunt ἐπειή. vid. Hom. Il. Α: v. 156.

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους,
Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα.

Non enim meas boves abegerunt, neque equos quidem, nec unquam in Phthia glebosa fortiumque virorum feraci fructum perdiderunt;

Digitized by Google

quandoquidem permulti interjacent montes umbrosi, et mare resonans. Et v. 169.

Νῦν δ' εἶμι Φθίηνδ', ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστιν
Οἴκαδ' ἴμεν.—

Nunc abeo in Phthiam, quoniam multo satius est domum ire. Vid. Eustath. pag. 45. lin. 5. et pag. 1678. lin. 39.

VIII. De Particula ἐπειδήπερ non est, quod multa dicam; vix differt a superiori ἐπείπερ, nisi quod δὴ interjectum idem præstat, quod in ἐπειδή. Diximus particulam περ adjectam exercere vim limitatam propter latentem particulam γε, quam ellipsin supplevisse Platonem: sed et hic eandem ellipsin idem supplet in Euthyphrone pag. 13. lin. 44. Δῆλον γάρ, ἔτι σὺ οἶσθα, ἐπειδήπερ τά γε θεῖα κάλλιστα φῂς εἰδέναι ἀνθρώπων. *Perspicuum enim est, te scire.* Ex reliquis argumentis, quibus hoc probet, eligit videlicet certissimum: *Quoniam, si quid aliud, hoc certe verum est, te dicere, intelligere te res divinas præ cæteris hominibus optime.*

ΕΠΑΝ. ΕΠΕΙΔΑΝ.

I. Particula ἐπὰν in eo differt ab ἐπεὶ, ut, cum ἐπεὶ rei exactæ narrationem inferat, quam alia secuta est, ideoque cum præterito indicativi construatur, τὸ ἐπὰν rei agendæ conditionem proponat, cui subjungitur consequentia, atque ita futurum semper respiciat, eripiente verbo suum actum particula ἂν, unde conflatur, et subjunctivo semper jungatur. Deinde ἐπεὶ utriusque et temporis et rationis consequentiam habet, ἐπὰν tantum temporis. vid. Demosth. Olynth. 2. pag. 8. lin. 39. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ. *Quemadmodum enim in corporibus nostris, quamdiu quis recta valetudine utatur, nullo sensu afficitur singulorum membrorum flaccidorum: at, postquam adversa inciderit valetudo, omnia moventur, sive ex ruptura, sive ex luxatione, sive ex alia qualibet causa extiterit marcor.* Latini hic adhibere solent futurum subjunctivi. Sic in Evang. Matth. cap. 11. comm. 8. Ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι. *Postquam inveneritis, renunciate mihi.* Et apud Lucam cap. XI. comm. 22. Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει. *At postquam potentior ille superveniens eum vicerit, totam illius armaturam tollit.*

II. Conflatam voculam dixi ex ἐπεὶ et ἂν, quod patet primo, quod pro ἐπὰν sæpe integrum invenitur ἐπειὰν, ut apud Hom. Il. Z. v. 413.

—Οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλη
Ἔσται θαλπωρὴ, ἐπειὰν σύ γε πότμον ἐπίσπῃς.

Non enim aliud jam erit solatium, postquam tu certe fatum subieris. ubi Eustathius notat pag. 652. lin. 7. vetustius esse et integrum ἐπειὰν, pro quo posteriores dixisse ἐπάν. Τὸ ἐντελές ἐστι τοῦ παρὰ τοῖς ὕστερον λεγομένου ἐπάν. Rursus I. v. 304.

> Νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθῃ.

Nunc enim et Hectorem interficere dabitur, postquam proxime accesserit.

III. Secundo, quod poëtæ, sicuti pro ἂν dicunt κε, vel, sequente vocali κεν, ita etiam pro ἐπεὶ ἂν sive ἐπὰν scribunt ἐπεί κε et ἐπεί κεν. Ut apud Hom. Il. Η. v. 5.

> Ὡς δὲ θεὸς ναύτῃσιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν
> Οὖρον, ἐπεί κε κάμωσιν ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσι
> Πόντον ἐλαύνοντες, καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται.

Et sicut deus nautis desiderantibus dat ventum secundum, postquam fatigati fuerint bene politis palmulis æquor agitando, et membra labore fuerint soluta. Quanquam sunt qui ibi legunt, ἐπήν κε κάμωσι. Sic Φ. v. 575.

> — Οὐδὲ φοβεῖται, ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ.

Neque expavescit, postquam latratum audiverit.

IV. Tertio, quod Iones et Poëtæ, sicuti pro ἐὰν dicunt ἤν, ita pro ἐπεὶ ἂν vel ἐπειὰν (quo itidem Iones utuntur, uti mox apparebit) dicunt ἐπὴν, ut apud Hom. Il. Α. v. 168.

> —Ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται,
> Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε
> Ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.

Si quando divisio fiet, tibi præmium multo majus erit, ego vero parvum dilectumque feram ad naves, postquam belli labores subiero. Scio, monere Eustathium pag. 73. lin. 12. esse, quibus placeat ἐπήν κε κάμω: sed non videntur aliquid sani adferre, cum particula κε pro ἂν sic posita omnino foret supervacua, quippe quæ invenitur in composito ἐπὴν, dicto pro ἐπεὶ ἄν.

V. Iones ἐπὴν dissolvunt in ἐπεάν. Lucian. de Syr. Dea pag. 454. lin. 64. Ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε καὶ ἀποκλαύσωνται. *Postquam vero satis planxerint et fleverint.*

VI. Aliud compositum ἐπειδὰν conflatur ex ἐπεί, δὴ et ἄν, in quibus ἐπεὶ conditionem proponit positivam, cui postquam fuerit satisfactum, τὸ δὴ omnem moram damnat, quo minus fiat consequentia,

Digitized by Google

cui τὸ ἂν aufert temporis certitudinem; atque ita differt ab ἐπειδὴ, quod rem plane exactam refert. Commode itaque redditur propter τὸ δὴ, *simul ac, simul atque*, sequente futuro subjunctivi. Exemplo sit illud Socratis, qui apud Plat. in Apol. pag. 23. lin. 16. de Apollinis oraculo, quo hominum sapientissimus erat agnitus, disquirens, ait: Ταῦτ' οὖν ἐγὼ μὲν καὶ νῦν περιιὼν ἐπιζητῶ καὶ ἐρευνῶ, κατὰ τὸν Θεὸν, καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων ἄν τινα οἴωμαι σοφὸν εἶναι· καὶ ἐπειδάν μοι μὴ δοκῇ, τῷ Θεῷ βοηθῶν ἐνδείκνυμαι, ὅτι οὐκ ἔστι σοφός. *Hæc igitur ego etiamnum circumspiciens diligenter inquiro et perscrutor secundum divinum oraculum, ecquem vel civium vel peregrinorum judicare debeam sapientem esse: et simulac talis mihi nullus fuerit visus, Deo adstipulans declaro, non esse sapientem.* Exprimitur propter ἐπειδὴ temporis quidem successio, sed propter ἂν adhuc durans. ut et in Apol. Socr. pag. 6. lin. 7. Τοῦτ' ἔστιν, οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπειδάν τις περὶ τῶν Θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι. *Hoc est, quare accusor, quod, simul talia aliquis de diis dixerit, ægre adduci possum, ut amplectar.*

VII. Propter ἂν construitur cum subjunctivo. Rarissimus hic est indicativus, ut apud Lucian. Dial. Mort. cap. II. Ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν καὶ στένομεν, — ἐπιγελᾷ. *Quando nos lamentamur et gemimus, — irridet.*

ΕΜΠΗΣ.

I. Particulam ἔμπης, quam Ionicam esse ait Suidas, Attice autem dici ἔμπας et ἔμπα, conflatam esse ex præpositione ἐν, et dativo plurali πᾶσι. q. d. ἐν πᾶσιν, *in omnibus* suppresso vel *casibus*, vel commodiori alio substantivo, prout occasio postulat, mox satis apparebit. Poetis est familiarissima, in soluta oratione non item. Potestatem βεβαιωτικὴν vel simpliciter per se exercet, vel relate ad superiora, quæ obstare videntur, quo minus res affirmando vero videatur similis.

II. Per se affirmans, videtur intelligi velle τρόποις, integre ἐν πᾶσι τρόποις, *omnibus modis, omnino, plane.* Ita occurit apud Hom. Od. Τ. v. 37.

Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων, καλαί τε μεσόδμαι,
Εἰλάτιναί τε δοκοὶ, καὶ κίονες ὕψος ἔχοντες,
Φαίνοντ' ὀφθαλμοῖς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο.

Parietes ædium, pulcraque tigna, et abiegnæ trabes, et columnæ altæ, lucent mihi ante oculos, plane ut si igni arderent. ubi ἔμπης ὡσεὶ, pro πάντως ὁμοίως, ut explicat Hesychius.

III. Sic vel *omnino* vel *utique* notare potest apud eundem Il. Η. v. 196.

Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήϊα τεύχεα δύω,
Τόφρ' ὑμεῖς εὔχεσθε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι
Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται·
Ἠὲ καὶ ἀμφαδίην, ἐπεὶ οὔ τινα δείδιμεν ἔμπης.

Verum agite, dum ego arma bellica induo, interim vos precamini Jovem Saturnium regem tacite apud vos, ne Trojani sentiant: vel etiam aperte, quoniam neminem prorsus timemus. Ita passim explicatur: mihi vero potior videtur potestas ἐπανορθωτική· corrigit enim se ipsum, cum prius jussisset precari tacite, ne sentirent Trojani; nunc quasi sententiam hanc damnans, contrarium monet, ut palam precarentur.

Αὐτὰρ ἐγὼ χλαῖναν μὲν ἰὼν ἑτάροισιν ἔλειπον
Ἀφραδίως, ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ῥιγωσέμεν ἔμπης.

Sed ego lænam abiens sociis reliqui stulte; plane enim non sperabam mihi frigus molestum futurum. [G. *Denn ich dachte, ich würde ganz und gar nicht frieren.*]

IV. Sed quando relate ad superiora affirmat, adversativorum naturam induit, quandoquidem in omni adversativo adest affirmatio, uti plenius patebit, ubi particulas μὲν, ὅμως et μέντοι explicabo. Quatenus itaque sequentia aliquo modo præcedentibus adversari videntur, adversativum est τὸ ἔμπης, non per se: retinetque potestatem βεβαιωτικὴν quatenus ad sequentia stabilienda, quicquid superiora reclamare videntur, affirmatione opus est. Redditur ergo *tamen*, qui usus frequentissimus est. Hinc Hesychius ἔμπά γε μὴν explicat ὅμως μέντοι. Vid. Hom. Il. Α. 563. ubi Jupiter Junoni:

Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀΐεαι, οὐδέ σε λήθω·
Πρῆξαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεαι.—

O misera, semper suspicaris, neque te lateo: efficere tamen nihil poteris. i. e. *quamvis suspiceris, neque te lateam, tamen* etc.
Additur interdum δὲ, ut fiat ἔμπης δὲ, v. c. Iliad. Ε. 191.

Ἤδη γάρ οἱ ἐφῆκα βέλος, καί μιν βάλον ὦμον
Δεξιόν, ἀντικρὺ διὰ θώρηκος γυάλοιο·
Καί μιν ἔγωγ' ἐφάμην Ἀϊδωνῆϊ προϊάψειν·
Ἔμπης δ' οὐκ ἐδάμασσα.—

Jam enim immisi in eum jaculum, et vulneravi humerum dextrum, e regione per thoracis cavitatem: atque certo sperabam, me illum ad Plutonem missurum: in omnibus vero his, i. e. *tamen non occidi.* [Hic Germani plenius reddunt, quam Latini, *Dennoch aber.* Latinis tamen ejus loco inservit *attamen.*]

V. Pro δὲ invenitur τὸ ἀλλὰ apud Theogn. v. 293.

Digitized by Google

Οὐδὲ λέων αἰεὶ κρέα δαίνυται, ἀλλά μιν ἔμπης,
Καὶ κρατερόν περ ἐόνθ', αἱρεῖ ἀμηχανίη.

Ne leo quidem semper epulatur carnibus, at eum, quantumlibet fortem, vexat inedia.

VI. Apud Sophoclem in Ajac. v. 122. invenias ἔμπης et καίπερ mutua sibi relatione respondentia. Ita Ulysses de Ajace:

Ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ', ἐποικτείρω δέ νιν
Δύστηνον ἔμπης, καίπερ ὄντα δυσμενῆ.

Ego quidem neminem novi (sc. Ajace prudentiorem et promtiorem), *at ærumnosi tamen illius, quantumvis mihi infesti, miseret.* [G. *Ist er mir gleich feind, so habe ich doch mit ihm, als einem Unglücklichen, Mitleiden.*]

Ita liquet, particulam etiam in sensu adversativo genuinam potestatem non deponere, positam pro ἐν πᾶσι. Quanquam quid dubitemus? cum integre inveniatur nonnunquam, ut in Sapient. Sirac. cap. LXVIII. comm. 15. Postquam enumerata erant varia miraque Eliæ opera, sequitur: Ἐν πᾶσι τούτοις οὐ μετενόησεν ὁ λαός. *In his omnibus*, h. e. *quamvis hæc omnia vidisset, tamen non resipuit populus.*

Pro eodem invenitur σὺν πᾶσι τούτοις in Evang. Luc. cap. XXIV. comm. 21. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ, ἀλλάγε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. *Nos autem speravimus, ipsum fore, qui redemturus esset Israelem; sed hic certe dies tertius est præter hæc omnia, cum his omnibus*, sive *tamen, ex quo hæc facta sunt.* Et hunc præstare usum præpositionem σὺν, liquet ex Sophocle in Philoct. v. 1244.

Ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.

Cum justo, h. e. *cum justus sim, cum juste agam, non timeo, sicut tu.* Manifestior res erit, cum contrarium spectamus affectum, ejus nempe, qui cum justus sit, timet tamen: diceret enim is, Ξὺν τῷ δικαίῳ ταρβῶ. *Quamvis sim justus, tamen timeo.*

Eadem particula in sensu adversativo, præcedente περ, ellipticam reddit orationem, vultque nonnulla ex præcedentibus repeti; quæ ratio est, quare in nonnullis versionibus ab interpretibus negligatur, ut ap. Hom. Il. I. v. 514.

Οὐκ ἂν ἔγωγέ σε μῆνιν ἀποῤῥίψαντα κελοίμην
Ἀργείοισιν ἀμυνέμεναι, χατέουσί περ ἔμπης.

Non ego te, ira deposita, juberem Argivis opem ferre utcunque indigentibus, non juberem tamen. Nisi mutato ordine sic reddimus: *Non juberem te Argivis, quantumlibet indigentibus, tamen opem*

ferre. At non æque facilis hujusmodi est metathesis apud eundem Od. Ο. v. 360.

Ὄφρα μὲν οὖν δὴ κείνη ἔην ἀχέουσά περ ἔμπης.

Pro ἀχέουσά περ, ἔμπης δὲ ἔην. *Quamdiu igitur illa vivebat, quantumlibet viva tamen.*

ETEON.

I. Ἐτεὸν natura adjectivum, qua forma rarius invenitur, occurrere videtur apud Homerum Il. Β. v. 300.

—Ὄφρα δαῶμεν,
Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἠὲ καὶ οὐκί.

Ut sciamus, utrum Calchas verum vaticinetur, nec ne.

II. Sed longe frequentior est adverbialis usus, quum notat *vere, revera, serio, ex animo.* Nec occurrit, nisi apud Poetas, ut Hom. Il. Η. v. 359.

Εἰ ἐτεὸν δὴ ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις.

Si vere et serio hoc verbum loqueris. Cum ἀτρεκέως conjungit Hom. Il. Ο. v. 53.

Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις.

Sed si vere sive *serio et ex animo loqueris.* ubi Eustath. pag. 1005. lin. 33. Τὸ δὲ ἐτεὸν, καὶ τὸ ἀτρεκέως, τῇ ἐκ παραλλήλου θέσει, ἔν τι δηλοῦσιν ἐπὶ ἀπαντήσει ἀληθείας ἄκρας.

III. Frequenter adhibetur in petitionibus seriis, quasi quis dicat: *Dic mihi serio. Dic mihi vere et id, quod res est.* [G. *Aber sage mir; aber in allem Ernst.*] Quare redditur et *obsecro,* quo Latini utuntur, quoties serio interrogant. Sic apud Aristoph. in Vesp. v. 832. exclamantem servum,

Βάλλ' ἐς κόρακας· τοιουτονὶ τρέφειν κύνα.

Abi in malam rem. Siccine canem alere! attonitus Bdelycleon rogat: Τί δ' ἐστὶν ἐτεόν; *Quid hoc, obsecro, est?* Et in Equit. v. 730.

Σὺ δ' εἶ τίς ἐτεόν; —

Tu vero quis es, obsecro? Infert itaque signum animi cupidi cognos-

cendi verum. Rursus in Nubib. v. 93. Strepsiades pater cupiens mutare mores filii, illi ostendit ædes Socratis. Tum ille:

—Τί ἦν τῦτ' ἔστιν ἐτεὸν, ὦ πάτερ;

Quid hoc ergo est, obsecro, pater?

IV. Sed clarissimum veritatis significatæ argumentum est, quoties somniis vera, et jocis seria opponuntur; quare illic reddendum est *vere*, hic *serio*. Prioris exemplum est apud eundem Nub. v. 35. ubi Phidippides, postquam somnians vel semisopitus absurda subinde patri responderat indignanti, tandem prorsus excitatus et vigilans serio rogat:

—Ἐτεὸν, ὦ πάτερ,
Τί δυσκολαίνεις; —

Dic mihi vere, pater, quid indignaris? Hinc subjungit particulam δὴ βεβαιωτικὴν Apoll. Rhod. lib. IV. v. 292.

—Εἰ ἐτεὸν δὴ
Ὑμετέρης γαίης Ἀχελώϊος ἐξανίησιν.

Si revera Achelous ex vestra regione exit.

V. Alterius exemplum occurrit apud eundem in Ἐκκλησ. v. 376. Blepyrus rogatus, cur uxoris vestem indutus prodeat, jocans respondet, se per tenebras intus eam cepisse; sed illico, amoto joco, serio rogat: Ἀτὰρ πόθεν ἥκεις ἐτεόν; *Sed, missis jocis, dic mihi serio, unde venis?* Sic in Equit. v. 32. ubi Nicias post multos jocos deorum injecerat mentionem, converso ad seria animo, rogat Demosthenes:

—Ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;

Re vera an credis esse deos? Suidas in hac v. explicat: Ἀληθῶς πιστεύεις εἶναι θεούς;

ΕΥΓΕ.

I. Cum εὖγε ex εὖ et γε constet, quorum hoc est περιγραφικὸν, vimque habet restringendi generalius ad magis speciale, totum ad partem etc., ut fusius in hac particula explicanda supra ostendi; quæri hic possit, quid illud sit, quod restringitur in εὖγε. Si dicimus, ipsum adverbium εὖ restringi, sequitur, majus quidpiam remitti, ut minus teneatur et urgeatur; id quod hic admitti vix potest: nam, ut majus illud inveniatur, dicendum sit, extrinsecus petendum esse, εἰ μὴ ὑπερφυῶς, ut sit plena oratio, εἰ μὴ ὑπερφυῶς, ἀλλ'

Digitized by Google

εὖγε. *Si non mirum in modum, excellenter, at saltem bene.* At ipsum illud εὖγε excellens quid, et summo applausu dignum notat: quare minime remitti dicendum est, quod imprimis tenendum est et servandum. Videtur itaque potius admittenda ellipsis plurium vocum, nec tantum post τὸ εὖγε intelligendum πεποίηκας vel εἴρηκας, vel simile pro re nata, verum etiam ante εὖγε extrinsecus intelligendum, εἰ μὲν ἄλλό ποτε, ut integra sit locutio, εἰ μὲν ἄλλό ποτε, ἀλλὰ τοῦτό γε εὖ εἴρηκας. *Si unquam aliud quid, at hoc saltem egregie dixisti.* Qualis effusior ellipsis exclamationibus congruit.

II. In constructione ubi invenitur, collaudantis est, ut apud Plat. in Phæd. pag. 60. lin. 29. Εὖγ' ἐποίησας, ἀναμνήσας με. *Recte mihi in memoriam revocavisti.* Ita quidem simpliciter, et satis recte: sed, ubi ad potestatem particulæ attendimus, plenior fit oratio, εἴ τι ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτό γ' εὖ ἐποίησας. Propius itaque ad Græcorum idioma accedit, si Latine redditur, *Recte tu quidem.* Sic apud Lucian. Advers. Indoct. tom. III. pag. 193. lin. 5. Εὖγε ἀνένευσας. *Recte tu quidem renuis.*

III. At extra constructionem ubi invenitur, Latinorum Interjectionis naturam induit, et propter vim τοῦ γε, alia quælibet remittentis, ut unicum hoc, quod intenditur, vehementius urgeat, assentientis, laudantis et cum applausu approbantis usum præstat percommodum. Ita apud Aristoph. in Nub. v. 667. a Socrate Strepsiades reprehensus, quod ἀλεκτρυόνα communi genere gallum et gallinam dixerat, rogat, quomodo ergo dicenda esset gallina; cumque ille dixisset, ἀλεκτρύαιναν alteram et alterum ἀλέκτορα, exclamat cum applausu approbans: Εὖγε, νὴ τὸν ἀέρα. *Probe hic quidem, per aëra!* Sic Hermon apud Lucian. in Lapithis pag. 443. lin. 99. laudans Cleodemi orationem: Εὖγε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε. *Euge, inquit, Cleodeme.*

IV. Theophrastus ei subjungit particulam ὅτι, quæ cum verbo præstat usum participii. Verba sunt in capite περὶ Λαλιᾶς: Εὖγε, ὅτι με ὑπέμνησας. *Factum bene, quod mihi in memoriam revocavisti!* Quod per participium efferre potuit, Εὖγε ἐποίησας ὑπομνήσας με, ut in Platonico illo supra.

V. Est et usus ironicus, quo ridicule stolidum factum stultave opinio exploditur. Sic apud Plat. in Gorg. pag. 494. lin. 24. [T. IV. p. 103. ed. Bip.] dicenti Callicli, jucunde eum vivere, qui voluptatum prurigine captus, eas explere possit, respondet Socrates: Εὖγε, ὦ βέλτιστε· διατέλει γάρ, ὥσπερ ἤρξω——καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ, εἰ καὶ ψωριῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον, εὐδαιμόνως ἔστι ζῆν; *Præclare tu quidem, o optime. Perge enim, ut incepisti——et primum quidem dic mihi, an et scabioso et pruriginoso, qui abunde habet, quod scabat, et scabendo totam vitam terit, feliciter vivere contingit?*

ΕΥΤΕ.

I. Εὖτε primum significat *sicut*, vel *plane ut*, in comparationibus; quo sensu poetæ frequentius pro eo usurpant ἠΰτε. Apud Homerum simul reperitur εὖτε comparative Il. Γ. 10.

Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην,
Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω,
Τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν·
Ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλὴς
Ἐρχομένων· μάλα δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο.

Plane ut in montis verticibus auster effundit nebulam, pastoribus minime gratam, sed furi nocturno commodiorem; tantumque aliquis prospicit, quantum lapidem projicit: sic utique sub pedibus euntium pulvis excitabatur procellosus; nam celerrime procedebant per campum. Ἠΰτε vero sæpius occurrit, e. c. Hom. Il. Α. v. 360.

. Καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, ἠΰτ' ὀμίχλη.

Ocius vero prodiit e cano mari, sicut nebula. Sic Φ. 237. 573. et alibi passim.

II. Frequentius vero particulæ εὖτε tribuitur temporis significatio. ut notet i. q. *quando, postquam, cum*, ut Il. Ε. 396. Εὖτε πύλας ἵκανε, *quando ad portas venit.* Odyss. Ω. 146. εὖτ' ἢ φᾶρος ἔδειξε, *cum hæc ostenderet pallium.* Theogn. v. 356.

Τόλμα, Κύρνε, κακοῖσιν, ἐπεὶ κἀσθλοῖσιν ἔχαιρες,
Εὖτέ σε καὶ τούτων μοῖρ' ἐπέβαλλεν ἔχειν.

Forti animo perfer mala, quandoquidem et bonis gavisus es, quando tibi imposita est necessitas, ut illorum quoque partem habeas.

III. Huic subjungitur particula ἂν, ut fiat εὖτ' ἄν· quæ pro sua potestate, supra satis indicata, semper aliquid verbo demit, futurumque respicit, quare nunquam cum præterito indicativi construitur, quippe quod rem certam et exactam respicit. Ita futurum respiciens Achilles ad Agamemnonem apud Hom. Il. Α. v. 243.

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν
Ξύμπαντας· τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι ἀχνύμενός περ
Χραισμεῖν, ΕΥΤ' ΑΝ πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο
Θνήσκοντες πίπτωσι.—

Certe aliquando Achillis desiderium veniet filiis Achivorum omnibus, quibus nulla in re poteris prodesse, licet doliturus sis, quum multi ab Hectore homicida cæsi cadent. Sic Il. Β. 34. Εὖτ' ἄν σε ὕπνος

Digitized by Google

ἀνήῃ, *quando te somnus reliquerit*, et Odyss. Α. 192. εὖτ' ἄν μιν κάματος καταλάβῃ, *quando eum lassitudo cepisset.*

ἝΩΣ.

I. Particula ἕως proprie designat continuatam nec interruptam actionem. Dicitur autem elliptice, latente in superiori membro τέως, quam ellipsin supplet Aristoph. in Pace, v. 32.

—Μὴ παύσαιο μήποτ' ἐσθίων
ΤΕΩΣ, ἝΩΣ σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς.

Ne desine edere, donec, antequam sentis, disruptus pereas. Cæterum ab ἄχρι et μέχρι vix differt, nisi quod illa rarius, hoc frequentius verbis jungatur.

II. Actio hæc continua est vel interminata, vel certo limite terminata. Rarior est prior, vixque extra sacras paginas invenitur. Et sic notare potest *in perpetuum, semper*. Invenitur in epist. b. Pauli ad Hebr. c. I. comm. 13. Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκε. Κάθε ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Mutuatus locus ex Psalm. CX. 1. "Cui vero angelorum dixit: *Sede ad dextram meam, donec hostes tuos submisero pedibus tuis scabellum.*" ubi actio indicatur non terminata; nam illa hostium submissio non terminat sessionem Christi ad dextram Patris, ubi æternum manet, sed simpliciter indicatur hostium interitus, dum Christus sedeat ad dextram Patris. [Imo satius est illo loco ex epist. ad Hebr. 1. 13. ἕως per *donec* interpretari sic, ut omissum sit ἐκδεχόμενος; quod simili loco cap. 10. v. 12. diserte adjicitur; ubi dicitur de Christo εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Idque confirmatur ipso Psalmi CX. loco rectius quam a multis explicato in Cl. Henr. Eberh. Gottl. Pauli, Theologi olim Jenensis, nunc Herbipolitani, *Clave Psalmorum philologica* p. 249.] Sic Matth. XXVIII. 20. ubi Christus ait: Ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Leve profecto solatium, si Christus suis adsit ad finem tantum rerum humanarum nec ultra. Est itaque continuatio termini expers, nec excluditur tempus post consummationem seculorum.

III. Sed etiam apud Homerum, quamvis extra constructionem, *perpetuitatem* notat et redditur *sine intermissione*, [*unaufhörlich*] quo sensu etiam apud Latinos interdum usurpatur *usque*, e. c. Iliad. Ο. v. 272.

Ὡς Δαναοί, εἵως μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἕποντο,
Νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν·
Αὐτάρ, ἐπεὶ ἴδον Ἕκτορα etc.

Digitized by Google

Sic Danai pergebant turmatim nec intermisse sequi ferientes et gladiis et hastis terribilibus.

IV. Sed frequentius hæc actionis vel conditionis continuatæ notio aliquo termino limitatur, construiturque vel cum genitivo, vel cum verbo. Cum genitivo constructum, latine redditur *usque ad;* estque ille terminus vel loci, vel temporis, vel modi. Loci, ut cum dicimus ἕως τῆς θαλάσσης, *usque ad mare;* ἕως τοῦ οὐρανοῦ, *usque ad cœlum.* Exempla hic frequentia. Temporis; ut Matth. II. 15. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου. *Et erat illic usque ad mortem Herodis.* ubi mors Herodis re vera terminat mansionem in Ægypto, ut liquet ex comm. 19. 20 et 21. ubi monitu angeli redit Josephus una cum puerulo Iesu in Judæam, simulatque Herodes mortuus erat. Modi; ut Marc. VI. 23. Ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. *Quodcunque a me petieris, dabo tibi usque ad dimidiam regni mei partem.*

V. At verbo ubi jungitur, redditur *donec,* quo casu sæpe interseritur genitivus οὗ vel ὅτου, significans temporis vel modi continuum processum usque ad certum terminum: construiturque vel cum aor. α΄. indicativi, præteritum tempus indicans, ut Matth. XIII. 33. Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. *Regnum cœleste simile est fermento, quod arreptum mulier condit in farinæ sata tria, donec fermentetur omnino.* vel cum aor. β΄. ut Matth. II. 9. Ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. *Stella, quam viderant in oriente, prævivit iis, donec venit, stetitque supra locum, ubi erat puerulus.* vel cum aor. α΄. subjunctivi in Act. Apost. cap. XXV. comm. 21. Ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα. *Jussi eum servari, donec mitterem eum ad Cæsarem.*

VI. Ast, ubi aoristo α΄. optativi jungitur, supprimitur particula ἂν, et tempus significat præteritum quidem, sed ita ut futurum admisceatur, resque adhuc agenda intelligatur, non quo tempore narratur, sed quo eventuram fuisse narramus. Vide Plat. in Phæd. pag. 59. [C. 3. ed. Fischer.] ubi Phædro narrat se cum aliis invisisse Socratem captum, et ambulantem expectavisse, ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον. *Donec aperiretur carcer.* Respectu temporis, quo hoc narrabat, res jam erat transacta; verum tempore ambulationis, quam refert, erat agenda.

VII. Cum aoristo β΄. optativi idem præstat; ut ap. Plat. de Rep. X. pag. 600. [T. VII. p. 294. ed. Bip.] Si Homerus, inquit, aut Hesiodus, ad virtutem juvare potuissent, eorum ætatis homines illis non aliter auro adhæsissent, et coëgissent eos apud se manere, aut, si persuadere non potuissent, αὐτοὶ ἂν ἐπαιδαγώγουν, ὅπῃ ᾖσαν, ἕως ἱκανῶς παιδείας μεταλάβοιεν. *ipsi eos, tanquam magistros fuissent secuti, donec, quantum satis esset, disciplina fuissent imbuti.*

Digitized by Google

VIII. Ubi vero non tam terminus, quam terminatum indicatur, redditur *quamdiu, dum, interea dum.* In quo casu construitur cum præsenti indicativi, ut apud Plat. in Phæd. pag. 89. lin. 26. [C. 38. ed. Fischer.] Ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἔφη, τὸν Ἰόλεων παρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐστι. *Sed et me, inquit, Iolaum hortare, dum lux est.* Et Xenoph. Cyrop III. 3. 49. Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, εἰ καὶ σὺ συγκαλέσας, ἕως ἔτι ἔξεστι παρακαλέσειας; *Quid vero, inquit, o Cyre, si et tu milites convoces, dum adhuc hortandi facultas datur?* Pro eodem dicitur et ἕως ὅτου in Evang. Matth. cap. V. comm. 25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ. *Redi cum adversario cito in gratiam, dum cum ipso in via es.*

IX. Vel cum imperfecto indicativi, ut ἕως ἔζη. *Dum vivebat.* Xenoph. Cyrop. III. 3. 58. Ἕως δ' ἔτι βελῶν ἔξω ἦσαν. *Dum adhuc extra telorum jactum erant.* Sic et Hom. Il. Α. v. 193.

X. Invenitur et non raro cum adverbiis constructum, ut ἕως ἄρτι, ἕως σήμερον, ἕως ὧδε, ἕως ἔτι, ἕως ὅτι, etc. Insignius tamen est adverbium πότε; et more Latinis insueto dicitur ἕως πότε, eadem forma, qua dicunt, ὅτι τί; ἵνα τί; ὥστε πῶς; de quibus postea. Qui dicit ἕως πότε, agnoscit rem termino limitandam, quem tamen, quia ignorat, ab alio quærit. Plerumque designat hæc locutio desiderium. Sic Apocal. cap. VI. comm. 10. Ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν; *Usque quando*, h. e. *Quousque, o tu, qui Dominus sanctus es, et verus, non judicas et vindicas sanguinem nostrum?*

ἝΩΣ AN ET ἝΩΣ ΠΕΡ AN.

I. Particula ἂν, quamvis non tam Particulam ἕως quam sequens verbum afficiat, particulæ tamen subjungitur: neque tam terminum incertum reddit, ita ut finis limite terminandus non exprimatur, aut indicetur, quam tempus verbi, quod suo privat actu, ut ex ejus doctrina in superioribus satis liquet: sic, cum dicimus ἕως ἠνοίχθη τὸ δεσμωτήριον, intelligimus rem actam, et custodiam apertam; at ἕως ἂν ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, indicat custodiam aperiendam, nullo tamen, quo id fiat, expresso tempore; involvitque fere futurum tempus, cui maxime appositus est modus conjunctivus vel optativus; nam cum alterutro sic constanter construitur. Egregie utriusque, et ἕως, et ἕως ἂν, discrimen patet ex Demosth. Philipp. III. pag. 52. extrema: Ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄντι μεῖζον, ἄντ' ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην, καὶ κυβερνήτην, καὶ πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς πρόθυμον εἶναι· καὶ ὅπως μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων μηδεὶς ἀνατρέψῃ τοῦτο, σκοπεῖσθαι· ἐπειδὰν δὲ ἡ θάλαττα ὑπερσχῇ, μάταιος ἡ σπουδή. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕως ἐσμὲν σῶοι, πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον, τί ποιῶμεν, πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσας κάθηται. *Dum navis sit incolumis, sive ea major, sive minor sit, tunc oportet et navitam, et gubernatorem, et quemlibet deinceps vec-*

Digitized by Google

totem esse alacrem, et videre, ne quisquam sive consulto, sive imprudens eam subvertat: nam, cum mare superat, irritus est labor. Quare vos etiam, o Athenienses, dum incolumes sumus, urbe fruentes maxima, commodis plurimis, existimatione egregia, quid agamus, fortasse aliquis in hoc consessu libens rogaverit. Notentur ἕως ἂν σώζηται et ἕως ἐσμὲν σῶοι. Prius convenit similitudinis πρωτάσει, indicans incertum quid, et rem, non quæ sit, sed fieri potest: at in ἀποδόσει loquitur de re et statu reip. præsenti; quare illic ἂν additur cum subjunctivo, hic omittitur cum indicativo.

II. Subjunctivo vel optativo modo jungi, dixi; huic autem multo rarius, at frequentissime illi. Cum optativo construit Plat. in Phæd. pag. 101. [C. 49. ed. Fischer.] Καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ὁρμηθέντα σκέψαιο. *Nec responderes, donec, quæ inde consequantur, consideraveris.*

III. Cum subjunctivo et ἂν juxta, et sine ἂν cum indicativo, vel terminum significat, vel terminatum. Terminum ubi notat, redditur fere *donec*. Cum præsenti subjunctivi, futurum tempus admixtum habente, construit Xenoph. Cyrop. III. 3. 18. Οὐκ ἀναμένομεν, ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται. *Non exspectamus, donec nostri agri vastentur.* Ita tamen futurum admiscetur, ut præsentis temporis notio non omnino pereat: ita verus sensus non est, *donec agri vastati fuerint;* sed indicatur præsens vastandi actus: *ad illud usque tempus, cum agris vastandis occupantur.*

IV. At aoristus primus rem confectam non significat quidem, sed ponit. Ita narrat Plat. in Phædr. pag. 259. [T. X. p. 348. ed. Bip.] cicadam sine cibo et potu cantare, ἕως ἂν τελευτήσῃ. *donec finierit vitam.* Non ἕως ἂν τελευτᾷ, ne quis intelligat, eam alimento uti in ipso mortis articulo.

V. Idem præstat aoristus β'. Cujus exemplum est apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 53. Ἐθίζεσθαι ταῦτα δρᾷν, ἕως ἂν ἐγγένηται αὐτοῖς. [ubi tamen alii legunt ἔστ' ἄν.] *Hoc facere,* i. e. illos tamdiu instruere, *donec idem iis fuerit apprime inculcatum.* Non ἐγγίγνηται, *inculcetur:* sed ponit tempus, quo hoc præceptum iis sit inculcatum, quod tamen futurum est. Sic Matth. II. 13. et V. 26.

VI. Quum non tam terminum, quam terminatum indicat, redditur *quamdiu*, ut ἕως §. 8. ita tamen ab eo differt, ut rem adhuc durantem ἕως indicet, ἕως ἂν ponat, ut apud Plat. in Phæd. pag. 66. [C. 11. ed. Fischer.] Ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν, καὶ συμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς, οὗ ἐπιθυμοῦμεν. *Quamdiu corpus circumferimus, et commista est anima nostra cum tali malo, nunquam plane, quod cupimus, consequemur.* Et in Tab. Ceb. pag. 182. Μέχρι μὲν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον. *Hæc vitæ ratio aliquamdiu videatur esse suavis, quamdiu titillat hominem.*

Digitized by Google

VII. Particula ἂν intelligenda relinquitur, quoties ἕως cum optativo aut subjunctivo construitur. Exempla optativi dedi in ἕως §. 6. Cum aoristo subjunctivi construitur in Evang. Matth. cap. XIV. comm. 22. ubi Iesus jubet discipulos præire in ripam ulteriorem, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους. *dum dimitteret multitudinem.* Libr. Sapient. Sirac. cap. XXIV. comm. 5. Ἕως οὗ λάβῃ, καταφιλήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ. *Quamdiu accipiet, osculabitur manum ipsius.*

VIII. Inter ἕως et ἂν nonnunquam ponitur περ, ut sit ἕωσπερ ἂν, estque illud fere ἀοριστολογικὸν, indicans incertam continuandæ rei durationem, ut in Apol. Socr. apud Plat. pag. 29. [C. 17. ed. Fischer.] Ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω, καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσωμαι φιλοσοφῶν. *Dum spirem, et facultas detur, non cessabo philosophari.* Quasi dicat *quamcunque diu*, per totam vitam, quantumlibet brevem aut longam.

῍Η.

I.

De Particulæ ῍Η *potestate* Disjunctiva, Dubitativa, *an et* Interrogativa.

I. Particulæ ἢ primaria potestas est *disjunctiva*, ubi duo contraria, adversa, vel saltem duo plurave diversa proponuntur, ex quibus alterum accipiatur, tanquam verum, consultum, probabile etc. ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 490. [T. VII. p. 82. ed. Bip.] Τί οὖν; τούτῳ μετέσται ψεῦδος ἀγαπᾶν, ἢ, πᾶν τοὐναντίον, μισεῖν; *Quid igitur? Aliquid huic erit cum mendacio commune, an, quod plane contrarium est, illud odio habebit?*

Frequenter repetitur, ut apud Hom. Il. I. v. 78.

Νὺξ δ' ἥδ' ἠὲ διαῤῥαίσει στρατὸν, ἠὲ σαώσει.

Hæc nox aut destruet exercitum, aut servabit.

Plat. Euthyphr. pag. 5. [C. 6. ed. Fischer.] Ὅσιόν ἐστιν, ὅπερ ἐγὼ νῦν ποιῶ, τῷ ἀδικοῦντι, ἢ περὶ φόνους, ἢ περὶ ἱερῶν κλοπὰς, ἤ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐξαμαρτάνοντι, ἐπεξιέναι. *Sanctum est, quod ego nunc facio, injustum hominem, vel ob cædem, vel ob sacrilegium, vel aliud facinus, quo se obstringat, jure persequi.*

II. Quando ex duobus alterum amplecti volumus, convenit probationibus: quo sensu particularum εἰ δὲ μὴ partes explet, ita tamen ut disjunctivorum naturam nequaquam exuat. Sic apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 490. init. [T. VII. p. 81. ed. Bip.] Ἣν (ἀλήθειαν) διώκειν αὐτὸν πάντως καὶ πάντῃ ἔδει, ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. *Hanc veritatem ipsum omnino penitus*

Digitized by Google

sectari oportet, alioquin, ut ventosum, nullum habere cum vera philosophia commercium. In quibus τὸ διαζευκτικὸν manifesto apparet, quum, servato sensu, verba mutamus, hoc modo: *Aut oportet veritatem sectari, aut cum vera Philosophia nullum habere commercium.* Q. d. Necesse est alterutrum esse verum, aut veritatem eum sequi debere ducem, aut etc. Et lib. VI. de Rep. pag. 504. [T. VII. pag. 111. ed. Bip.] οὐχ ἧττον μανθάνοντι ποιητέον ἢ γυμναζομένῳ, ἢ τοῦ μεγίστου τε καὶ μάλιστα προσήκοντος μαθήματος ἐπὶ τέλος οὔποτε ἥξει. *Non minus discenti quam exercenti incumbit labor, alioquin ad maximæ et maxime convenientis disciplinæ cumulatam cognitionem nunquam perveniet.*

III. Quando ex duobus vel pluribus præmissis ambigui hæremus, quid amplecti debeamus, aut quid verum etc. sit, nascitur usus διαπορητικὸς, sive *dubitativus*, qui quoniam ex disjunctis oritur, disjunctivo subordinatus est, quare huic secundum locum dedi. In hoc sensu vel geminatur semper, vel in priori propositione supprimitur. Latini reddunt *ne*, *an*, hoc tamen discrimine, quod hi subjunctivum subjiciant, Græci non item, nisi intellecto aut addito ἂν, verbi actum ad potentiam aut voluntatem revocante, ut apud Hom. Il. Α. v. 190.

— Διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι,
Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.

In utramque partem distrahebatur dubitans, utrum gladio acuto a femore educto alios dimoveret, et Atriden sterneret, an iram compesceret, et animum reprimeret. i. e. *dimovere, sternere, compescere et reprimere vellet.* Sic. Il. Ε. 671.

IV. Pro ἢ in priori membro sæpe invenias εἰ, πότερον, aut simile et cognatum; ut apud Hom. Il. Β. v. 301.

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν,
Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἦε καὶ οὐκί.

Tolerate, amici, et exspectate aliquantisper, ut sciamus, utrum Calchas vera vaticinetur, nec ne. Et Xenoph. Cyrop. III. 1. 13. Ἐσιώπα, ἀπορῶν πότερα συμβουλεύοι τῷ Κύρῳ κατακαίνειν ἑαυτὸν, ἢ τἀναντία διδάσκοι, ὧν αὐτὸς ἔφη ποιεῖν. *Silebat, dubitans, utrum sui occidendi consilium Cyro daret, an iis contraria eum doceret, quæ ipse se facturum dixerat.* Aristot. lib. II. de Rep. cap. XIII. sub princip. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ δούλων ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερόν ἐστιν ἀρετή τις δούλου παρὰ τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλη τιμιωτέρα τούτων, οἷον σωφροσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων, ἢ οὐκ ἔστιν οὐδεμία παρὰ τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας. *Principio quidem de servis dubitaverit aliquis, utrum virtus quædam servi præter eas, quæ ad instrumenta*

Digitized by Google

et ministeria pertinent, alia his sit nobilior, exempli gratia, temperantia, fortitudo, justitia, aut alia quædam ex hujusmodi facultatibus, an omnino nulla sit præter ministeria corporis.

V. Illud εἰ vel πότερον in priori membro nonnunquam intelligendum omittitur, ut apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 486. [T. VII. p. 73. ed. Bip.] Οὐ μὴν οὐδὲ τόδε παραλείψεις, ὡς ἐγῷμαι. Τὸ ποῖον; Εὐμαθὴς ἢ δυσμαθής. Pro πότερον εὐμαθής. *Neque hoc profecto prætermittes, opinor. Quid? Utrum sit docilis, an indocilis animi.*

VI. Addit Homerus τὸ ἄρα et ῥα στοχαστικόν. Il. Φ. v. 62.

—Ὄφρα ἴδωμαι ἐνὶ φρεσὶν, ἠδὲ δαείω
Ἦ ἄρ' ὁμῶς καὶ κεῖθεν ἐλεύσεται, ἦ μιν ἐρύξει
Γῆ φυσίζοος. —

Mente ut intelligam et discam, num forte similiter et hinc evadat, an ipsum alma tellus cohibitura sit.

VII. Ubi alterum disjunctorum plane contrarium infert, non necesse fuerit prius repetere, sed verbum ex priori propositione repetendum veniet, sufficietque dicere ἢ οὔ. ut apud Demosth. de Rhodior. Libert. pag. 79. Συμφέρει τῇ πόλει, δῆλον ἤδη γενέσθαι, πότερα ἀντιποιήσεται τῆς πόλεως τῶν Ῥοδίων, ἢ οὔ. *Utile est civitati, palam jam fieri, utrum Rhodiorum urbem sit vindicaturus, nec ne.* ubi post ἢ οὔ repetendum ex superiori ἀντιποιήσεται. Repetit Aristoteles loco modo allato.

VIII. Hic nonnunquam interponitur καὶ, ut sit ἢ καὶ οὔ, pro quo poëtice ἠὲ καὶ οὐκὶ, ut apud Hom. Il. Β. v. 300.

—Ὄφρα δαῶμεν,
εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἠὲ καὶ οὐκί.

Ut sciamus, utrum Calchas vera vaticinetur, nec ne. Sic Od. Α. v. 268.

IX. Pro ἢ οὔ invenias etiam ἢ μὴ, ut apud Plat. Apol. Socr. pag. 18. [c. I. ed. Fischer.] Τοῦτο ὑμῶν δέομαι——τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω, ἢ μή. *Hoc a vobis peto, ut diligenter attendatis, utrum justa dicam nec ne.*

X. Dubitationi vicina est interrogatio inflexa, sed bimembris, et posteriori membro inservit ἢ, sive præcedente, εἰ πότερον, vel simili, sive absente. Præcedente, ut apud Plat. Epist. VII. pag. 347. Ἐρωτᾶν, εἴγε ἀρκεῖ ταῦτα αὐτῷ, ἢ καὶ μή. *Rogare, utrum hæc ipsi sufficiant, nec ne.* Et apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 11. Εἰπὲ, πότερον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ καλὰ πράττοντα τιμᾷς, ἢ ὡς ἀδικοῦντα, ἢν λάβῃς, κολάζεις; *Dic, utrum eum, ut virum bonum, tanquam re bene gesta,*

Digitized by Google

honore dignum censeas, an, ut injuste agentem, si in potestatem redegeris, plectas? Et paulo post: Λέγε δὴ σαφῶς,——ἢν ἄρχων τὶς τύχῃ καὶ ἁμάρτῃ, πότερον ἐᾷς ἄρχειν, ἢ ἄλλον καθίστης ἀντ' αὐτοῦ; *Age, dic liquido, si quis in imperio constitutus forte delinquat, utrum ipsum imperare sinas, an alium in ipsius locum substituas?* In quibus omnibus quis non videt, præter usum interrogativum, etiam dominantem vim disjunctivam?

XI. Absente πότερον, ἢ interrogationi inflexæ præmittitur ibid. lin. 39. Εἰπέ μοι, ὦ Κῦρε, ἔφη, ἐπεὶ ὁ πατὴρ ἀποροῦντι ἔοικεν, ἢ συμβουλεύσω περὶ αὐτοῦ, ἃ οἶμαί σοι βέλτιστα εἶναι; *Dic mihi, inquit, Cyre, quando pater dubitanti similis videtur, an consilium dem tibi, ut puto, utilissimum?* At ubi hic τὸ διεζευγμένον, cum oratio sit μονόκωλος? At δίκωλος erit, si intelligamus τὸ, ἢ οὔ, ita ut ἢ geminetur.

XII. Geminatur in hoc sensu τὸ ἢ apud Hom. Il. Κ. v. 509.

Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.

Sed age dic hoc mihi, et vere narra. Mox interjectis aliis interrogatis, pergit:

— Ἢ μεμάασιν
Αὖθι μένειν παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθι, ἦε πόλινδε
Ἂψ ἀναχωρήσουσιν. —

Utrum cupiant hic manere apud naves procul, an vero urbem versus retrocessuri sint.

XIII. Sed quæritur, an particula ἢ etiam sit interrogativa, hoc est, an directe interroget. Ego, in interrogationibus directis adhiberi, easque afficere ita, ut potestatem disjunctivam non deponat, sed mordicus retineat, statuo, ut exemplis mox satis frequentibus patebit; ipsum vero ἢ interrogare non video. Et *primo* quidem ejus usus est in interrogationibus rectis, præcedente πότερον, vel πότερα, plane disjunctivus, quando ex duobus contrariis alterum eligendum est; vel ex duobus pluribusve, quæ interrogando proponuntur, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 15. Πότερα δ' ἡγῇ, ὦ Κῦρε, ἄμεινον εἶναι, σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ τὰς τιμωρίας ποιεῖσθαι, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ; *Utrum existimas, o Cyre, præstare tuo cum bono pœnas te exigere, an vero cum tuo damno?* Eurip. in Orest. v. 403.

Πότερα κατ' οἴκους, ἢ προσεδρεύων πυρᾷ;

Domine, an assidens rogo?

XIV. Et, ut supra in dubitando, ubi alterum disjunctivorum plane contrarium proponit, vidimus, non necesse esse prius repe-

Digitized by Google

tere, sed vocem ex superiori propositione repetendam venire; ita etiam idem fit in interrogando, ubi suffecerit ἢ οὔ, et ἢ μή dicere. Sic Plat. lib. v. de Rep. pag. 473. [T. VII. p. 51. ed. Bip.] Πότερον ὁμολογεῖς οὕτως, ἢ οὔ; *Utrum hoc concedis, an non?* Et in Phædro pag. 263. lin. 26. Τὸν Ἔρωτα πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή; *Amorem utrum dicemus ex controversorum genere esse, an secus?* Cæterum, quo discrimine ἢ οὔ vel ἢ μή dicendum, apparebit, ubi de particulis οὐ et μή agetur.

XV. Quamvis ipsam particulam ab interrogativis removeam, interrogationes tamen eleganter et cum virtute afficit, quare in interrogationibus adhiberi, quam ipsam interrogare, ex sequentibus paret. Et *principio* quidem, sequente τίς, πόθεν, πῶς, aut simili interrogativo, rogantis impetum exprimit, non tamen nisi disjunctive præmissis aliis, a quibus sequentia distinguantur, tanquam præcedentibus graviora. Ita Philippus apud Lucian. Dial. Mort. tom. I. pag. 398. postquam Alexandro exprobraverat falsam divinitatem, perstringens ipsius vulnera, ex acceptis plagis gemitus, Ammonem impostorem, falsosque vates, et prophetas adulatores; mox subdit: Ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; *Vel quis non rideret, videns Jovis videlicet filium animo deficientem, et medicorum opem implorantem?* Hic certe nemo dixerit τὸ ἢ interrogare, cum tota interrogationis vis consistat in vocula τίς. Sed diversa a superioribus in interrogatione proposita evincunt veram τοῦ ἢ potestatem disjunctivam.

Secundo non interrogat, sed vim disjunctivam servat, quoties duo contraria vel diversa interrogative proponuntur. Contraria, apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 12. Ἢν χρήματα πολλὰ ἔχῃ, ἐᾷς πλουτεῖν, ἢ πένητα ποιεῖς; *Si multas opes possidet, sinisne eum divitem esse, an pauperem reddis?* Diversa apud Hom. Od. Ω. v. 299.

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Ποῦ δαὶ νηῦς ἕστηκε θοὴ, ἥ σ' ἤγαγε δεῦρο,
Ἀντιθέους θ' ἑτάρους; ἢ ἔμπορος εἰλήλουθας
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης;—

Quis? Unde es virorum? Cujas? Qui parentes? Ubi stetit navis celeris, quæ te huc vexit et illustres socios? Aut an mercator venisti in nave aliena? In his intelligi debet ἄρα.

Tertio, quando interrogatio est figurata, qua vehementius affirmamus vel negamus, notat τὸ ἢ indignationem aliquam, præmissa alia interrogatione, ut constanter servetur τὸ διαζευκτικόν. Exemplum habet Hom. Il. I. v. 340.

—Τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας
Ἀτρείδης; ἢ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο;
Ἢ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεῖδαι;—

Digitized by Google

Cur copias huc duxit collectas Atrides? An non ob Helenam pulcricomam? Aut an soli mortalium Atridæ diligunt uxores? In priori membro videtur τὸ ἦ esse interrogativum; sed videtur tantum, nec ultra.

Quarto adhibetur simili ratione in objurgationibus, in quibus indignatio lenior est, ut apud eundem Il. P. v. 445. ubi Jupiter alloquitur immortales equos Æacidæ increpans:

Ἆ δειλὼ, τί σφῶϊ δόμεν Πηλῆϊ ἄνακτι
Θνητῷ; ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε·
Ἦ ἵνα δυστήνοισι μετ' ἀνδράσιν ἄλγε' ἔχητον;

Ah infelices, cur vos dedimus Peleo regi mortali, vos, qui estis senectutis et lethi expertes? eo ut hominibus miseris dolores communes habeatis? Quod in versione hac evanescit ἦ, facit Latinitas, quæ Græcorum dictionem non assequitur, quæ possit esse elliptica, ut plenior sit oratio: *Cur dedimus? dicite causam. Aut an ideo dedimus, ut* etc. Nec sine objurgatione b. Paulus in priori ad Corinth. epist. cap. IX. comm. 6. post plura interrogata subdit: Ἦ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; *Aut an soli mihi et Barnabæ non est concessa facultas non laborandi?* Plane hoc diversum est ab iis, quæ superius per interrogationes proposuerat, quam diversitatem indicat particula ἦ. Latini potius non addunt, sed Græci, ut non semel monitum, magis particularum prodigi, non ineleganter utuntur.

Quinto, citra præmissam interrogationem notat indignationem apud Hom. Il. P. v. 450. ubi Jupiter ait, se non esse passurum, Hectorem conscendere currum, cui immortales equi juncti erant, additque:

Ἦ οὐχ ἅλις, ὡς καὶ τεύχε' ἔχει, καὶ ἐπεύχεται αὔτως.

Aut an non satis habet, quod et armis instructus est, et vane gloriatur?

Sexto, in sensu objurgandi etiam repetitur non sine emphasi in priori ad Corinth. epist. cap. XIV. comm. 36. Ἦ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; Ἦ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν; *Aut an a vobis sermo Dei exiit? Aut ad vos solos devenit?*

Septimo, ubi nulla præcedit interrogatio, ellipsis indicat τὴν διαζευκτικὴν δύναμιν, intellecta extrinsecus prævia interrogatione. Sic Plato lib. VI. de. Rep. pag. 491. lin. 12. [T. VII. p. 83. ed. Bip.] Τὸ μὲν δὴ, οἶμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τοιαύτην φύσιν, καὶ πάντα ἔχουσαν, ὅσα προσετάξαμεν νῦν δὴ, εἰ τελέως μέλλει φιλόσοφος γενέσθαι, ὀλιγάκις ἐν ἀνθρώποις φύεσθαι. ἢ οὐκ οἴει; supple ὁμολογεῖς ταῦτα; *Hoc igitur, opinor, concedet nobis quilibet, talem indolem, et omnibus his instructam, quæ modo præscripsimus, si quis velit consummatus fieri philosophus, raro in hominibus inveniri. Faterisne, an vero non putas?*

XVI. At clarissime liquet ellipsis, quando post ἢ contraria non

Digitized by Google

intelliguntur, sed diserte exprimuntur, ut ibid. lin. 42. [Bip. VII. p. 85.] Τὰς ψυχὰς ὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας, κακῆς παιδαγωγίας τυχύσας, διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι· ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης, ἀλλ᾽ ὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως, τροφῇ διολλυμένης, γίγνεσθαι; *Sic dicamus, indoles nobilissimas, pravam educationem nactas, insigniter malas evadere: aut an putas, magna scelera et puram putam nequitiam ex vili, et non robusta natura, educatione corrupta, nasci?*

XVII. *Octavo* infert ellipsis quoque vim et impetum rogantis, ut in priori ad Thessal. epist. cap. 11. comm. 19. Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως: ἢ ὐχὶ καὶ ὑμεῖς; q. d. Τίς ἄλλος ἢ ὑμεῖς; ἢ ὐχὶ καὶ ὑμεῖς; *Quæ enim nostra spes est, vel gaudium, vel corona gloriæ? Quis nisi vos? Aut an non et vos?*

XVIII. *Nono* et postremo, indicat τὸ ἢ, interrogationi præfixum, levem objurgationem, quum rogamus aut probandi, aut explicandi, aut incitandi gratia, num quis aliquid nesciat, aut non audiverit, quod scire aut audivisse debet. Sic Plato lib. VI. de Rep. pag. 492. [T. VII. p. 87. ed. Bip.] taxat sophistarum consuetudinem, necessitatem discipulis imponentium, ἣν, inquit, ἔργῳ προστιθέασι, λόγῳ μὴ πείθοντες. *Quam, cum verbo persuadere nequeunt, re ipsa adjungunt.* Mox explicaturus, quod subobscure significaverat, rogat: ῏Η ὐκ οἶσθα, ὅτι τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμίαις τε, καὶ χρήμασι, καὶ θανάτοις κολάζυσι; *Aut an ignoras, illos, si quem non persuadent, infamia, et pecuniarum multa, et capitis supplicio afficere?* Similiter apud Hom. Od. Α. v. 298. incitat Telemachum Minerva, ut procos interficiat, et, ne factum auctoritate careat, ab exemplo Orestis monet rogando:

῏Η ὐκ ἀΐεις, οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος ᾽Ορέστης
Πάντας ἐπ᾽ ἀνθρώπυς, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα
Αἴγισθον δολόμητιν;——

Aut an non audivisti, qualem gloriam consecutus sit Orestes apud omnes homines, quum patris sui interfectorem Ægisthum dolosum interemit?

XIX. Ex tanta igitur locorum turba liquet, τὸ ἢ ipsum non interrogare, sed interrogationes variis modis afficere.

II.

De Particula ῏Η Comparativa.

I. Ejusdem particulæ frequentissimus usus est in *comparationibus*, quem ex primitiva disjungendi potestate sponte fluere, hinc liquet, quod nulla potest institui comparatio, in qua non duo sint diversa,

Digitized by Google

quæ inter se comparentur, quæque particula ἤ, si adsit, disjungat. Imo et in his dominari imprimis potestatem διαζευκτικὴν dixerim, quod vis comparativa non adeo statuenda est in particula ἤ, quam in adjectivo vel adverbio comparativo, fungente τῷ ἤ tantum proprio sibi officio disjungendi. Peculiari tamen sectione visum est hunc usum tractare, quod aliter, quam in superioribus, Latini reddunt, nempe *quam*. Sic vis disjunctiva etiam in comparatione se exserit apud Plat. in Phædr. pag. 237. [T. X. p. 301. ed. Bip.] Σοὶ καὶ ἐμοὶ ὁ λόγος πρόκειται, πότερα ἐρῶντι ἢ μὴ μᾶλλον εἰς φιλίαν ἰτέον. *Hoc tibi mihique verbis discutiendum incumbit, utrum cum amante potius quam cum non amante contrahenda sit amicitia.* Quæ, ut vis disjunctiva magis eluceat, etiam sic reddi possunt: *utrum cum amante potius contrahenda sit amicitia, an cum non amante.*

II. Agnoscendus tamen est diversus a superioribus hic in comparationibus particulæ usus, quia non ubique hæc versio quadrat, quantumlibet se exserit τὸ διεζευγμένον. ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 5. [C. 5. ed. Fischer.] Ἐκείνῳ τῷ διδασκάλῳ λάχε δίκην πρότερον ἢ ἐμοί. *Adversus illum magistrum intende actionem prius, quam adversus me.*

III. Quod ad structuram attinet, alterum comparativorum sæpe vel per κατὰ effertur, vel sequente ὡς circumscribitur; ut cum dicimus: *Hæc opera sunt humanis viribus majora*, vel, *majora sunt quam ut oratione explicari possint.* Τάδε ἔργα μείζω ἐστὶν ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον. et, μείζω ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι. vid. Demosth. Philipp. II. pag. 26.

IV. Quum res non cum altera, sed secum comparatur a diversis prædicatis, eleganter ἤ inter duo comparativa ponitur, ut apud Hom. Od. Α. v. 165.

Πάντες κ᾽ ἀρησαίατ᾽ ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι,
Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε.

Omnes optarint, ut velociores sint pedibus, quam auro et veste instructiores.

Ad disjunctivam aut comparativam vim spectat quoque τὸ ἢ post adjectiva ἄλλος et ἀλλοῖος. Exempla frequentia. At subobscura hæc potestas est, quando longius a comparato removetur; ut apud Hom. Od. Τ. v. 267. ubi Ulysses Penelopæ:

Μηκέτι νῦν χρόα καλὸν ἐναίρεο, μηδέ τι θυμὸν
Τῆκε, πόσιν γοόωσα· νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδέν·
Καὶ γάρ τίς τ᾽ ἀλλοῖον ὀδύρεται ἄνδρ᾽ ὀλέσασα
Κουρίδιον, τῷ τέκνα τέκῃ φιλότητι μιγεῖσα,
Ἢ Ὀδυσῆ᾽, ὅν φασι θεοῖς ἐναλίγκιον εἶναι.

Ubi ἢ longius ab ἀλλοῖον, ad quod referendum est, remotum orationem reddit obscuriorem. Estque ἀλλοῖον ἢ Ὀδυσῆα, *diversum*

Digitized by Google

quam Ulyssem. Ne jam amplius, inquit, *corpus pulcrum destrue, neve te macera; quamquam hoc nomine te non reprehendo; nam fit, ut mulier, amisso viro juvene, cui mista peperit filios, diverso quam Ulysse, quem diis aiunt similem esse, lugeat.* Q. d. *Mulieres aliæ lugent viros suos, quanto magis tu Ulyssem?*

HMEN, HΔE.

I. Particulæ ἢ in membrorum divisionibus junguntur μὲν et δὲ, ita ut cum ea coalescant, unoque accentu notentur ἠμὲν, ἠδὲ, pro quo et dicitur ἰδὲ, quas particulas soli poetæ sibi vindicant, quando oratio est bimembris, jubente τῷ ἠμὲν nos expectare τὸ ἠδὲ. Neque enim prius absque posteriori, quanquam posterius absque priori invenitur. ut mox patebit. Afficiunt τὰ μὲν et δὲ ita particulam ἢ, ut hujus vel potestate disjuncta, vel officio conjuncta, inter se relate componant. Posteriori sæpe adjicitur καὶ, non παρέλκον, sed ἐπιδεικτικόν. In exempla sufficiat hic solus Homerus.

II. Sic duo contraria disjungentes Latini simpliciter reddunt *vel*, neglectis particulis μὲν et δὲ, quorum hic usus apud illos non est, ut apud Hom. Il. E. v. 751.

> Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανῦ, ἃς ἔχον Ὧραι,
> Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε,
> Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Sponte crepuerunt fores olympi, quas custodiunt Horæ, quibus commissum est vastum cœlum, ut vel aperiant densam nebulam, vel claudant.

III. Disjunguntur diversa Il. I. v. 105.

> Οὐ γάρ τις νόον ἄλλος ἀμείνονα τοῦδε νοήσει,
> Οἷον ἐγὼ νοέω ἠμὲν πάλαι, ἠδ' ἔτι καὶ νῦν.

Non enim quisquam alius meliorem hàc sententiam excogitabit, qualem ego meditor, vel dudum, vel etiam nunc.

IV. Nonnunquam commodius redditur *sive*, ut ibid. v. 36.

> Ἴσασ' Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες.

Norunt Argivorum sive juvenes, sive senes. Sic et v. 227.

V. Sed et præstant ἠμὲν, ἠδὲ usum διαπορητικὸν Il. E. v. 128. ubi Minerva Diomeden exhortans:

> Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,

Digitized by Google

Ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς, ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Caliginem tibi ab oculis arcui, quæ antea inerat, ut bene dignoscas, utrum deus sit, an homo.

VI. Et in his quidem, ex compositis τὸ ἢ dominari videtur, ubi reliquorum officium minus perspicue sese exserit: at est, ubi contra fit, ut, neglecta τοῦ ἢ potestate disjungendi, τῶν μὲν et δὲ major ratio habeatur, ita ut μὲν et δὲ copulare magis videantur, quam disjungere τὸ ἢ. Sed hic tamen observandum, in priori membro vel nunquam, vel raro inveniri ἠμὲν, sed vel simplex μὲν, vel aliam particulam ex genere τῶν συναπτικῶν. Sic Il. Η. v. 379.

Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο.

Ubi non indicat poëta, Trojanos audivisse Priamum, vel obtemperavisse ipsi, non alterutrum intelligit, sed utrumque, *audiverunt et paruerunt.* Confer I. v. 79. Similiter ibid. v. 100.

Τῷ σε χρὴ πέρι μὲν φάσθαι ἔπος ἠδ' ἐπακοῦσαι.

Hinc te decet in primis dicere et audire. Non *dicere vel audire.*

VII. Usus copulativus clarior est, quando pro μὲν in priori membro τὲ invenitur, ut ibid. v. 99.

—Καί τοι Ζεὺς ἐγγυάλιξε
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας.—

Et tibi Jupiter in manus dedit sceptrumque et jura. Et Μ. v. 61.

Ἕκτορ τ' ἠδ' ἄλλοι Τρώων ἀγοί.—

Hectorque et alii Trojanorum duces.

VIII. Alibi, præcedente καὶ, copulativum ἠδὲ, ut Μ. v. 368.

Κέκλυτέ μευ, Τρῶες, καὶ Δάρδανοι, ἠδ' ἐπίκουροι.

Non enim jubet audire *Dardanos vel socios*, sed *Dardanos et socios.* Et contra præcedente ἰδὲ sequitur καὶ, Η. Ε. v. 171. sed intellecto tamen ἠμὲν in oratione τρικώλῳ:

Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοὶ,
Καὶ κλέος;—

Pandare, ubi tibi arcus, et volucres sagittæ, et gloria?

IX. Aliud argumentum, unde constat τοῦ ἠδὲ usus copulativus,

Digitized by Google

quando inter καὶ et τὲ ponitur, I. v. 366.

> Ἄλλον δ' ἐνθένδε χρυσὸν καὶ χαλκὸν ἐρυθρὸν,
> Ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον
> Ἄξομαι.——

Aliud hinc aurum et æs rubrum, et mulieres bene cinctas candidumque ferrum abducam. Τε, καὶ, ἠδὲ, ἰσοδυναμοῦντα communi copulandi officio fungi cernas Il. Φ. v. 351.

> Καίετο δὲ πτελέαι τε, καὶ ἰτέαι, ἠδὲ μυρῖκαι.

Urebantur ulmique, et salices, et myricæ. Similiter τὲ, ἠδὲ, καὶ, A. v. 401.

> Ἥρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Junoque, et Neptunus, et Pallas Minerva. Et τὲ, ἠδὲ, ἠδὲ, Φ. v. 352.

> Καίετο δὲ λωτός τ', ἠδὲ θρύον, ἠδὲ κύπειρον.

Ardebat et lotus, et juncus, et cyperus.

ἯΚΕΝ, ἯΠΕΡ.

I. Duæ hæ distinctæ sunt particulæ, quas tamen conjuncte scribi posse putat H. Stephanus, creditque τὸ κὲν in ἤκεν vacare in utroque τῦ ἢ usu, et διαζευκτικῷ et διαπορητικῷ, pro priori citans Homerum Od. Δ. v. 80.

> Ἀνδρῶν δ' ἤκέν τίς μοι ἐρίσσεται, ἠὲ καὶ οὐκί.

Pro posteriori eundem Od. A. v. 267.

> Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
> Ἤκεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκί.

Sed non animadvertit Vir doctissimus τὸ κὲν (Poëtic. pro ἂν) in utroque loco esse δυνητικὸν, et cum futuro indicativi constructum tollere τὸ ἐξ ἀνάγκης ἐσόμενον, de quo usu consule, quæ supra in doctrina particulæ ἂν monui sect. 2. §. 7. In priori loco signat apparentem consequentiam, ut sit sensus: *Ex hominibus fieri poterit, ut alius opibus me sit superior, alius inferior.* In posteriori τὸ κὲν etiam ad potentiam redigi potest cum futuro constructum, hoc modo: *Sed profecto hæc in deorum manibus sunt posita, utrum fieri posset, ut reversus ulciscatur, an vero non.* Quod animadversum

Digitized by Google

ostendit, neque ἤκεν conjunctim esse scribendum, neque κεν vacare.

II. Particulæ ἢ annectitur et περ encliticum, ut fiat ἤπερ, limitatque τὸ περ usum τοῦ ἢ συγκριτικὸν, nam τῷ ἢ διαζευκτικῷ aut διαπορητικῷ nunquam subjungitur. Hoc planum est: sed non ita planum, quomodo prius a posteriori afficiatur. Qui hujus particulæ compositæ meminerunt, simpliciter notant usum comparativum, et exprimere Latinorum *quam:* atqui hoc ἢ notat, quando solitarium est, et sic τὸ περ redundaret, planeque esset supervacaneum, cujus tamen potestatem esse adversativam, infra, ubi de hac particula agemus, patebit; cujus vestigia, quanquam nonnunquam subobscura, tamen apparent, ubi explicari potest per *quamvis*, *licet*, *quantumvis* et simile. Obscuritatis causa est ellipsis extrinsecus supplenda. Exempla, quod dico, clarius reddant. Verba sunt Nestoris ad Agamemnonem et Achillem apud Homerum Il. Α. v. 261.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἤπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.—

Quod si simpliciter reddimus: *Cum præstantioribus, quam vos estis, viris conversatus sum olim,* otiosum est τὸ περ, et tota oratio habet invidiam, quam imprimis evitare prudentis Nestoris erat, litigantes duos conciliare conantis. Ut itaque illud περ, quod in ἤπερ, tanquam otiosum, in versione fere negligitur, suam exerceat vim, sic per necessariam propter ellipsin circumlocutionem exprimat aliquis, reddens: *Jam olim ego cum præstantioribus quam vos estis, quantumlibet præstantes, conversatus sum.* Estque ita ἤπερ ὑμῖν idem quod ἢ ὑμῖν, καίπερ κρείττονες ὄντι. Sic ἤπερ est ἐμφατικώτερον, quam simplex ἢ, in Evang. Joann. cap. XII. comm. 43. Ἠγάπησαν, inquit salutis humanæ auctor, τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. *Dilexerunt,* reddit Beza, *gloriam hominum potius quam gloriam Dei.* At sic negligitur τὸ περ, quo vim adversativam exercente, vide, quam nervosa intendatur reprehensio, admissa ellipsi, ut ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ idem sit, quod ἢ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα ἀξιάγαστον ἐν τοῖς μάλιστα ὄντων, si referatur ad δόξαν vel καίπερ παρὰ πάντων ἀξιοφιλήτου ὄντος, si ad Θεοῦ spectamus. *Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei, quamvis omnium admiratione dignissimam,* sive, *quamvis omnium amore unice digni.* Ita reprehenduntur, qui, posthabita Dei unice amandi gloria, hominum gloriam in majori pretio habuerunt. Quæ emphasis abest, cum τὸ ἤπερ simpliciter per ἢ συγκριτικὸν explicamus.

ΗΠΟΥ.

Additur et particulæ Ἢ τὸ πυ στοχαστικὸν, et dicitur ἤπυ, non ita tamen, ut duæ hæ in unam coalescant particulam compositam,

quamvis sub uno proferantur accentu: sed τοι natura encliticum mutat ex constanti consuetudine præcedentem gravem accentum in acutum, sola itaque pronunciatione coalescunt. Cum ἢ sit διαζευκτικὸν, et τοι στοχαστικὸν, notans *fortasse*, usus hinc nascitur, cum ex duobus aut pluribus certum eligere non possumus. Ut apud Plat. in Phædr. pag. 235. [T. X. p. 296. ed. Bip.] ubi roganti Phædro, ubi Socrates meliora audivisset, respondet ille: Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δὲ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤτοι Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. *Nunc quidem dicere non possum; certum tamen est, audivisse me aliquos, vel Sappho fortasse, illam formosam, vel Anacreonta, sapientem illum, vel etiam alios auctores.*

ΗΤΟΙ.

I. In Particula ἤτοι errant qui putant τοι plane otiosum esse. Sed ut ἢ vim disjunctivam habere supra adstruximus, sic particulæ τοι vim affirmativam inesse, infra suo loco videbimus. Disjungit itaque τὸ ἢ, confirmat τὸ τοὶ, atque ita totum hoc compositum ἤτοι superiora confirmat distinguendo, plurimumque adhibetur, ubi totum quid præcedit, mox κατὰ μερισμὸν, hoc est, per partes confirmandum. Sic videmus genuinam τοῦ ἤτοι potestatem, verumque usum. Ita Theophrastus cap. περὶ λαλιᾶς hominem loquacem auditoribus tædium parere ait; hoc totum est et præmissum, quod per effectus confirmaturus subdit: Ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἤτοι ἐπιλαθέσθαι, ἢ νυστάξαι, ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. q. d. Hoc verum esse, inde liquet, quod auditores, quæ dixit ille, vel statim obliviscuntur, vel dormitent, vel medio sermone loquentem deserunt. Simulque hinc intelligimus, quare ἤτοι præcedat, ἢ sequatur, quia sufficit in principio semel particulam βεβαιωτικὴν addere, quæ in reliquis membris intelligitur, quamque repetere nihil attinet. Vide et Euripid. in Oreste v. 1197.

Ἃ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο διὰ προδόμων
Ἄφαντος (ὦ Ζεῦ, καὶ γᾶ, καὶ φῶς, καὶ νύξ).
Ἤτοι φαρμάκοισιν, ἢ μάγων τέχναις, ἢ θεῶν κλοπαῖς.

Hæc vero e cubiculo per vestibulum disparuit (o Jupiter, et terra, et lux, et nox) vel sane veneficiis usa, vel magorum ope, vel a diis subrepta. Et in epist. b. Pauli ad Rom. cap. VI. comm. 16. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; *An nescitis, cui vos sistitis servos ad obedientiam, servos vos esse ejus, cui obeditis, aut profecto peccati ad mortem, aut obedientiæ ad justitiam?* Durius quidem hic in versione Latina *profecto* sequitur post *aut*, sed e sermonis Romani genio de Græcorum consuetudine non æquum sit judicium; aures hic requiruntur Græcæ. Clarius τὸ βεβαιωτικὸν elucebit, si signum interrogationis a fine retractum

Digitized by Google

collocamus post τὸ ὑπακοὴν, ut reliqua dicantur enunciative, contineantque responsum affirmans et confirmans interrogata, repetito ex superioribus δοῦλοί ἐστε. Sic sensus foret: *Alterutrum profecto verum est, aut servi estis peccati ad mortem, aut obedientiæ ad justitiam.*

II. Nonnunquam in interrogationibus adhibetur, et rem serio inquiri significat, qui usus τῷ βεβαιωτικῷ proximus est, ut apud Plat. Apol. Socr. pag. 27. Τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα εἶναι, ἢ θεῶν παῖδας; *Dæmones vero utrum revera deos arbitramur esse, an deorum filios?*

III. Nonnunquam vis confirmandi adeo languescit, ut declarative magis, quam affirmative explicari debere videatur reddique possit *nempe*, quippe distinguendo docens, ut apud Plat. in Phædr. pag. 242. [T. X. p. 311. ed. Bip.] Οἶμαι γὰρ ἐγὼ τῶν ἐπὶ τοῦ βίου γεγονότων λόγων μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι γεγενῆσθαι, ἤτοι αὐτὸν λέγοντα, ἢ ἄλλους ἑνί γε τρόπῳ προσαναγκάζοντα. *Nam arbitror, ex omnibus orationibus, quæ tua ætate habitæ sunt, neminem plures quam te composuisse, nempe* [G. *nemlich, wohl zu verstehn*] *quas vel ipse habuisti, vel aliis, ut haberent, eodem impetu auctor fuisti.* Et epist. VII. pag. 335. Ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις, οὔτ' ἀνὴρ οὐδείς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον, ἤτοι ἐν αὐτῷ κεκτημένος, ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι τραφεὶς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. *Nullam civitatem neque hominem beatum esse posse, qui non cum prudentia justitiæ obtemperans vitam transigat, nempe vel ea suapte natura præditus, vel sub imperio sanctorum virorum educatus eruditusque juste.*

IV. Hactenus utriusque particulæ in compositione potestas et officium evidenter constitit: ubi ἤτοι solitarium invenitur, obscura adeo prioris disjunctiva vis est, ut prorsus evanuisse videatur. At servat tamen vim distinguendi, hoc est totum per partes vel species distincte exponendi, ubi observandus idem μερισμὸς, qui supra §. 2. notatus est. Hujus exemplum est apud Homerum; nam soli poetæ particula ἤτοι hoc modo usi videntur. Vid. Il. E. v. 720. ubi, præmisso toto, i. e. præmissa mentione currus Junonis, eum mox κατὰ μέρη explicat distinctius.

Τῶν ἤτοι χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος, αὐτὰρ ὕπερθεν
Χάλκε' ἐπίσσωτρα προσαρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι·
Πλῆμναι δ' ἄργυρου εἰσὶ περίδρομοι ἀμφοτέρωθεν.

Et quæ plura sequuntur. *Harum nempe rotarum curvatura ex auro erat incorrupto, superne vero æneï erant canthi apte appositi, mirabile visu: modioli vero erant argentei utrinque circumpositi etc.* Similiter Il. Φ. v. 90.

Τοῦ δὲ δύο γεινόμεσθα, σὺ δ' ἄμφω δειροτομήσεις.

Ἦτοι τὸν πρώτοισι μετὰ πρυλέεσσι δάμασσας
Ἀντίθεον Πολύδωρον, ἐπεὶ βάλες ὀξέϊ δουρί.
Νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται.—

Hujus, inquit Lycaon, *duo filii nati sumus: quos tu necabis ambos.* Hoc est quasi totum: sequuntur distinctius explicata: *Et revera alterum, nempe Polydorum, deo parem, inter propugnatores pedites domuisti: nam hasta acuta trajecisti: at nunc hic mihi malum instat.*

[V. De usu particulæ ἤτοι, quum sic inchoat orationem, ut nihil præcedat totum, quod per species sive partes explicari queat, vide quæ dicta sunt in appendice ad h. l.]

Ἦ.

I. Vera et primitiva particulæ ἦ potestas est rem tanquam veram et certam affirmandi; quare apud Hesychium lego: ἦ, ἀληθῶς, ὄντως. Ἦ *notat* vere, *et* certe. Ἦ itaque idem plane notat quod τῷ ὄντι, ὄντως, a quo postremo non alia re discernitur, nisi quod τὸ ὄντως spectat ad syntaxin, ἦ autem particulæ naturam assumsit; illud autem pro hoc, hoc non item pro illo ponitur; ut ἦ τόδε λοίγιον ἐστι, et τόδε ὄντως λοίγιόν ἐστιν. Quanquam et ita differunt; nam hoc ostendit genuinam rei exitialis naturam; illud totum hoc, τόδε λοίγιόν ἐστιν, affirmat. At pro ὁ ὄντως καλὸς, cave dixeris, ὁ ἦ καλὸς, quod manifestum est solœcum. Reddunt tamen, sive explicant enarratores ἦ per ὄντως, ut in illo Homeri Il. Α. v. 519.

Ἦ δὴ λοίγια ἔργ', ὅτ' ἔμ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
Ἥρῃ.—

Damnosum hoc profecto est, quod me impellis ad contendendum cum Junone. ubi Eustath. pag. 143. lin. 27. Τινὲς δὲ τὸ μὲν ἦ ἀντὶ τοῦ ὄντως φασί. *Nonnulli* ἦ *pro* ὄντως *dicunt.*

II. Sed ἦ, uti dictum, totam sententiam affirmandi vim habet, ut apud Hom. Il. Ε. v. 274.

Ἦ μάλα σ' οὐ βέλος ὠκὺ δαμάσσατο.

Profecto te non domuit telum velox. Et Φ. v. 54.

— Ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.

Profecto magnum hoc miraculum oculis video.

III. Hanc confirmandi potestatem non omnino deponi crediderim in interrogationibus directis; nam is particulæ usus est multo

Digitized by Google

maximus; infertque proprie hæc δύναμις βεβαιωτικὴ seriæ interrogationi impetum. In interrogationibus obliquis nullus ejus usus est. Ita rogat Orestes apud Eurip. in Orest. v. 582.

Ἦ μητρὶ μὲν πάρεισι σύμμαχοι θεοὶ,
Τῷ δ' οὐ πάρεισι μᾶλλον ἠδικημένῳ;

Q. d. Ἆρα τῷ ὄντι etc. *An re vera adsunt matri auxiliatrices deæ, patri vero, majorem passo injuriam, non adsunt?* Et Plat. in Phædr. pag. 262. [T. X. p. 354. ed. Bip.] Ἦ ἂν οἷός τε ἔσται, ἀλήθειαν ἀγνοῶν ἑκάστου, τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα μικράν τε καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν; *An igitur revera fieri potest, ut is, qui veritatem rerum singularium ignorat, ejus rei, quam ignorat, similitudinem sive parvam, sive magnam, in aliis discernat?* Respondit Phædrus· Ἀδύνατον. *Fieri non potest.* Idem in Theæt. pag. 188. [T. II. p. 148. ed. Bip.] disputat, an aliquis possit opinari id, quod non est addit: Ἦ ἂν καὶ ἄλλοθί που τὸ τοιοῦτόν ἐστι; *An hoc revera contingit etiam in aliis casibus?*

Ἦ ΓΑΡ ET Ἦ ΓΑΡ ΑΝ.

I. Subjungitur τῷ ἦ creberrime τὸ γὰρ, stabiliente illo hujus αἰτιολογίαν· afficitur posterius a priori contra vulgarem particularum syntaxin, quia τὸ γὰρ natura est ὑποτακτικόν. Estque hic simplicissimus usus, qui perspicuus est ex plurimis exemplis. vid. Hom. Il. Φ. 532.

— Ἦ γὰρ Ἀχιλλεὺς
Ἐγγὺς ὅδε κλονέων.—

Apertas jubet Priamus tenere portas, ut recipiantur copiæ, si quæ redirent in fugam actæ, additque rationem: *Nam Achilles prope adest conturbans.* Quam rationem confirmat particula ἦ, quæ indicat jubentis animum de re, quasi jam facta, certum. Et Α. v. 78. ubi Calchas veritus veram iræ Apollinis causam indicare, confugit ad Achillem, cujus opem implorat contra furorem Agamemnonis, ut ipsi sit auxilio, additque rationem, quam confirmat τὸ ἦ:

Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει.—

Nam profecto puto, virum succensurum, qui potentissimum in omnes Argivos imperium habet.

II. Subjungitur et γὰρ particulæ ἦ interrogative pro ἆρα τῷ ὄντι posito, non otiosa particulæ γὰρ potestate, quamvis in versione ab interpretibus negligatur. Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 266. [T. X. p. 363. ed. Bip.] bene dicendi adjumenta traditurus, ait:

Digitized by Google

Προοίμιον μὲν, οἶμαι, πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ. ταῦτα λέγεις; ἦ γὰρ τὰ κομψὰ τῆς τέχνης; *Procœmium, opinor, primam orationis partem esse appellandam. Hæccine dicis? Nonne enim revera hæc artis sunt adjumenta?* Respondet Phædrus, Ναί.

III. Earundem particularum frequentissimus hic usus est, quando in fine collocantur, a reliqua constructione separatæ, ut alterius assensum eliciant: quare Latine redduntur, *Nonne?* et Suidas explicat per, οὐχ οὕτως; ut apud Plat. in Phædr. pag. 263. init. [T. X. p. 355. ed. Bip.]: Τί δὴ οὖν οὗτος ἁμαρτάνει, καὶ ἄτεχνον ποιεῖ, λεκτέον. ἦ γάρ; *Jam quid hic peccet contra artem, dicendum est. Nonne?* Respondet Phædrus, Ναί. Sed et sic neutra particula, si rite rem expendimus, quicquam de sua vi ac potestate remittit, dummodo statuamus, locutionem esse ellipticam, hoc modo supplendam: ἦ γὰρ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα; *Nonne enim re vera res ita se habet?* Sic ibid. pag. 265. [Bip. X. 360.] Μανίαν γάρ τινα ἐφήσαμεν εἶναι τὸν ἔρωτα. ἦ γάρ; Φαιδρ. Ναί. *Furorem ergo diximus aliquem esse amorem. Nonne? PH. Diximus.*

IV. Nec obstat, quod responsio nonnunquam sequatur negativa; cum vel revera alter ab altero dissentit, vel is, qui rogat, alterius animum tentat, aut ansam præbet rem diligentius examinandi. Nos tantum de forma loquendi agimus. v. Plat. lib. V. de Rep. pag. 475. [T. VII. p. 56. ed. Bip.] Τὸν δὲ δὴ εὐχερῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γεύεσθαι, καὶ ἀσμένως ἐπὶ τὸ μανθάνειν ἰόντα, καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτον δ' ἐν δίκῃ φήσομεν φιλόσοφον. ἦ γάρ; *Qui studioso animo omnem disciplinam cupit experiri, et alacriter ad discendum incumbit, et inexplebili desiderio agitur; hunc merito dicemus philosophum. Nonne?* i. e. An non ita dicemus, nam res ipsa loqui videtur? Respondet tamen Glauco: Πολλοὶ ἄρα καὶ ἄτοποι ἔσονταί σοι τοιοῦτοι. etc. q. d. *Si hoc foret verum, sequeretur, multos tibi ejusmodi et insulsos fore.*

V. Interdum particulæ γὰρ vis causativa obscuratur, quoties nempe ἦ γὰρ, interrogative sumtum, orationem inchoat. Argumentatur tamen ex præcedentibus, vel, quod Latini interpretes frequenter malunt, vi αἰτιολογικῇ transeunte in συλλογιστικὴν, colligit ex superioribus. Exemplum est apud Xenoph. Cyrop. II. 2. 11. Cyro, obedientia militum, cujus ipsi ridiculum exemplum aliqui narraverant, delectato, ait Aglaitadas: Ἦ γὰρ οἴει, ἔφη, ὦ Κῦρε, τούτους ἀληθῆ λέγειν ταῦτα; *An ergo, inquit, o Cyre, vere putas hos tibi vera narrare?* colligens ex verbis Cyri, eum hæc ut vere facta credere. Orestes apud Eurip. in Orest. v. 736. de reditu Menelai:

Ὥσπερ οὐκ ἐλθὼν, ἔμοιγε ταυτὸν ἀπέδωκεν μολών.

Adventus ejus perinde mihi profuit, ac si non venisset. Respondet Pylades hinc conjiciens, vere Menelaum rediisse:

Ἦ γὰρ ἔστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα;

Digitized by Google

An erga in has terras venit? [G. *Nun dann! Aber wie denn? Ist er denn wirklich hier eingetroffen?*] Et in Phœniss. v. 1666.

ΚΡ. Οὐκ εἰς γάμους σοι συμφορὰν κτήσῃ γόοις.

CR. Non debes ad nuptias tuas arcessere calamitatem luctu. Respondet Antigone, hinc colligens, nuptias sibi paratas.

Ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;

An ergo revera viva nubam aliquando filio tuo? [q. d. *Wunderbar! denn sagt mir, werde ich denn je deinen Sohn heirathen?*] Potest et τὸ γὰρ aliquo modo servare vim αἰτιολογικὴν, causam adferens interrogationis, inde desumtam, quod Orestes dixerat, adventum ejus sibi non plus commodi dedisse, quam si non venisset. De hoc particulæ γὰρ usu abunde dixi supra cap. XII. 1. 13.

VI. Habet et ἦ γὰρ alium usum, nempe adfert admirationem indignationi junctam, redditurque commode *Itane vero?* ut apud Plat. in Gorg. pag. 494. extrema [T. IV. p. 104. ed. Bip.] Callicli dicenti, Οὐκ αἰσχύνῃ εἰς τοιαῦτα ἄγων τοὺς λόγους, ὦ Σώκρατες; *Nonne te pudet. Socrates, huc sermonem deducere?* respondet Socrates: Ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε; ἢ ἐκεῖνος, ὃς ἂν φῇ ἀναιδὴν οὕτω, τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρωσιν, εὐδαίμονας εἶναι; *Itane ego huc deduco sermonem, o præstantissime?* [G. *Ei was willst du denn? Bin ichs denn, der den Vortrag dahin leitet?*] *an ille potius, quicunque dixerit tam impudenter eos, qui gaudent, quomodocunque gaudeant, esse felices?*

VII. Conjungo etiam particulas ἦ γὰρ ἂν, quia ita junctas pro *alioqui* accipi Budæum sequens Devarius docet, et Vigerus cap. VII. sect. 7. Reg. 6. atque ita abirent in formalem notam, cum tamen harum nulla potestatem suam deponat. Nam γὰρ argumentatur, ἦ argumentum confirmat, et ἂν ad verbum referendum, cui derogat actum, et ad potentiam, voluntatem, officium, aut, ut plurimum, futurum obliquum redigit, ut supra abunde patuit, ubi de hac particula agebam. Occurrit apud Plat. in Phædr. sub principium [T. X. p. 281. ed. Bip.]: Εἴθε γράψειεν, ὡς χρὴ πένητι μᾶλλον ἢ πλουσίῳ, καὶ πρεσβυτέρῳ ἢ νεωτέρῳ —— ἦ γὰρ ἂν ἀστεῖοι καὶ δημωφελεῖς εἶεν οἱ λόγοι. *Utinam scripsisset, gradificandum esse pauperi potius quam diviti, seni quam juveni! nam profecto hæc urbana et reip. utilis fuisset oratio.* ubi τὸ γὰρ reddit causam, quare hoc modo scribere debuisset, quam causam confirmat τὸ ἦ, et τὸ ἂν ostendit, Lysiæ orationem (de ea enim sermo est) non esse popularem, sed, si talis fuisset, qualem debere esse dicit, populo utilem futuram fuisse. Est elliptica locutio, in qua subticetur aliqua conditio, quæ ita suppletur: Εἰ γὰρ οὕτως ἔγραψεν. *Si enim sic scripsisset, oratio populo salutaris fuisset.*

Cum tamen ita loquor, non dico, negari posse, particulas ἦ γὰρ

Digitized by Google

ἂν per *alioquin* creberrime posse reddi, ut in locis a Budæo ex Homero, Chrysostomo et Platone allatis. Chrysostomi verba sunt: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ φανερᾶς προςέθηκε τὰ ῥήματα, ἢ γὰρ ἂν ὑποπτεύσαντες, αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον. *Sed hæc quidem verba non palam addidit, alioquin suspicantes, eum esse inimicum, fugissent.* Sed hoc volo, sciendum, hanc versionem esse magis, quam particularum explicationem, quippe quæ a casu dependet, nec ubique quadrat: qui enim ἢ γὰρ ἂν in verbis, modo ex Platonis Phædro allatis, *alioquin* redderet, næ ille absurda garriret; cum contra, ubi sua cuique particulæ tribuitur, quam dixi, potestas, hæc ubivis dominetur; nam sic et verba Chrysostomi reddi possunt: *Certe enim, si clare hæc verba dixisset, suspicantes, eum esse inimicum, fugissent.*

Atque ita illud *alioquin* nascitur ex neglecta ellipsi, et suppressa conditione, etiam admista negatione, si præcedit affirmatum quid. Quam conditionem agnoscit quoque Eustathius ad Hom. Il. Α. v. 232.

Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.
Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρείδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο.

Ubi Eustath. pag. 91. Ἐν τῷ Ἦ γὰρ ἂν ὕστατα λωβήσαιο, λείπει θυμικῷ λόγῳ τὸ Εἰ μὴ οὐτιδανοῖσιν ἤνασσες. Est igitur sensus: *Rex populum devorans, quoniam imperas ignavis. Nam certe, nisi ignavis imperares, nunc, Atride, postremum convicia diceres.*

Illud interpretum *alioquin* nasci ex neglecta conditione, quæ supprimitur, patet, quotiescunque conditio diserte additur, ubi *alioquin* locum habere nequit. Additur conditio apud Hom. Il. Α. v. 293.

Ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην,
Εἰ δή σοι πᾶν ἔργον ὑπείξομαι, ὅ ττι κεν εἴπῃς.

Enimvero ignavus et nullius pretii essem, si nunc in omnibus tibi cederem, quæcunque dixeris.

ἮΗ ΔΗ, ἮΗ ΜΑΛΑ ΔΗ.

I. Subjiciuntur particulæ ἢ aliæ βεβαιωτικαὶ, ut fiant ἢ δὴ, ἢ μάλα, ἢ μάλα δὴ, ἢ δήπου, ἢ μὲν, ἢ μὲν δὴ, ἢ μὴν, ἢ μήν τοι, de quibus singulis hac sectione agendum. Utrumque et ἢ et δὴ in superioribus ostendi esse βεβαιωτικόν. Restat, ut pauca de horum usu, quando junguntur ita, ut τὸ δὴ semper subjungatur, delibem. Et principio quidem non dubito, quin in summa admiratione, et ubi res præter exspectationem evenit adhiberi possit; cujus tamen in præsentia nullum occurrit exemplum. Alter usus constat ex Homero, quo indicatur indignatio, et præsenti exemplo (ut cognoscas τῦ δὴ primariam notionem temporis) rei indignitas confirmatur, ubi gemi-

Digitized by Google

nata confirmatio nervosum quid habet. Ita Vulcanus apud Hom. Il. Α. v. 573. post jurgia Jovis cum Junone, litem compositurus, in hæc verba erumpit:

> Ἦ δὴ λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται, οὐδ' ἔτ' ἀνεκτά,
> Εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.

Q. d. *Profecto hoc verum, perniciosa hæc erunt, neque toleranda, si jam vos duo propter mortales sic contenditis.* [G. *Nun wahrhaftig das wird ein verderblicher Handel werden.*]

II. Adjicitur et μάλα confirmationem adjuvans, quare Hesychius ἦ μάλα explicat ὄντως λίαν. Occurrit apud Hom. Il. Ε. v. 274.

> Ἦ μάλα σ' οὐ βέλος ὠκὺ δαμάσσατο, πικρὸς ὀϊστός.

Certissime te non telum domuit, amara sagitta.

III. Confirmationi cumulus additur, quando tria hæc junguntur, ἦ μάλα δὴ, quorum usus est in summa admiratione; quum quis novitate rei attonitus vix oculis credit, convictus tamen mox veritate, labantem fidem firmat his particulis, ut Achilles apud Hom. Il. Φ. v. 55.

> Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
> Ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕσπερ ἔπεφνον,
> Αὖτις ἀναστήσονται. —

Ita exclamat obstupefactus, cum conspiciebat Lycaonem, quem Lemni vendiderat. Q. d. *O dii immortales, quid ego video! quale hoc miraculum oculis conspicio! Nunc jam certissime crediderim, Trojanos, quos interfeci, resurrecturos.* Hinc commode crebro præcedit ὦ πόποι, admirantis signum. Ut X. v. 373.

Ἦ ΔΗΠΟΥ. Ἦ ΜΕΝ. Ἦ ΜΗΝ.

I. Subjungitur et τοῦ ἦ δήπου, constans ex δὴ βεβαιωτικοῦ et που στοχαστικοῦ, cujus usum supra notavi indicare conscium veritatis animum, sed simul alterius consensum elicientis. Est tamen, ubi τὸ τοῦ που στοχαστικὸν vel valde imminuitur, vel omnino evanescit, vel totum hoc ἦ δήπου ironice usurpatur, ut apud Hom. Il. Φ. v. 583. ubi Agenor Achilli:

> Ἦ δήπου μάλ' ἔολπας ἐνὶ φρεσί, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
> Ἤματι τῷδε πόλιν πέρσειν Τρώων ἀγερώχων.

Illustris Achilles, profecto nimium utique sperasti, te hoc die urbem

Digitized by Google

Trojanorum ferocium eversurum. [G. *Ei wahrlich du hast ja wohl gar gedacht etc.*]

II. Subjicitur τῷ ἦ particula μὲν, quæ natura sua limitat, ut γε, et limitando urget, et urgendo asseverat, q. d. Latine, *id quidem verum;* adeo ut simile quid præstet, quod ἦ δή; quare Hesychius explicat, Ἠ μέν μοι, ὄντως μέν μοι, et Eustathius ad Hom. pag. 984. lin. 56. Ἠ μὲν, ἤγουν ὄντως δή. Et hæc quidem particularum est potestas, sed usus peculiaris in jurando, quando aliquem ad jusjurandum adigimus. vid. Hom. Il. Α. v. 77.

Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον,
Ἠ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν.

Tibi ego eloquar: at tu paciscere, et mihi jura, te mihi certissime et verbis et re promtam opem laturum. Et sic lib. Ζ. v. 275.

III. Ast, ubi δὴ sequitur, hæ aggregatæ, ἦ μὲν δὴ, citra jusjurandum adhibentur, ita tamen, ut propter repetitas cognatæ significationis particulas proximam jurijurando asseverationem afferant, ut apud Hom. Il. Ι. v. 348.

Ἠ μὲν δὴ μάλα πολλὰ πονήσατο νόσφιν ἐμεῖο.

Profecto hoc verum quidem, multa sine me perfecit.

IV. Confirmanti ἦ confirmans adjicitur particula μὴν, priori confirmationi quasi cumulum et nervum addens. Hæc una potestas, sed usus non simplex: nam *primo* utuntur Græci ἦ μὴν, ubi serio quid affirmare volunt, ut Nestor apud Hom. Il. Ι. vs. 57.

Ἠ μὴν καὶ νέος ἐσσὶ, ἐμὸς δέ κε καὶ πάϊς εἴης
Ὁπλότερος γενεῆφιν. —

Laudaverat nempe Diomedis eloquentiam, sed orationi aliquid deesse dicebat: quod ne Diomeden offendat verbum, addit rationem desumtam a juventutis fervore, qui facile peccat: hinc affirmationem seriam subjicit, ἦ μὴν etc. q. d. *Profecto, hoc mihi crede, juvenis es, et per ætatem posses meus esse filius minimus natu.*

V. *Secundo* conveniunt hæ particulæ minanti; qui enim minatur, solet mala, quæ inflicturum se dicit, asseveratione confirmare, quo certius incutiat metum. vid. Aristoph. in Vesp. vs. 641.

Ἠ μὴν ἐγώ σε τήμερον βλέπειν σκύτη ποιήσω.

Faciam profecto hodie, ut lora respicias. Et vs. 1323.

Ἠ μὴν σὺ δώσεις αὔριον τούτων δίκην.

Profecto cras tu horum pœnas dabis.

VI. *Tertio* sponsionibus et expromissionibus convenire, ait Budæus pag. 520. citans Demosthenem, cujus verba sunt adv. Timocrat. pag. 467. Εἶναι αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου, ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος, οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ, ἦ μὴν ἐκτίσειν τὸ ἀργύριον. *Liberum esse vades seu per se, seu per alios constituere, quos populus probaverit, quique spondeant, se bona fide debitam pecuniam soluturos.* Alterum exemplum habet H. Stephanus ex Thucyd. lib. VIII. cap. 81. Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἦ μὴν, ἕως ἄν τι τῶν ἑαυτοῦ λείπηται, ἢν Ἀθηναίοις πιστεύῃ, μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς. *Tissaphernes in se receperat, intercedente fidejussione, donec aliquid suorum reliquum foret, si Atheniensibus confideret, stipendium iis non defuturum.*

VII. *Quarto* et est admirantis, plane ut de ἦ μάλα modo dixi; admirantes enim solent quasi sibi ipsi geminata asseveratione fidem facere, si quid vident vel audiunt, quod fidem superare videatur. Exemplum idem suppeditat Budæus ibid. ex Platonis Euthydemo pag. 276. Ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγὼ, ἦ μὴν καὶ τὸ πρότερόν γε καλὸν ἡμῖν ἐφάνη τὸ ἐρώτημα. *Proh Jupiter! inquam, vel superior illa interrogatio nobis, ita me di ament, præclara apparuit.*

VIII. *Quinto* maxime frequens et harum particularum usus, quoties aliquid jurejurando confirmare expedit: hic enim simplex affirmatio non sufficere videtur. Operæ sit pretium hoc pluribus ostendere exemplis. videsis Plat. Apol. Socr. pag. 22. init. [c. 7. ed. Fisch.] Νὴ τὸν κύνα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς τἀληθῆ λέγειν) ῌ ΜΗ`Ν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτον. *Per canem, o Athenienses (oportet enim vobis vera dicere) certissime mihi tale quid evenit.* Et in Phædr. pag. 236. [T. X. p. 299. ed. Bip.] Ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω, ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἔσται· ὄμνυμι γάρ σοί τινα μέντοι τινὰ θεῶν, εἰ βούλει, τὴν πλάτανον ταυτηνὶ, ῌ ΜΗ`Ν, ἐάν μοι μὴ εἴπῃς τὸν λόγον ἐναντίον αὐτῆς ταύτης, μηδέποτέ σοι ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν, μήτ' ἐξαγγελεῖν. *Imo vero dico tibi, et dictum mihi erit instar jurisjurandi. Nam juro tibi per aliquem, per aliquem, inquam deorum, si vis per hanc platanum, nisi coram hac ipsa hoc dicas, nunquam me tibi alteram cujusquam orationem aut ostensurum, aut renunciaturum.* Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 7. Νῦν δὲ θεοὺς ὄμνυμι, ῌ ΜΗ`Ν ἐμοὶ δοκεῖν πλέον σε διαφέρειν φιλανθρωπίᾳ ἢ στρατηγίᾳ. *Nunc vero per Deos juro, te mihi profecto videri humanitatis magis, quam imperatoriæ scientiæ laude præstare.*

Atque ita vidimus, τοῦ ἦ μὴν adeo constantem in jurejurando esse usum, ut in formulam plane abierit, quam observandum quoque non tantum adhiberi, ubi quis legitime jurat, sed servari etiam, cum vel alterum juravisse narramus, vel eum jurejurando obstringimus. Prioris exemplum est apud Thucyd. lib. IV. cap. 88. Πιστώσαντες αὐτὸν τοῖς ὅρκοις, οὓς τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ὀμόσαντα

Digitized by Google

αὐτὸν ἐξέπεμψαν, Ἦ ΜΗ͂Ν ἔσεσθαι ξυμμάχους αὐτονόμους, οὓς ἂν προσαγάγηται, οὕτω δέχονται τὸν στρατόν. *Quam illos jurisjurandi fide intercedente obstrinxerant, quod Lacedæmoniorum magistratus juraverant, quum ipsum emiserunt, socios profecto sui juris esse futuros, quos ipse adduxisset, sic demum exercitum receperunt.* Alterius exemplum habet idem lib. cit. cap. 86. init. Ὅρκοις Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις, Ἦ ΜΗ͂Ν, οὓς ἂν ἔγωγε προσαγάγωμαι ξυμμάχους, ἔσεσθαι αὐτονόμους. *Jurejurando Lacedæmoniorum magistratus obstringens, bona fide præstituros, ut, quos ego adducerem socios, suis legibus uterentur.* Et Lucian. Tom. II. in Tox. cap. 11. Πρότερος δὲ λέγε, ἀλλ' ἐπομοσάμενος, Ἦ ΜΗ͂Ν ἀληθῆ ἐρεῖν. *Dic prior, sed jurans, bona fide te vera dicturum.*

Quin et tria hæc βεβαιωτικὰ ἦ μάν τοι jungit, etiam citra jurisjurandi formulam, aut sponsionem, non tamen sine seria asseveratione, Theocritus Idyll. VIII. vs. 21.

Ἦ μάν τοι κἠγὼ σύριγγ' ἔχω ἐννεάφωνον.

Imo vero et ego habeo fistulam novem vocum.

Ἦ ΠΟΥ, *cum Annexis.*

I. Diversas esse voces ἦ που, evincit accentus, qui, si in unum coaluissent, in penultima debuisset esse acutus. Harum prior est βεβαιωτικὴ, posterior στοχαστική. Derogat itaque posterior potestati prioris; quare Suidas exponit ἴσως, σχεδόν: Hesychius, ὄντως που. Latinorum hoc *mirum ni* proxime accedit ad sensum harum particularum, ostenditque veritatem prope certam.

II. Usi sunt Græci, *primo*, ubi rei probatio non omnibus numeris absoluta est, sed talis tamen, ut vix quisquam dubitet, ut cum Lysias in Orat. Funebr. pag. 505. militum Atheniensium res afflictas ac pæne desperatas καθ' ὑποτύπωσιν describit: Ἦ που διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἀπορίαν, πολλάκις μὲν ἐδεξιώσαντο ἀλλήλους, εἰκότως δὲ σφᾶς αὐτοὺς ὠλοφύραντο. *Probabiliter propter præsentem rerum desperationem, dextris inter se conjunctis, vicem suam merito deploraverunt.* Oratorie nempe rem non absolute certam, non, ut talem, affirmans, sed memoratis ejus circumstantiis, auditorum judicio potius relinquens. Similiter paulo post: Ἦ που διὰ τὸν παρόντα φόβον, πολλὰ μὲν ᾠήθησαν ἰδεῖν, ἃ οὐκ εἶδον, πολλὰ δ' ἀκοῦσαι, ἃ οὐκ ἤκουσαν. *Nec dubitet aliquis, quin ob præsentem metum se multa videre putarent, quæ non videbant, multaque audire, quæ non audiebant.* Ubi vero res omnino certa est, abjicit idem τὸ που, ut post pauca: nam, cum pugna navali inter Athenienses, duce Themistocle, et Xerxen ad Artemisium nihil in historiis nobilius sit, vere prædicare et probare poterat orator, Athenienses virtute et consiliis omnes reliquos longe superavisse; id quod ita effert: Ἦ πολὺ πλεῖστον ἐκεῖνοι, κατὰ τὴν ἀρετὴν, ἁπάντων ἀνθρώπων διήνεγκαν καὶ ἐν τοῖς βουλεύμασι καὶ ἐν

Digitized by Google

τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις. *Profecto plurimis partibus illi virtute omnes homines superaverunt, sive consilia spectes, sive belli pericula.* Hic non invenitur που, quod nullus erat metus, ne quis Atheniensium suæ gentis præconio non suffragaretur.

III. *Secundo* convenit circumspecte loquenti, quæ consuetudo Græcis imprimis familiaris est. Nec multum hic usus abit a superiori. vid. Plat. Euthyphr. pag. 4. [c. 4. ed. Fischer.] ubi Socrates Euthyphroni, patrem suum cædis accusanti, ait, Ἡράκλεις, ἦ που, ὦ Εὐθύφρον, ἀγνοεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν, ὅπῃ ποτὲ ὀρθῶς ἔχει. *Me hercule, o Euthyphron, mirum ni a vulgo ignoratur, quo pacto id recte fiat.* Et Xen. Cyrop. II. 2. 13. Ἦ που ἄν, ὦ Ἀγλαϊτάδα, εἴ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν, σφόδρα ἂν ἡμῖν ἐμέμφου. *Si lacrymas tibi excutere conati fuissemus, o Aglaitada, mirabor, ni graviter de nobis fuisses questus.*

IV. *Tertius*, quia sic prope affirmando alterum, ut in nostram sententiam pedibus eat, elicimus, hinc convenit optime, quando alteri assensum tacite extorquere cupimus. Tale sit illud Aristophanis in Vesp. vs. 724.

> Ἦ που σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
> Οὐκ ἂν δικάσαις. —

Nimirum sapiens ille erat, quisquis dixit, Priusquam partem utramque audieris, ne judica. Quod si simpliciter ἦ dixisset chorus, per se affirmavisset; nunc adjectum που spectatores quasi invitat ad idem judicium de sapientia auctoris hujus proverbii:

> Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

V. *Quartus* earumdem particularum usus est in argumentis a signo, quod tamen tam certum non est, ut fallere plane nequeat, ut si ita argumentamur, munificum aliquem esse, quia multa donavit; nam præter munificentiam potest alia latere ratio, cur is, qui cæteroquin ad rem est avidior, certo quopiam casu multa largiatur. vid. Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 31. Cyrus multa militibus erat largitus, unde illi concludunt: Ἦ που αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν. *Mirum ni multa possidet, cum singulis nobis tam multa dederit.*

VI. *Quintus* usus est, cum argumentamur a minori ad majus, quo casu fere præcedunt particulæ ὅπου vel εἰ, redduntque Latini *multo magis*, nempe præmissa sententia affirmativa. Ita Isocr. de pace, notante Vigero: Ὅπου γὰρ οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦ που βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν κατασχεῖν. *Cum urbes condere potuerint, multo magis, dummodo voluerimus, loca hujusmodi plurima tenere poterimus.* Quod ut ad originem revocemus, sensus erit: *Si prius illi potuerint, nemo dubitet, quin et nos posterius.*

Digitized by Google

VII. Ut τὸ ἢ ἐρωτηματικὸν interrogationi impetum addit, ut supra vidimus sect. 1. §. 4. eadem ratione τὸ ἤ πυ, exercente πυ suam potestatem: habetque ἦ πυ interrogativa forma eosdem fere usus, quos modo recensui. Frequenter vis στοχαστικὴ planissima est in interrogationibus, qualis apud Euripid. in Orest. vs. 435. Dicenti Oresti, se perire per tres, subjicit Menelaus interrogans:

Τίς δ' ἄλλος; Ἦ πυ τῶν ἀπ' Αἰγίσθυ φίλων;

Quis est alius? An forte aliquis ex Ægisthi amicis? Et vs. 842.

Γυναῖκες, ἦ πυ τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων
Τλήμων Ὀρέστης; —

Mulieres, an forte his ab ædibus abiit miser Orestes?

VIII. Convenit metuenti, si nempe res interrogata videtur habere calamitatem, quam mens interrogantis alicunde præsagit. Ita Jocaste apud Euripid. in Phœniss. vs. 1079. grave aliquod damnum ex adveniente nuncio timens, eum rogat:

Ὦ φίλτατ', ἦ πυ ξυμφορὰν ἥκεις φέρων;

O carissime, an forte calamitatem nuncians ades?

IX. Rursus, si res habet periculum, indicat hic στοχασμὸς cunctationem seu tergiversationem, ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 450. [T. VII. p. 5. ed. Bip.] ubi Socrates expositurus utilitatem, quam caperet resp. ex communi uxorum usu, suam sententiam vix dicere audet. Cunctatur itaque metuens, ne supra captum vulgi loquatur. Verba sunt: Διὸ δὴ καὶ ὄκνος τις αὐτῶν ἅπτεσθαι, μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος, ὦ φίλε ἑταῖρε. Μηδὲν, ἦ δ' ὅς, ὄκνει· ὔτε γὰρ ἀγνώμονες, ὔτε ἄπιστοι, ὔτε δύσνοι οἱ ἀκυσόμενοι. Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὦ ἄριστε, ἦ πυ βυλόμενός με παραθαῤῥύνειν λέγεις; Ἔγωγ', ἔφη. *Quare etiam scrupulus aliquis dehortatur me hæc attingere, timeo enim, ne votum mea videatur habere oratio, o care sodalis. Ne, inquit, tergiversere, neque enim iniqui, aut increduli, aut malevoli sumus auditores. Et, o optime, inquam, an forte his verbis me ad dicendum hortaris? Equidem, inquit.*

X. Assensum etiam alterius elicit interrogando, ut supra asseverando, ut apud Plat. in Gorg. pag. 469. [T. IV. p. 49. ed. Bip.] Ἦ πυ ὅγε ἀποθνήσκων ἀδίκως, ἐλεεινός τε καὶ ἄθλιός ἐστιν; *An non credideris, eum, qui injuste mortuus est, vere miserum esse et infelicem?* Respondet Socrates: Ἧττον, ἢ ὁ ἀποκτιννύς. *Minus, quam qui occiderit.*

XI. Adjecta particula ἄρα ex superioribus veritatem tantum non ἀποδεικτικῶς stabilitam intelligi jubet: ut cum apud Plat. in Gorgia pag. 448. init. [T. IV. p. 6. ed. Bip.] gloriatur Gorgias, neminem a se annis inde compluribus quicquam novi percunctatum fuisse,

Digitized by Google

concludit Chærephon: Ἦ που ἄρα ῥᾳδίως ἀποκρίνῃ. *Profecto itaque crediderim, in proclivi tibi esse responsum.* Caute addit που, vel extorquens Gorgiæ assensum, vel argumenti firmitati aliquid derogans; nam concesso præmisso, fieri tamen posset, ut aliquis novi quid ipsum rogaret.

XII. Ἦ πού γε idem vult Budæus pag. 448. significare, quod ἦ που, i. e. *multo magis*, et Suidas ἦ πού γε explicat πολλῷ πλέον, quasi illud γε vacaret, vel ornatus tantum gratia adjiceretur. In exemplis tamen, quæ adfert, τὸ γε ab ἦ που interjecta voce separatur, quam vocem interjectam sua potestate afficit, quam exposui, ubi de hac particula seorsim egi: atque ita non facile dixerim, ad ἦ που τὸ γε pertinere, verum separatim potius esse considerandum. Ita in illo, quod modo tetigi, Platonis exemplo in Gorg. Ἦ που ὅ γε ἀποθανὼν ἀδίκως, ἐλεεινός τε καὶ ἄθλιός ἐστιν; τὸ γε remittit præcedentia, ut magis urgeat sequentia. Rogaverat enim paulo ante Polus: An videretur ille Socrati miserandus, qui interfecisset eum, quem jure occisum putaverit? cumque Socrates responderet: sortem ejus miserandam quidem sibi non videri, sed tamen non optabilem: illud, tanquam levius remittens, urget hoc sequens: *An non credideris saltem, eum, qui injuste mortuus est, vere esse miserum et infelicem?*

XIII. At nulla alia voce intercedente invenitur ἦ πού γε sequente δή, ut fiat ἦ πού γε δή, quarum particularum usus est, ubi alteri parti argumenti non inhæremus, alteram urgemus, tunc particula γε urget quidem sequentia, sed cum aliqua remissione præcedentia; at δὴ id, quod sequitur, confirmat ἐμφατικῶς, et quasi ἐπανορθωτικῶς medetur derogationi illatæ τῷ ἦ βεβαιωτικῷ per particulam που. Ut apud Aristotelem lib. II. Polit. cap. 5. Τοῦτο δὲ στάσεως αἴτιον γίγνεται καὶ παρὰ τοῖς μηδὲν ἀξίωμα κεκτημένοις, ἮΙ ΠΟΥ΄ ΓΕ ΔΗ΄ παρά γε θυμοειδέσι καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. ubi si statuamus, τὸ ἦ που assensus petitionem indicare, τὸ γε δὴ eam justam et æquam esse notabit. Sensus itaque huc redibit: *Hinc vero seditio oritur etiam apud eos, qui nulla sunt in existimatione*, hoc est, abjectissimos; *mirum ni, imo quid dico, mirum ni, apud animosos quidem certe et bellicosos.* Sin, quod malim, hic agnoscimus argumentum a minori ad majus, nervosior erit oratio hujusmodi: *Hinc seditio oritur, etiam apud abjectissimos, apud animosos quidem certe et bellicosos viros multo magis.*

XIV. Nec longe hinc abit ἦ πού γε καί; ubi τὸ καὶ vel συνακτικὸν est, vel ἐπιδοτικὸν, priori propositioni cumulum addens. Verba sunt Athenæi Deipnos. lib. XI. pag. 505. fin. Ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον οὐ μόνον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἦ πού γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι. ubi propter præcedens negativum ἀδύνατον *nedum* significare potest, i. e. *multo minus.* Ut argumentum hoc modo instituatur: *si fieri non possit, ut Phædrus Socratis ætate in vivis fuerit, multo minus ejus esse amasius potuit.* At hunc sensum præbet solum hoc ἦ που, quid igitur præstat γε καί? Copulat καί, τὸ κατὰ Σωκράτην εἶναι, et τὸ ἐρώ-

Digitized by Google

μενον γεγονέναι: ut indicet, non solum Phædrum secundum Platonem vixisse ætate Socratis, sed etiam illius fuisse amasium. Denique τὸ γε sequentia urgens indicat, ut concederetur, Phædrum Socratis temporibus vixisse, ea saltem fuisse ætate, ut amasius ejus esse non potuerit.

ἬΔΗ.

I. Quam differentiam inter νῦν et δὴ supra in ΔΗ sect. 1. notavi, eandem inter νῦν et ἤδη statuamus, ita ut illud rem præsentem, hoc maturatum quid, promtum, paratumque notet, sive præteritum, sive præsens, sive futurum. Qui dicit νῦν γράφω, præsentem actionem indicat: qui vero ἤδη γέγραφα, promtam et, propter præteritum tempus, paratam rem denotat: qui dicit ἤδη γράφω, non tantum χρόνον præsentem, sed et φθάνοντα cum aliqua comparatione designat: et qui dicit ἤδη γράψω, statuit actionem datum terminum antecedentem, ut πρὶν τὸ καὶ τὸ γεγονέναι, ἤδη γράψω. Utque τὸ νῦν opponitur τῷ ποτὲ, ita τὸ ἤδη oppositum sibi habet τὸ ὕπω.

II. Non ausim assentiri Devario, statuenti tanquam generalem potestatem termini signum, a quo incipit quid esse: cur enim non liceat dicere: ἤδη τετέλεκα. *Jam absolvi.* qui utique terminus est, quo actio desinit. ut ex Homero mox patebit:

> Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
> Ἀνδράσιν ὡμίλησα.—

Jam olim congressus sum.

III. Hinc etiam liquet, non constantem neque generalem Suidæ esse expositionem, dicentis τὸ ἤδη poni ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς τοῦ παρόντος. *pro tempori præsenti proximo.* cum tempus possit indicari remotissimum: ut cum dicimus: *Tribus ante ætatem meam seculis jam eversa urbs est.* Τρισὶ γενεαῖς πρὸ ἐμοῦ κατεστράφθη ἤδη ἡ πόλις.

IV. Actionem maturatam significat constructum cum tempore præsenti apud Demosthenem Phil. IV. pag. 55. *Quemadmodum,* inquit, *Philippus bellum infert, ita vos propulsate.* Habes actionem nondum maturam, quæque adhuc hæret in consilio. Sequitur maturata promtaque: Τοῖς μὲν ἀμυνομένοις ἬΔΗ χρήματα καὶ τἄλλα, ὧν ἂν δέωνται, διδόντες. *Eos, qui jam propulsant, pecuniis rebusque omnibus necessariis instruite.* Et mox pag. 57. Οὐ μόνον ἬΔΗ πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε. *Non modo jam adest, sed et dudum præteriit.* Paratam quoque actionem notat in Evang. Matth. cap. III. comm. 10. ἬΔΗ δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. *Jam securis ad radicem arborum est apposita.*

V. Cum præterito tempore constructum hanc notionem non

Digitized by Google

deponit, sed rem paratam peractamque notat sine termino: ut, cum dicunt discipuli Christi apud Matth. cap. XIX. comm. 15. Ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν. *Tempus jam præteriit.* Non dicunt, νῦν παρῆλθεν, designantes temporis punctum, quo terminus desineret: sed ἤδη παρῆλθεν, ut tempus etiam dudum præteritum possit intelligi, quod longius breviusve temporis intervallum non terminat ἤδη. Confer Hom. Il. A. v. 251.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίατ'.—

Huic jam duæ hominem ætates præterierant.

VI. Nam nonnunquam ponit aliquid, narratum casum proxime sequens, ut apud Aristoph. Acharn. v. 538. ubi narrat, Megarenses rogavisse, ut decretum, quod tulerant, revocarent Lacedæmonii; quod cum hi renuerent:

Κἀντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων.

Ex illo tempore jam, i. e. *statim fragor clypeorum auditus est.* Hic est termini signum, a quo quid incipit esse. Confer Evang. Matth. cap. V. comm. 28. Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. *Quicunque adspexerit mulierem, ut eam concupiscat, jam ex illo tempore, continuo animo adulteravit.*

VII. At contra est, ubi tempus remotissimum designatur, ut apud Hom. Il. A. v. 261.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.—

Jam enim olim ego et cum fortioribus, quam vos estis, congressus sum. Quam potestatem etiam habere τὸ δὴ, supra vidimus.

VIII. Cum futuro constructum servat eandem potestatem, remque notat a præsenti non longe remotam, quare sæpe redditur, *jam, mox.* Ita apud Hom. Od. A. v. 303.

Αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη.

Cæterum ego ad navem celerem jamjam descendam. ubi Eustathius docet ἤδη pro νῦν poni. Sed hoc latius fortasse accipiendum; nam, quomodo τὸ νῦν temporis præsentis punctum notans strictius cum futuro cohæreat, non video. Cautius Suidas: Ἤδη τι γὰρ βαδιεῖσθαί φαμεν, ἤδη τι βεβαδικέναι, οὐ πολὺ ἀφιστάντες τοῦ νῦν τὸν χρόνον. *Et nos mox abituros dicimus, et modo abiisse, cum tempus præsenti proximum significamus.* Adde Hom. Il. A. v. 760.

Digitized by Google

Ἦ ῥ' ἔτι που σχήσουσι πελώριον Ἕκτορ' Ἀχαιοί;
Ἦ ἤδη φθίσονται ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμέντες;

An adhucdum sustinebunt immanem Hectorem Achivi, an vero jam perdentur ab illo hasta domiti?

IX. Temporis aut remotioris aut præsenti proximi signum inferunt quoque adjectæ particulæ ποτὲ et νῦν. Ποτὲ autem duplici modo; nam cum præterito constructum notat tempus dudum præteritum. Ut apud Hom. Il. l. c.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.—

Et v. 454.

Ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο.

Jam dudum me precantem antea audivisti. Cum futuro autem constructum, tempus in futurum longe dilatum notat. Latini dicunt, *Tandem aliquando.* ut in Epist. Pauli ad Rom. cap. 1. comm. 10. Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος, εἴπως ΗΔΗ ΠΟΤΕ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. *Semper precationibus meis adjiciens, si quo modo tandem aliquando prosperum iter mihi detur ex voluntate Dei, ut veniam ad vos.*

X. Contra ἤδη νῦν moram omnem excludit, ut *nunc jam* apud Latinos, apud Hom. l. c. paulo post:

Ἤδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον.

Ab hoc tempore a Danais indignam pestem amove.

"ΙΝΑ.

I.

De Particulæ "ΙΝΑ *usu* τελικῷ, *hoc est*, *Causam Finalem designantis.*

I. Particula ἵνα cum causam finalem designat, respicit futurum, semperque cum subjunctivo construitur, quia tollit actum verbi. Huic convenit Latinorum *quo*, positum pro *ut eo*, scilicet *modo.* ut cum dicimus: *Comto capillo nitebat, quo pulcrior videretur.* Gr. Ἐκαλλωπίζετο περὶ τὴν κόμην, ἵνα ὡραιότερος φαίνηται. i. e. *quomodo*, sive *ut hoc modo videretur formosior.* Atque hic quidem

Digitized by Google

usus est notissimus et frequentissimus. vid. Aristoph. in Pace v. 447.

Κ' εἴτις δορυξὸς, ἢ κάπηλος ἀσπίδων,
"Ιν' ἐμπολᾷ βέλτιον, ἐπιθυμεῖ μαχῶν.

Et, si quis hastarum politor, aut clypeorum institor, quo pluris arma distrahat, vult pugnas. i. e. *ut hoc modo possit pluris vendere arma.* Cum aoristo á. subjunctivi construitur in Evang. Ioann. cap. V. comm. 34. Ταῦτα λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε. *Hæc dico, ut vos servemini.*

II. Sic factum semper præmittitur, quod causa finalis sequitur. Sed præmissum illud κατ' ἔλλειψιν reticeri, invenies in lib. II. Macchab. cap. I. comm. 9. Καὶ νῦν, ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας: ubi reticetur ταῦτα γράφομεν. ut plena sit oratio: *Hæc scribimus, ut celebretis festum tabernaculorum.* Suppletur hæc ellipsis comm. 18. Μέλλοντες ὖν ἄγειν ἐν τῷ χασιλεῦ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τὸν καθαρισμὸν τῦ ἱερῦ, δέον ἡγησάμεθα διασαφῆσαι ὑμῖν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε τῆς σκηνοπηγίας. *Celebraturi igitur in mense Chasleu die vigesimo quinto lustrationem templi, æquum judicavimus vobis hoc indicare, ut et ipsi celebretis tabernaculorum solennia.*

III. Quia causa finalis rem in voto potius, quam in actu constituit, hinc, quoties causa negative affertur, constanter ἵνα μὴ dicunt, nec unquam dici potest ἵνα ὐ, quare vertendum *ut ne* potius quam *ut non.* Sic ἵνα μὴ designat modum, at μὴ simplex modum negligit. vid. Aristoph. Pac. v. 225.

— Κᾄπειθ' ὁρᾷς,
"Οσυς ἄνωθεν ἐπιφόρησε τῶν λίθων,
"Ινα μὴ λάβητε μηδέποτ' αὐτήν. —

Ubi simul observandum, non dicere Aristophanem ὐδέποτε, sed μηδέποτε eadem de causa. *Deinde vides, quantos lapides super congesserit, ne prehendatis eam unquam.*

IV. Ubi optandi modus sequitur, particulam ἂν δυνητικὴν supprimi censeo. ut apud Hom. Il. Ε. in principio:

"Ενθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς 'Αθήνη
Δῶκε μένος καὶ θάρσος, ἵν' ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν
'Αργείοισι γένοιτο, ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο.

Pro ἵνα γένοιτ' ἄν. *Hic rursus Tydidæ Diomedi Pallas Minerva addidit robur et confidentiam, quo conspicuus posset esse inter omnes Achivos, et insignem ferre gloriam.*

V. Diversus a superioribus particulæ usus est, quo limitat et modum et quantitatem, ut in Evang. Joann. cap. XV. comm. 13.

Digitized by Google

Μείζονα ταύτης ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. *Majorem caritatem nemo habet*, i. e. quæ tanta est, *ut animam suam deponat pro amicis suis*.

VI. Nunc venio ad id, quod intricatius hactenus etiam summis viris visum est, et in quo multum sudaverunt. Dixi nempe §. 1. ἵνα, cum causam finalem designat, semper respicere futurum, semperque cum subjunctivo construi, quia tollit actum verbi. Atqui adducuntur loci, in quibus cum indicativo constructum invenitur: videndum igitur, an in his diserte causa finalis adsit.

Et principio quidem cum futuro indicativi construi recte, negat Thomas Magister pag. 473. in ἵνα. Ἵνα ὦσι, λέγε, inquit, οὐχ ἵνα ἔσονται· πάνυ γὰρ ἀμαθὴς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἵνα, ἢ ἐὰν, ἢ ἦν, ἢ ὅταν τιθέναι. Quod si eum intelligit usum, de quo nunc loquimur, nempe quo causam finalem designat, non perperam monet, quamvis futurum tempus etiam actum verbi tollere, supra in particula ἂν satis ostenderim. Sed hoc nunc non ago. Quomodo cum futuro indicativi construatur, mox liquebit.

Cum præterito indicativi, sive sit ἀόριστον, sive παρατατικὸν, h. e. imperfectum, sive παρακείμενον, i. e. perfectum, docet Budæus, idque, cum significat causam finalem: nam verba Xenophontis Cyrop. I. 6. 40. Ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. reddit: *Ut sese in retia indueret*. Pro imperfecto affert Luciani verba: Εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστ᾽ ἂν ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, ἵνα ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. Denique pro præterito perfecto affert Dinarchi verba contra Demosth. Ἵνα τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γενομένων, καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης, ἣν οὗτος προδέδωκεν, ἈΠΗΛΛΑΓΜΕΘΑ τούτου τοῦ δημαγωγοῦ. Non solvit nondum Devarius, docens, cum præterito indicativi construi, cum rem non factam, factam vellemus, indicans ita usum, ratione neglecta, præterquam quod hic canon non congruit verbis Xenophontis, in quibus res facta narratur, ut mox ex integro loco patebit. Mire laborat H. Stephanus in Append. ad al. script. de dial. Att. pag. 137. adjiciens locum Demosthenis in orat. quæ πρὸς Ἄφοβον inscribitur: Ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ᾽ ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας, ἽΝ᾽, εἰ παρεδίδουν, μηδὲν δίκαιον λέγειν ἘΔΟΚΟΥΝ. Pro ἵνα δοκοίην vel δόξαιμι. Docetque, hoc fieri more relativorum, quo secundum dialectum Atticam sequitur idem modus, qui præcedit: qua formâ dicitur in declinabilibus χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, itidemque, μεταδίδωμι πάντων, ὧν ἔχω. Atque ita in his ἵνα indicativum post se haberet, quia in præcedentibus membris idem modus præcedit: ut in Xenophonteo illo, ἵνα ἔδυ, præcedente verbo ἐνεπετάννυς. In Demosthenico, ἵνα ἐδόκουν, præcedente παρεδίδουν. In illo denique Lucianeo, ἵνα ἀνέσπων, præcedente verbo ἐχρῆν. Fatetur tamen, diversam in his loquendi generibus esse orationis formam.

Quod attinet ad locum Xenophontis, qui est Cyrop. I. 6. 40. illic τὸ ἵνα est locale, de quo mox. Integra verba sunt: Πρὸς οἷα χωρία φεύγειν αἱροῦνται οἱ λαγὼ, ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυες,

"ΙΝΑ ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων 'ΕΝΕΔΥ. In quibus verbis ἵνα significat *ubi*, factumque narratur, quare, cum actus verbi non tollatur, indicativo locus est. *Ad quæ loca*, inquit, *potissimum fugiebant*, *in his retia visum fallentia tendebas*, *ubi concitatiori fuga semet ipse illapsus implicabat*. Eadem ratio est in Lucianeo hoc, quod invenitur in Nigrino Tom. I. pag. 75. Εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοὴν, "ΙΝΑ ὡς πλεῖστον 'ΑΝΕΣΠΩΝ τῆς ἡδονῆς. *Nam si, inquit, violarum et rosarum odore delectantur, sub naribus potissimum eos coronari oportebat, juxta ipsum, quam proxime fieri potest, spiraculum, ubi quam plurimam voluptatem traherent.* Viderat hoc eruditissimus Tib. Hemsterhuis, qui etiam reddit: *Ubi quamplurimam attraherent voluptatis.* Sed rem tanti non æstimat, ut versionem hanc acrius urgeat. Verum totus ille locus indicat τοπικὸν quid, ita ut etiam interpres, qui vertit per *ut* finale, cogatur tamen addere *inde*, *ut quamplurimum inde voluptatis attraherent.*

Sed aliter se res habet apud Dinarchum, quæ pulcre extricari potest, si admittitur id, quod de origine et prima notione hujus particulæ in principio supra indicavi: atque uti hoc multum facit ad explicationem hujus et similium locorum; ita vicissim hæc loca faciunt ad confirmationem eorum, quæ supra dicta sunt. Et sic ἵνα a prima sua potestate, qua positum pro καθ' ἵνα τρόπον, *quomodo* notat, non recedit. Neque tam causam finalem notat, quam effectum. Latini et *quomodo* dicunt, et *quo facto*. Sic omnia erunt plana, patebitque, ἵνα non posse subjunctivum adsciscere. Locus est in oratione Dinarchi contra Demosthenem pag. 93. Talis est integer: 'Εχρῆν αὐτοὺς τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων, τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, "ΙΝΑ τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γινομένων καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης 'ΑΠΗΛΛΑΓΜΕΘΑ τούτου τοῦ δημαγωγοῦ, δίκην ἀξίαν δόντος. i. e. *Oportebat eos priorem illam inquisitionem de trecentis talentis, a rege Persarum allatis, urgere ex plebiscito, quomodo* sive *quo facto tunc ista bellua pœnas dante, iisque, qui diviserant eas pecunias, deprehensis palam, et cognita adversus Thebanos proditione, isto populi ductore, digno supplicio affecto, liberati essemus.* Si justa, inquit, inquisitio esset peracta, ejus rei hic fuisset effectus, ut liberati essemus. Possit et sic resolvi: *Atque ita, hoc modo liberati essemus*, ita ut post ἀπηλλάγμεθα intelligatur ἄν. Similis plane ratio est in verbis Demosthenis adversus Aphobum. Locus est in orat. III. pag. 562. "Ετι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα, τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας, "ΙΝ', εἰ μὴ παρεδίδουν, μηδὲν δίκαιον λέγειν 'ΕΔΟ'ΚΟΥΝ. *Adhæc, si voluisset inquirere rem, puerum a me postulavisset, qui testimonia scripserat, quo facto, nisi tradidissem, nihil justi dicere visus fuissem.*

Cum præsenti indicativi construitur apud Hom. Il. Δ. 363.

'Εξαῦθα, μὴ κεῦθε νόῳ, "ΙΝΑ ΕΙΔΟΜΕΝ ἄμφω.

Digitized by Google

Scholiastes Euripidis ad Phœniss. v. 843. in his verbis:

Τίς ἂν πρόνοια γίνεται σοφωτέρα.

Γίνεται, ait, ἀντὶ τοῦ γίνηται. Σύνηθες τραγικοῖς χρῆσθαι ὁριστικῷ ἀντὶ τοῦ ὑποτακτικοῦ. i. e. *Consueverunt tragici uti indicativo pro subjunctivo.* Inque exemplis etiam Homeri hunc locum affert:

—Ἵνα εἴδομεν ἄμφω,

ἀντὶ τοῦ εἰδῶμεν. Verum si tenemus firmiter, quæ supra sunt dicta, nihil periculi erit, ne perperam intelligamus vertentes: *Effare, ne celes animo, quo facto,* i. e. *hoc modo, sic, scimus ambo.*

Cum futuro indicativi construitur in Apocal. cap. VI. comm. 11. Καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς, ἵνα ἀναπαύσονται. *Et dictum est illis, ut requiescerent.* Sed plerique codices habent ἀναπαύσωνται. Sed vere futuro indicativi jungitur apud Hom. Il. Φ. v. 314,

— Πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε
Φιτρῶν καὶ λάων, ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα.

Magnum fragorem excita arborum stipitibus et lapidibus, quomodo compescemus immanem virum. Quomodo non tam causa finalis, quæ incerta est, quam pro confidentia, qua loquitur, certior effectus indicatur. Huc referri potest illud b. Joannis in Apocal. cap. XXII. comm. 14. Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. *Beati illi, qui præstant illius mandata, quomodo jus illis erit in arborem vitæ. Quomodo* i. e. *præstando mandata ejus,* unde sequitur, illis jus datum iri etc. ut effectus indicetur.

VII. Particulæ subjungitur sæpe interrogativum τί, cum in finem rei gestæ inquiritur, sequenti quidem indicativo, sed qui non dependet ab ἵνα, ita enim finis foret in actu constitutus, quod fieri nequit; verum ellipsis hic perpetua est, latente subjunctivo commodi alicujus verbi, πάσχω puta, vel ὠφιλῶμαι, vel ἀπολαύω, vel si quid aptius fuerit: ut apud Matth. cap. XXVII. comm. 46. Ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Hinc redditur, *quare? Quare me reliquisti?* i. e. ἵνα τί ἐργάσῃ; vel simili verbo suppresso. Perinde ac si dicat: *Qua mente, quo animo?* Τί βουλόμενος; Sic in epist. Paul. priori ad Corinth. cap. X. comm. 29. Ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; *Quare,* sive *quem in finem mea libertas judicatur ex alia conscientia?* Et Matth. IX. 4. Ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; *Quare animo volvitis pravas cogitationes?* scil. ὠφεληθῆτε. Sed frequentius ἱνατί una voce scribitur, ut apud Plat. Apolog. pag. 26. [C. 14. ed. Fischer.] Ἱνατί ταῦτα λέγεις; *Quare? Quo animo? Quem in finem hæc dicis?* Et in Sympos. pag. 205. [T. X. p. 234. ed. Bip.] Ἱνατί βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος; *Quem in finem vult esse felix ille, qui vult esse felix?*

Digitized by Google

VIII. Particulis ἵνα τί adjicitur etiam δὴ, notans cupidum interrogantis animum: Latini utuntur *tandem.* ut Aristoph. Pac. 408. ἵνα τί δὴ τοῦτο δρῶσιν; *Cur tandem hoc faciunt?* Sed pro ἵνα τί δή; invenitur ἵνα δὴ τί; non notabile discrimine. vid. Aristoph. Nub. v. 1194. Ἵνα δὴ τί τὴν ἕνην προσέθηκε; *Quorsum tandem adjecit veterem?*

II.

De reliquis Particulæ "INA *usibus,* Effectivo, Temporali, *et* Locali.

I. Interdum ἵνα *effectum* sic notat, ut pro ὥστε, aut pro καθ' ὃν τρόπον ponatur, reddaturque *ita ut* [G. *dergestalt dass*]. Ita effectum indicat apud Archimed. Prop. V. Ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι δύο μεγεθῶν δοθέντων καὶ τομέως, δυνατόν ἐστι περὶ τὸν τομέα πολύγωνον περιγράψαι, καὶ ἄλλο ἐγγράψαι ὅμοιον αὐτῷ, ἵνα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ, ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον. *Jam ostendemus similiter, datis duabus magnitudinibus et sectore, posse circum sectorem multangularem circumscribi figuram, et aliam eidem similem inscribi, ita ut circumscripta ad inscriptam minorem habeat rationem, quam major magnitudo ad minorem.*

II. Est tamen hic particulæ rarior usus pro ὥστε, effectum notante, et plerumque additur μή. Vide sis Luc. IX. 45. Dixerat Iesus, Filium hominis traditum iri in manus hominum: hoc verbum discipuli non capiebant, sed ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. *erat ipsis occultum, adeo ut non intelligerent ipsum.* Confer ep. ad Galat. V. 17. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ, ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. *Nam caro concupiscit contra spiritum, et spiritus contra carnem. Hæc vero inter se sunt opposita, ita ut, quæ velitis, hæc non faciatis.* h. e. *Cujus oppositionis hic est effectus, ut non faciatis.* Adde Joann. XVII. 12.

III. Potest et ἵνα μὴ reddi *quo minus,* sive *quo fit, ut minus.* ut in Apocal. cap. IX. comm. 20. ubi, præmissa negatione, indicatur effectus, qui consecutus fuisset, si resipuissent homines. *Non resipuerunt,* inquit, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια· *quo minus adorarent dæmonia.*

IV. Ob arctam inter hunc et præcedentem usum cognationem sæpe fit, ut dubitare possimus, uter intelligatur, ut apud Aristoph. in Plut. v. 91.

— Ὁ δέ μ' ἐποίησε τυφλὸν,
Ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα.

Non multum interest, utrum malis: *Hic me cæcum fecit, ut horum neminem possim dignoscere;* an, *adeo ut non possim.* Illud finem, hoc effectum notat. Interim optandi modus particulam ἂν δυνητικὴν intelligi debere monet.

V. Porro particulæ ἵνα usus est χρονικὸς s. *temporalis*. Significat itaque *quando, quum, quo tempore.* Hic usus omnium est rarissimus: aliquoties occurrit in paginis sacris: et, quia futurum respicit, cum aoristo subjunctivi construitur. Vid. Evang. Ioann. cap. XII. comm. 23. Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. *Venit tempus, quo glorificabitur Filius hominis.* Et cap. XIII. comm. 1. Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου πρὸς τὸν Πατέρα. *Gnarus Iesus, venisse horam, qua transiturus esset ex hoc mundo ad Patrem.*

VI. Ex literis sacris attuli exempla, quia aliunde hactenus non occurrunt, id quod suspicionem injiciat, recentiores tantum ita fuisse locutos, nisi Stephanus ex veteri lexico proferri ait ἵν' ἂν pro *quandocunque.* Locus est in Aristoph. Nub. v. 1235.

Καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς,
Ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε: —

Et hæc voles inficiari mihi per deos, quandocunque te jussero? Optime convenit superioribus. Accusativus tamen τρόπον possit hic admitti, ut ἵνα ἂν sit *quomodocunque.* Atque ita signaret formulam a dicente præscribendam. Quicquid id est, utrumque potest admitti.

VII. Ubi locum designat ἵνα, semper indicativum modum adsciscit, quippe res in actu ponitur, neque a futuro dependet. Hic usus præcedenti multo est frequentior, etiam apud antiquissimos. vid. Aristoph. in Vesp. v. 750. Κεῖθι γενοίμαν, ἵν' ὁ κήρυξ φησί. *Ibi sim, ubi præco dicit.* Et in Pac. v. 204. Εἶτ' ἐνταῦθα μὲν, ἵν' ἦσαν αὐτοί. *Dein illic, ubi ipsi erant.* ubi ἵνα ponitur pro καθ' ἵνα τόπον, et refertur ad adverbia loci κεῖθι et ἐνταῦθα. Similiter ἔνθα et ἵνα relata sunt apud Plat. in Euthyph. pag. 12. lin. 11. et 22. [C. 13. ed. Fischer.] Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν· Ἵνα μὲν δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς· ἀλλ', Ἵνα μὲν αἰδὼς, ἔνθα καὶ δέος. *Non igitur recte dicitur: Ubi timor est, ibi est reverentia; sed, Ubi est reverentia, ibi est timor.* Sic etiam ἵνα et τῇ. *Illa parte, qua.* apud Hom. Il. Υ. v. 478.

—ἽΝΑ τε ξυνέχουσι τένοντες
Ἀγκῶνος, τῇ τόν γε φίλης διὰ χειρὸς ἔπειρεν
Αἰχμὴ χαλκείη —

Et quo loco, sive, *qua parte connectunt se tendines cubiti, hac illum trajicit per caram manum cuspis ænea.*

Digitized by Google

VIII. Cæterum more adverbiorum locum significantium cum genitivo construi, ex Sophocle et Herodoto docent Devarius et H. Stephanus. Οὐχ ὁρᾷς, ἵν' εἶ κακοῦ; Et, Ἔμαθεν, ἵνα ἦν κακοῦ.

IX. Quemadmodum ὃς nonnunquam ponitur pro ἐκεῖνος, ut crebro fit in ἢ δ' ὃς apud Platonem; ita ἵνα pro ἐκεῖ positum, notat Eustath. pag. 793. lin. 50. ad illud Hom. Il. Κ. v. 127.

— Κείνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων
Ἐν φυλάκεσσ', ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι.

Illos inveniemus ante portas inter custodes; nam hunc locum iis assignavi, ubi congregarentur. Insolentius tamen id putat Eustathius. Ἀσυνηθέστερον, inquit, ἀντὶ τοῦ Ἐκεῖ αὐτοῖς εἶπον συναχθῆναι.

X. In significatione τοῦ ὅπου non raro adjicitur particula περ; quæ est vel ἀοριστολογικὴ, vel περιγραφικὴ, s. limitans. In sensu ἀοριστολογικῷ ἵνα περ reddi potest *ubicunque*, ut apud Arrian. de Ex. Al. lib. V. cap. 2. Οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσὸν, οὐδ' ἵνα περ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν. *Non enim in regione Indorum hedera est, nec illic quidem, ubicunque vites sunt.* Vites quidem loca designant, quæ hedera amat, incerta tamen, et non terminata aut designata. Q. d. in iis locis, in quibus vites inveniuntur, quæcunque tandem illa sint.

XI. At contra τὸ περ limitandi potestatem sæpius accipit post ἵνα. Id qua ratione fiat, exposui supra in ΕΙΠΕΡ, utque illic conditionem, ita hic locum limitare possit. vid. Lucian. Dial. Jovis et Solis, Tom. I. pag. 280. de Phaëthonte: Ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα περ ἔπεσεν. *Illum suæ sorores sepeliunto ad Eridanum, ubi cecidit.*

XII. Quin significare motum ad locum invenio apud Thucyd. lib. IV. cap. 48. extremo: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Σικελίαν, ἵνα περ τοπρῶτον ὥρμηντο, ἀποπλεύσαντες, κατὰ τῶν ἐκεῖ ξυμμάχων ἐπολέμουν. *Athenienses in Siciliam, quo primum navigationem instituerant, delati, ibi cum sociis ejus loci bellum administrabant.* Et cap. 74. Τὴν ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρεσκεύαζεν, ἵνα περ καὶ τοπρῶτον ὥρμητο. *Expeditionem in Thraciam parabat, quo et antea cogitaverat.* Possit hic aliquis pro καθ' ἵνα τόπον, ad constituendam integram orationem, reponere πρὸς ἵνα τόπον.

XIII. Denique affingitur huic particulæ sensus adversativus, et cum Budæo vult Stephanus notare *quamvis*, quemadmodum Latini suo *ut* utuntur pro *quamvis*. Citatur in hunc sensum Lucian. cujus verba hæc in Abdicato Tom. II. pag. 177. Ἵνα γάρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι, ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς, ἀποκηρύττειν— οὐχ ἁπλῶς, οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις. *Quamvis enim tibi ad breve tempus concedamus, licere, quotiescunque volueris, ab-*

Digitized by Google

dicare; non simpliciter, arbitror, neque qualibet de causa abdicabis. Commodus profecto sensus, si ob unam hanc causam, quia optime uni atque alteri loco quadrat expositio, nulla ratione primitivæ potestatis habita, liceret multiplicare significationes. Deinde non sequitur ἀποδοτικὸν ὅμως, μέντοι, aut simile ἐναντιώματος signum. Quare non possum adduci, ut credam, ἵνα per se *quamvis* significare. Et cur eo confugiamus, cum causa finalis, qui frequentissimus est usus, servari hic possit. Sit enim ἵνα δῶμεν, *ut demus*. [G. *Nun um dir das einmal auf eine kurze Zeit zuzugeben.*] Similiter Tom. III. advers. Indoct. pag. 100. Ἵνα δέ σοι δῶ αὐτὰ ἐκεῖνα κεκρικέναι, ὅσα ὁ Καλλῖνος ἐς κάλλος, ἢ ὁ ἀοίδιμος Ἀττικὸς σὺν ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ γράψαιεν, σοὶ τί ὄφελος, ὦ θαυμάσιε, τοῦ κτήματος; ubi volunt, *Quamvis tibi concedam*. Sed cur non simili modo possit reddi: *Ut tibi concedam, illa ipsa te judicare posse, quæcunque pulcre Callinus, aut celebris ille Atticus summa cura scripserint, quid tibi prodest, o mirande, hæc possessio?* Sic notatur finis, quem respicit is, qui loquitur, ut concedat adversario argumenta, quæ objicere posset, ut reliquum, quod vult, ferat.

ΚΑΙ.

I.

ΚΑΙ *COPULATIVUM*.

I. Primaria particulæ καὶ potestas est copulativa, qua notat *et*; eaque non est ejusmodi, ut explicari copiosius debeat. Ex copula vero rerum, se mutuo sequentium, nascitur usus, quo designatur celeritas, quia inter res actas et agendas, per καὶ conjunctas, commode indicatur nulla interposita mora, sed, ut res, ita et tempora rerum commissa: ut cum Apostolus dicit in priori ad Corinth. ep. cap. XV. comm. 52. Πάντες ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται. *Omnes mutabimur momento, oculi nictu, ad ultimam tubam. Nam tuba canet, et mortui excitabuntur.* i. e. *Simulac tuba canet;* ἅμα τῷ σαλπίζειν. Est enim ratio, quæ præcedentia ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ confirmat.

II. Hinc oritur alius usus, quo ἑτοιμότητα, sive alacrem promtumque ad dicendum agendumve impetum designat, ut apud Aristoph. in Pace v. 402.

Καί σοι φράσω τι πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα.

At tibi dicam rem gravem et magnam.

III. Imo nonnunquam tam arcta copula est, et duo membra inter se opposita simul sumi jubeat, ita ut alterum absque altero,

Digitized by Google

salva dicentis mente, stare nequeat, ideoque officium supplet particularum μὲν et δέ: qui tamen usus tantum in N. T. observatur, ut in Evang. Joann. IX. 30. Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, πόθεν ἐστὶ, καὶ ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. Pro ὑμεῖς μὲν οὐκ οἴδατε, ἀνέῳξε δέ. *In hoc aliquid mirum est, vos nescire, unde sit, cum tamen aperuerit meos oculos.* Non enim simpliciter hoc mirum esse ait, quod illi ignorarent, cujas esset Iesus: sed hæc duo juncta, ipsorum ignorantiam et miraculum Christi. Ita in 2. ad Corinthios XI. 29. Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; *Quis infirmus est, ubi ego non sim infirmus? Quis offendiculo turbatur, ubi ego non urar?* Quando interrogationem convertimus in enunciationem, perspicua magis erit necessitas utriusque membri simul sumendi: Οὐδεὶς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ, et οὐδεὶς σκανδαλίζεται, καὶ οὐ ἐγὼ πυροῦμαι. *Nullus est infirmus, quin et ego sim* etc. Item 1 Corinth. IX. 7.

IV. Idem observandum, ubi jungit opposita, ubi diserte τῶν μὲν et δὲ officio fungitur. ut apud Eurip. in Phœniss. v. 906.

Βούλει σὺ μέν τοι, κ' οὐχὶ βουλήσῃ τάχα.

Tu vis quidem, mox vero noles.

V. Si quis hic velit novam affingere notionem adversandi, qua pro ἀλλὰ ponatur, non refragor, dummodo sciat, non ex se, sed ex oppositorum membrorum natura hanc nactam esse καὶ particulam: ut videre est in Iesu Sirach. cap. XLI. comm. 13. Ἀγαθῆς ζωῆς ἀριθμὸς ἡμερῶν, καὶ ἀγαθὸν ὄνομα εἰς αἰῶνα διαμένει. Pro ἀγαθῆς ζωῆς μὲν, ἀγαθὸν δέ. *Vitæ felicis dies numerari possunt, sed bona fama manet æterna.* Et in priori ad Thessal. epist. cap. II. comm. 18. Ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (ἐγὼ μὲν Παῦλος) καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς. *Voluimus venire ad vos (ego quidem Paulus) bis terve, sed impedivit nos Satanas.*

VI. Accepit quoque usum μεταβατικὸν, idem præstans quod μὲν δὴ vel μὲν οὖν, concludens finiensque historiam, narrationem vel orationem, sequente particula δὲ, inchoante novam partitionem. Ita Thucyd. lib. III. τὸ καὶ claudit caput primum. Καὶ ἐποίουν ταῦτα, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. *Et ita fecerunt. Et sic quidem finita æstas est.* Mox τὸ δὲ inchoat caput secundum: Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. *Insequenti autem hyeme.* Similiter idem claudit librum quartum: Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· καὶ ἔνατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε. *Et hyems quidem exacta est, bellique hujus nonus annus exiit, quod Thucydides conscripsit.* Mox inchoat lib. II. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους etc. Hinc et ipsi μὲν δὴ jungitur in conclusionibus, unde illud Platoni familiare: Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. *Et hæc quidem hactenus.*

VII. Ad vim συμπλεκτικὴν quoque spectat usus in comparationi-

bus, quando simile simili componitur. Exempla suppeditant Devarius, Stephanus et Vigerus, ex quibus duo eligam. Paus. in Attic. notante Vigero: Κατὰ ταὐτὰ ἦτος ἤχησι καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. *Perinde sonare solet, atque cithara pulsata.* Theophrast. apud Devarium: Τῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ὄψει καὶ τὸ βύκερας. *Simile est aspectu fœno Græco.* Recteque observat idem, in hujusmodi locutionibus, si voces ad Grammaticum ordinem redigantur, καὶ suam nativam significationem obtinere. ut si illud Pausaniæ ita dicatur: Οὗτος καὶ κιθάρα ἤχησι κατὰ ταὐτά. *Hic et cithara eodem modo sonat.* et illud Theophrasti: Τῦτο καὶ βύκερας ὅμοιον τῇ ὄψει. *Hoc et fœnum Græcum simili est aspectu;* nihil aliud quam simplicem copulandi potestatem exercebit τὸ καί.

VIII. Idem observandum, ubi dissimilia inter se adversis frontibus opponuntur. Latini hic quoque Græcissantes dicunt, *Alius atque.* Ita Aristot. Politic. lib. I. apud Devarium et Vigerum: Ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλῦτος, ὁ κατὰ φύσιν. *Ars enim quæstuaria alia est ac divitiæ, quæ tales suapte natura sunt.* Reducas ad structuram Grammaticam, et nativa copulandi potestas eveniet: ὁ πλῦτος καὶ ἡ χρηματιστικὴ ἑτέρα ἐστί. Vel Ἑτέρα ἐστὶν ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλῦτος.

II.

ΚΑΙ' *Temporale.*

IX. Ex eodem fonte profluxit etiam temporis significatio terminati per antecedens vel ὡς vel ὅτι, vel simile quid, imprimis apud recentiores. Jubet autem vis primaria copulandi, non quodlibet intelligere tempus, sed, ut jam notatum, tempus rei, quæ narratur acta, ita commissum, ut nulla mora intercedat. q. d. *Simul atque.* Sic sequitur post ὡς Luc. II. 15. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν ὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλυς. *Et factum est, simulatque discesserant ab ipsis angeli, ut pastores inter se dicerent.* Sic post ὅτι Macchab. lib. I. cap. V. comm. 1. Καὶ ἐγένετο, ὅτι ἤκυσαν τὰ ἔθνη κυκλόθεν, ὅτι ᾠκοδομήθη τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐνεκαινίσθη τὸ ἁγίασμα ὡς τοπρότερον, καὶ ὠργίσθησαν σφόδρα. *Et factum est, cum circumjectæ gentes audiebant, structum esse altare, et sacrarium dedicatum more prisco, ut illico ira excanduerint.* Et lib. Susannæ comm. 19. Καὶ ἐγένετο, ὅτι ἐξῆλθεν τὰ κοράσια, καὶ ἀνέστησαν οἱ δύο πρεσβύται. *Et factum est, ut, cum exierunt puellæ, illico surgerent seniores duo.* et Evang. Luc. cap. II. comm. 21. Eodem modo post ἐγένετο, ut in act. Apost. cap. V. comm. 7. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτῦ, μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς, εἰσῆλθεν. *Vix trium horarum intervallum interjectum est, quin uxor ejus, ignara quid actum esset, intraret.*

Digitized by Google

X. Hinc pro ἵνα χρονικῷ adhibetur in Evang. Marci cap. XV. comm. 25. Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. *Erat autem hora tertia, cum cruci fixerunt eum.* Et in ep. Hebr. cap. VIII. comm. 8. Ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην. pro ἵνα συντελέσω. *Veniunt dies, inquit Dominus, quum perficiam cum domo Israel, et cum domo Judæ novum fœdus.* Huc refer, Νὺξ ἐν μέσῳ, καὶ, de quo vide, quæ notavi ad Viger. cap. III. sect. 7. R. 5.

XI. In superioribus exemplis τὸ καὶ reddidi *illico*, aut præmisi *simulatque*, ut indicaretur temporis nulla dilatio, nec temere, propter vim συναπτικὴν, ut notavi, quare καὶ et ἐξαπίνης conjuncta invenies apud Thucyd. lib. I. cap. 50. Ἤδη δὲ ἦν ὀψὲ, καὶ ἐπεπαιώνιστο αὐτοῖς ὡς ἐπίπλουν, καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο. *Jamque dies in vesperam inclinabat, et clamor militaris ad concursum est sublatus, quam repente Corinthii in puppim remigare cœperunt.*

XII. Idem temporis signum servat, quando geminatur, præpositum προτάσει καὶ ἀποδόσει: quo-casu prius καὶ redditur *postquam, cum, ut* vel similiter, alterum in versione negligitur. Sic lib. 1. Macchab. cap. VI. comm. 55—57. ΚΑΙ᾿ ἤκουσε Λυσίας, ὅτι Φίλιππος————ζητεῖ παραλαβεῖν τὰ πράγματα, ΚΑΙ᾿ κατέσπευσε τοῦ ἀπελθεῖν. *Ut audivit Lysias, Philippum quærere summam rerum capessere, maturabat abitum.* Et cap. VII. comm. 23. ΚΑΙ᾿ εἶδεν Ἰούδας πᾶσαν τὴν κακίαν, ἣν ἐποίησεν Ἄλκιμος, καὶ οἱ μετ᾿ αὐτοῦ, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὑπὲρ τὰ ἔθνη, ΚΑΙ᾿ ἐξῆλθεν εἰς πάντα τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας κυκλόθεν. *Postquam vidit Judas omnia mala, quæ intulerat Alcimus, quique cum ipso erant, in domum Israelis, multo plura quam gentes, exiit omnes Judææ fines obiens.* Et ibidem subinde.

III.

Usus Particulæ ΚΑΙ᾿ *Hortativus.*

XIII. Usus sive temporis sive τῆς ἑτοιμότητος alium rursum progenuit; nam quando hoc modo cum imperativo construitur, assumit vim προτρεπτικὴν, obscuraturque pæne vis copulandi, adeo ut tantum non ἀποστατικῶς adhibeatur; qui usus oratoribus est frequens in citandis testimoniis ac legibus; poniturque pro δὴ παρακελευστικῷ. Sic adhortationem præfert apud Lysiam adv. Agorat. pag. 222. Καί μοι κάλει τὸν ταξίαρχον. *Et cita mihi centurionem.* Et apud Dem. Cor. pag. 320. ubi post hæc verba: Ἵνα, καίπερ εἰδὼς Αἰσχίνης, ὅπως ἀκούσῃ δι᾿ ἅ φημι, καὶ τούτων τῶν προβεβουλευμένων, καὶ πολλῷ μειζόνων ἔτι τούτων δωρεῶν δίκαιος εἶναι τυγχάνειν, subdit; Καί μοι λέγε τὴν γραφὴν λαβών. Pro, λέγε δή μοι. *Age, recita mihi epistolam.* ubi καὶ et est προτρεπτικὸν, et tamen copulandi potestatem servat, ita connectens præmissis sequentia, ut omnem moram excludi velit.

Digitized by Google

XIV. Imprimis vero hæc impulsiva potestas sese exserit, quando ἀποστατικῶς interrogationibus præfigitur, simulque notat interrogantis animum sciendi cupidissimum, quique ideo moram omnem tolli velit, et sibi illico responderi: Sic apud Eurip. in Orest. v. 1110. postquam Pylades indicaverat, se interfecturum Helenam, ait Orestes:

Καὶ πῶς; ἔχει γὰρ βαρβάρους ὀπάονας.

Et quomodo? Admirans consilium amici, quærit de modo cupidissime, addens rationem: *Nam barbaro comitatu stipatur.* Non minor Creontis est interrogantis et admirantis impetus apud eundem in Phœniss. vs. 907.

Καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;

Et quomodo potest fieri, ut patriam terram non servatam velim?

XV. Utuntur hac interrogandi forma Græci ἐν τοῖς παραδόξοις commodissime, ut apud Plat. in Theæt. pag. 188. [T. II. p. 148. ed. Bip.] Εἴ τις, inquit Socrates, ὁρᾷ μέν τι, ὁρᾷ δὲ οὐδέν. *Si quis aliquid videt, et nihil videt.* Hoc non intelligens Theætetus ἀξύμφορον, admirans rogat: Καὶ πῶς; *Et quomodo hoc?*

XVI. Jungitur quoque in hoc usu τῷ εἶτα, ut fiat κᾆτα, quo magis indicetur interrogantis ardor; nam εἶτα non absimilem vim habere in interrogationibus, supra demonstravimus. Exemplo est illud Euripidis in Orest. v. 443. ubi Menelaus, audiens ex Oreste, populum velle ipsum interficere, rogat:

Κᾆτ' οὐχὶ φεύγεις γῆς ὑπερβαλὼν ὅρους;

Et tunc non fugis, qua patet terræ terminus?

XVII. At καὶ, sequente interrogatione, imprudentem fallere possit; quando enim inter duo interrogata ponitur, nihil aliud quam hæc copulat, neque ullum interrogantis ardorem exprimit, ut si dicam: Ἀλλὰ τί ἐστιν τὸ αἴτιον, καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ; aut, quando duo enunciata jungit, interjecta interrogatione, a qua removendum est distinctiuncula, ut apud Heliodor. Æthiop. lib. II. cap. 2. Τὸ ξίφος περισκοποῦντος, ὁ Κνήμων τῆς χειρὸς ἀπεκρούσατο, καὶ, τί ταῦτα; ἔλεγεν. *Gladium circumspicientis confestim manum repulit Cnemon, et, Quid hoc? inquit.* Structura est: Ἀπεκρούσατο καὶ ἔλεγεν.

Digitized by Google

IV.

De Particulæ ΚΑΙ' *usu ἐπιδοτικῷ, et inde nato ἀοριστολογικῷ.*

XVIII. Ἐπιδοτικὴν potestatem appello, quod præter vim copulandi habet et aliquid prioribus superaddendi. Illam frequentissime exercet τὸ καὶ in ȣ̓ μόνον, ἀλλὰ καί. Sed illud ȣ̓ μόνον, ἀλλὰ sæpissime intelligendum relinquitur, quare totus fere usus est ellipticus. Imo et nonnunquam post ȣ̓ μόνον ex præcedentibus aliquid repetendum, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 8. Ταῦτά γε ταὐτὰ καὶ οἱ θεοὶ πεπόνθασι. *Hæc eadem et in Deos cadunt.* i. e. Ταῦτα ȣ̓ μόνον οἱ ἄνθρωποι (vel ἐκεῖνοι, de quibus in superioribus fuerat mentio) ἀλλὰ καὶ οἱ θεοὶ πεπόνθασι. Copulandi vis minime hic interit; nam ecquid aliud, quam dicit: *Eadem cadunt in deos et homines?* Et in Phædr. pag. 228. [T. X. p. 282. ed. Bip.] Εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτȣ̃ ἐπιλέλησμαι. *Si ego Phædrum ignoro, mei etiam sum oblitus.* Plena esto oratio: ȣ̓ μόνον Φαίδρȣ, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτȣ̃ λέλησμαι. q. d. *Phædri immemor esse nequeo, quin simul mei obliviscar ipse.* Adde geminum illud pag. 236. [Bip. 299.] Εἰ ἐγὼ Σωκράτην ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτȣ̃ ἐπιλέλησμαι. et Theogn. v. 342.

Δὸς δέ μοι ἀντὶ κακῶν καί τι παθεῖν ἀγαθόν.

Da mihi pro malis etiam bona sorte frui. Integrum sit: ἀντὶ κακῶν δός μοι ȣ̓ μόνον μηδὲν κακὸν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθόν τι παθεῖν. Petit duo, et ut malis liberetur, et ut bono fruatur. Habes potestatem συμπλεκτικήν. Rursus τῇ τῶν κακῶν ἐκλύσει supperaddit καὶ τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ἀπόλαυσιν. En tibi vim ἐπιδοτικὴν, et qua cognatione altera alteram contingat.

XIX. Quoties καὶ in eodem membro geminatur, alterum est ἐπιδοτικὸν, ut apud Dem. pro Cor. pag. 324. Καί μοι λέγε καὶ τȣ̃το τὸ ψήφισμα λαβών. *Etiam hoc decretum.* Nam alia ante recitata erant. Et Isocr. ad Nicocl. pag. 41. Καὶ τὰ μὲν καὶ τοῖς φαύλοις παραγίνεται. *Et hæ quidem (opes) etiam pravis contingunt.* Theogn. v. 666.

— Καὶ ἄφρονι πολλάκι δόξα
Ἕσπετο, καὶ τιμὴν ΚΑΙ κακὸς ὢν ἔλαχεν.

Et insipientem sæpe gloria sequitur, et honorem, etiam qui pravus est, sortitur. Idem observandum in his, καὶ γὰρ καί· καὶ δὴ καί. καὶ μὴν δὴ καί· καὶ μὴν καὶ, de quibus infra. Hinc multæ affirmandi formulæ a καὶ incipientes, ut καὶ μάλα· καὶ ἀληθῆ γε· καὶ ὀρθῶς γε· καὶ πάνυ γε. in quibus τὸ καὶ non simplicem copulationem afferre videtur, sed superioribus aliquid addere. q. d. *Hæc non vere tantum, sed pulcre quidem tu dixisti.*

Digitized by Google

XX. Habet hoc additamentum nonnunquam insigniorem ἔμφασιν, redditurque Latinis *vel*, quando sequitur affirmativum quid. Apta est hæc interpretatio, ubi levioribus graviora adduntur, sive illa leviora exprimuntur, sive intelliguntur. Præcedente leviori; ut Il. ι. v. 494.

Ἀλλ' Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τί σε χρὴ
Νηλεὲς ἦτορ ἔχειν· στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετή, τιμή τε βίη τε.

Sed, o Achille, doma animum magnum: neque te decet immite habere cor: flexibiles sunt etiam ipsi Dii, quorum vel major virtus est, et honor, et potentia. Nempe magnus tibi est animus, sed major Diis. At intelligitur levius apud Hom. Il. ε. v. 362. ubi vulnerata Venus ad Martem de Diomede:

Λίην ἄχθομαι ἕλκος, ὅ με βροτὸς οὔτασεν ἀνὴρ
Τυδείδης, ὃς νῦν γε ΚΑΙ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο.

Valde doleo vulnere, quod mihi inflixit vir mortalis Tydides, qui nunc vel adversus Jovem patrem pugnaret. ubi extrinsecus intellige, οὐ μόνον μάχοιτ' ἂν τῶν ἀνθρώπων τῷ ἀνδρειοτάτῳ, ἀλλὰ καὶ etc.

XXI. At, cum admixta est negatio, possis reddere *ne quidem.* ut apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 18. ΟΥ"ΠΩ ᾔσθου ΚΑΙ` ἕνα ἄνδρα δι' ἀφροσύνης μὲν ἐπιχειρῦντα κρείττονι ἑαυτῦ μάχεσθαι, ἐπειδὰν δ' ἡττηθῇ, εὐθὺς πεπαυμένον τῆς πρὸς τῦτον ἀφροσύνης; *An nondum animadvertisti quenquam, ne unum quidem hominem, qui amentia actus sustinuit cum fortiore pugnare, victusque statim dementem adversus eum impetum deposuit?*

XXII. Nata ex ellipsi βραχυλογία potest aliquando obscuritatem parere, quæ, suppleta ellipsi, tota evanescit. Exemplis, quæ post Budæum affert ex Aristotele Devarius, adde verba b. Pauli ad Romanos scribentis cap. XI. comm. 16. Εἰ δ' ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. Plena oratio est: Εἰ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, οὐ μόνη αὕτη ἁγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύραμά ἐστιν ἅγιον· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, οὐ μόνη αὕτη ἁγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἱ κλάδοι ἅγιοί εἰσιν. *Si primitiæ sunt sanctæ, sancta etiam massa est: et si radix est sancta, sancti etiam sunt rami.* Integram structuram habes apud Platonem in Phædr. pag. 228. [T. X. p. 282. ed. Bip.] Εὖ οἶδα, ὅτι Λυσίου λόγον ἀκούων ἐκεῖνος οὐ μόνον ἅπαξ ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἐκέλευσέν οἱ λέγειν. *Probe scio, illum Lysiæ orationem non tantum semel audivisse, sed etiam sæpius repetentem sibi recitare jussisse.* Brevius potuisset dicere: Εὖ οἶδα, ὅτι Λυσίου λόγον ἀκούων ἐκεῖνος, καὶ ἀναλαμβάνων ἐκέλευσεν οἱ λέγειν.

XXIII. Ἐπίδοσιν quoque præfert, suppresso οὕτω, cum præcesserit ὡς, ut in oratione Dominica: Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Pro οὕτω καί. Et in Act. Apost. cap. VIII.

Digitized by Google

comm. 51. Ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς. pro οὕτω καὶ ὑμεῖς. *Vos semper Spiritui Sancto obnitimini, ut patres vestri, sic etiam vos.*

XXIV. Ad usum ἐπιδοτικὸν pertinet quoque ὁ ἀοριστολογικὸς, quando nempe καὶ subjungitur τοῖς ἀναφορικοῖς, puta ὅ τι, οἷον, ὅτε, ὅθεν, et similibus, exprimitque Latinorum adjectionem syllabicam *cunque*. Sic ὅ τι καὶ significat *quodcunque tandem*. vid. Lucian. in Lapith. Tom. III. pag. 428. Μάλα ἤδη παρεφύλαττον, ὅ τι καὶ μειδιάσειε. *Diligenter jam observabam, quodcunque* vel *quicquid tandem rideret*. Ὅ τι καὶ εἴη. Palæphati fragm. de Inventione purpuræ: Τὰς τῶν προβάτων ἐρέας, ΟἸΑΙ ΚΑῚ ἦσαν, ἐποίουν ἱμάτια καὶ ἐφόρουν. *Ex ovium velleribus, qualiacunque erant, vestimenta conficiebant et gestabant.*

XXV. Interjicit particulam δὴ Heliod. Æthiop. lib. V. init. Ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ Δελφῶν ἐν τούτοις ἦν, καὶ ἔδρασεν Ὅ ΤΙ ΔῊ ΚΑῚ ἔδρασεν. Οὐ γὰρ ἔχω γινώσκειν. *Et his quidem turbis agitabatur Delphorum civitas, fecitque, quicquid tandem fecit, neque enim scire possum.* In quibus ponitur pro ὅ τι περ, οἷαί περ. Si quis hic vestigia quærat potestatis copulativæ, admittat ellipsin, ut sit integra oratio ἔδρασε τὸ δεῖνα, καὶ ὅ τι δήποτε.

XXVI. Hunc sensum ἀοριστολογικὸν etiam præstare videtur præpositum infinito nomini τὶ apud Hom. Il. Φ. vs. 268.

> Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔτίς με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη
> Ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι· ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.

O Jupiter pater, quam nullus deorum miserandum sustinet ex fluvio servare! In posterum quidvis patiar.

XXVII. Idem cum præponitur nomini ἄλλος, ut in his duobus Demosthenis adversus Timocratem locis, quorum prior est pag. 462. Ἐγὼ δ' εἴπερ τινι τοῦτο καὶ ἄλλῳ προσηκόντως εἴρηται, νομίζω κἀμοὶ νῦν ἁρμόττειν εἰπεῖν. ubi τινὶ ἄλλῳ est *a quocunque alio, quicunque tandem ille est.* Alter est pag. 468. Ἄξιον δὲ, εἴπερ περί του καὶ ἄλλου, καὶ περὶ τοῦδε, ὃν νῦν ἀνέγνω, διελθεῖν. *Operæ pretium est, si de quacunque alia lege, et de hac quidem, quam nunc recitavit, disserere.*

V.

De Particula ΚΑῚ ἐναντιωματικῇ.

XXVIII. Ubi particulæ καὶ sensus adversativus obtinet, construitur cum participio, vel dissimulato, vel addito. Supprimitur quoque μέντοι, ὅπως, aut simile ἀποδοτικὸν, quod respondeat propositioni

Digitized by Google

adversanti, ut in illo Homerico, Il. Λ. 653. Τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο, quod plenius sit: καίπερ ἀναίτιον ὄντα, ὅμως ἂν αἰτιόῳτο. ubi participium ὄντα intelligendum relinquitur. At fere exprimitur illud, ut apud eundem Il. Ι. vs. 651.

Ἕκτορα καὶ μεμαῶτα μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.

Hectorem quantumlibet ardentem, a pugna cohibitum iri puto. Pro καίπερ μεμαῶτα, σχήσεσθαι μέντοι. Sic Μ. vs. 171.

Ὡς οἵγ' οὐκ ἐθέλουσι πυλάων, ΚΑΙ' δύ' ἘΟ'ΝΤΕ,
Χάσσασθαι.—

i. e. καίπερ δύο ὄντε, οὐκ ἐθέλουσι μέντοι. *Sic hi, quamvis duo tantum sint, nolunt tamen cedere.*

XXIX. Manifestius adversativa potestas sese exserit, quando præsens ὅμως orationi suam protasin et apodosin tribuit, ut apud Lucian. Dial. Mort. Tom. I. pag. 437. ubi agit de manibus, dum a Mercurio propelluntur, reluctantibus: hos dicit μόλις κατιόντας, καὶ ἐπὶ τράχηλον ὠθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ, ὅμως ἀντιβαίνοντας. *Ægre descendere, et quantumlibet Mercurius cervicibus protrudat, tamen reniti.*

[Adversativam vim obtinet καὶ in καὶ μὴ apud Æschylum Sept. Theb. 198. καὶ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται. ubi est pro ἀλλ' εἰ μή. Sensus: *At si quis imperio meo non paruerit.*]

ΚΑΙ ΓΕ ET ΚΑΙ ΓΕ ΔΗ.

I. Utriusque particulæ, καὶ et γε, potestates variosque usus in superioribus satis fuse exposui: nunc id incumbit laboris, ut ostendatur, quomodo hæ duæ, ubi in oratione simul inveniuntur, eam afficiant. Et principio quidem observandum, vel nunquam, vel perraro has conjunctim poni, sed vocula vel una, vel aliquando pluribus interjectis. Inveniuntur tamen junctæ in Act. Apost. cap. 11. comm. 18. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. Apud Latinos vero *Et quidem* conjungi solent, ut docent, qui de Particulis ejus linguæ scripserunt; siquidem περιγραφικὸν est *quidem*, ut τῷ γε respondeat. Hesychius quoque καί γε explicat καίτοι, ut puto, non in sensu ἐναντιωματικῷ, sed βεβαιωτικῷ. Communis potestas est superioribus aliquid superaddendi, totumque augendi et amplificandi, ut mox distinctius apparebit.

II. Cum dico, τὸ καίγε supperaddendi habere potestatem, non simplicem eam intelligo; hanc enim affert τὸ καὶ solitarium, præsertim ἐπιδοτικὸν, ideo addo *totum augendi et amplificandi*: nam hoc fere tenendum, non similia aut paria hoc modo conjungi, sed sequentia præcedentibus majora, potiora, aut graviora esse, aut

Digitized by Google

magis urgentia, propter vim particulæ γε. Quodsi καὶ absit, τὸ γε περιγραφικὸν, remissis utcunque superioribus, sequentia magis urget, ut abunde demonstratum est supra, ubi de hac particula egimus: verum præmissum καὶ præcedentia remitti vetat, ita tamen, ut sequenti particulæ γε suam potestatem sequentia magis urgendi integram et inviolatam relinquat, nec quicquam deroget ultra. Et primo quidem γε subjungitur τῷ καὶ copulativo apud Eurip. in Orest. vs. 487. ubi Menelao dicenti:

Ἑλληνικόν τι τὸν ὁμόθεν τιμᾷν ἀεί.

Græcorum est cognatum genus honorare semper: non refragatur alter, nec quidem huic dicto derogat, sed aliud opponit, quod suam sententiam non minus firmat, quam superius adversam, respondens:

Καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν.

Et legibus quidem nolle esse superiorem. Q. d. Hoc, quod dixisti, verum est, sed non minus verum et illud. Rursus in Phœniss. vs. 1218. ubi nuncius Jocastæ:

Μεῖζόν τι χρήζεις, παῖδας ἢ σεσωσμένους;

Ecquid majus desideras, quam salvos habere filios? Id ipsum, quod rogat, *Ecquid majus*, ostendit satis, in responso majus quid exspectandum: quid autem id est? Respondet Jocasta:

Καὶ τἀπίλοιπά γ' εἰ καλῶς πράσσω, κλύειν.

Et quidem audire ardeo, an in posterum fortunata sim futura.

III. Ubi duo restringenda sunt, geminato καὶ, priori additur γε, in posteriori supprimitur, ut apud Plat. in Phædr. pag. 267. [T. X. p. 364. ed. Bip.] recensitis variis orationis partibus addit: Καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ. *Et argumentum quidem, sive refutatio, et utriusque amplificatio quomodo formanda sit tum in accusatione, tum in defensione.*

IV. Secundo, ubi καὶ ἀποστατικῶς adhibetur, indicans alacrem promtumque animum, sequens γε περιγραφικὸν illam ἑτοιμότητα adjuvat et auget. ut cum Phædrus mentionem injicit librorum, qui composito de arte oratoria scripti sunt, apud Plat. ibid. paulo ante [p. 363. ed. Bip.], illico Socrates alacriter hoc arripiens, Καὶ καλῶς γε ὑπέμνησας, inquit. *Et recte tu quidem submonuisti.*

V. At amplificandi, augendique, et superioribus graviora addendi potestas imprimis est perspicua, quando καὶ est ἐπιδοτικὸν, cum commode redditur *quin etiam.* ut apud Eurip. in Phœniss. vs. 1675.

Digitized by Google

Antigone paterni exilii comes esse mavult, quam regio sponso beari, et Creontis fieri nurus:

Συμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρὶ,

inquit, *Miserrimo patri exulanti comes ero.* Et, laudante Creonte generosam filiæ pietatem, sed simul culpante stultitiam, superaddit illa, tanquam superioribus cumulum:

Καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.

Recte explicat Scholiastes: Συναποθνήσκω αὐτῷ, ἵνα πλέον τι μαθήσῃ. Q. d. Non sufficit mihi una cum ipso exulare, *quin una quoque moriar, ut intelligas aliquid majus.*

VI. Post εἴπερ in protasi nonnunquam γε in apodosi omittitur, ut cum dicimus: *si quis alius, at hic quidem quadruplator est.* Εἴπερ τις ἄλλος, καὶ οὗτος συκοφάντης ἐστίν. ut apud Dem. Olynth. 1. pag. 2. Ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι, καὶ παροξυνθῆναι, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτε, καὶ νῦν. Pro καὶ νῦν γε. *Vos, o Athenienses, aio, oportere et velle, et incitari, belloque incumbere, si unquam alias, et nunc quidem.*

VII. Est et hic admittendus usus ellipticus, quo εἴπερ καὶ ἄλλος negligitur, ut in illo Homeri Od. A. vs. 46. ἀποστατικῶς, ubi Minerva orationem sic inchoat, indicans mortem Ægisthi:

Καὶ λίαν κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ.

Et merita quidem ille morte jacet. Plena oratio est: Εἴπερ τις καὶ ἄλλος, καὶ ἐκεῖνός γε etc.

VIII. Amplificandi vero, et superioribus majus quid superaddendi potestatem maxime et frequentissime exercent hæ particulæ in responsionibus affirmativis. vid. Plat. in Gorgiæ principio. Uso Socrati hoc proverbio: Κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν. *Post festum venimus*, respondet Callicles: Καὶ μάλα γε ἀστείας ἑορτῆς. *Et quidem*, sive, *quin et post urbanum festum.* τῷ ἑορτῆς superaddens τὸ ἀστείας. Et in Phæd. pag. 109. [C. 58. ed. Fischer.] dicenti: Τοῦτο πέπεισμαι. respondet Simmias: Καὶ ὀρθῶς γε. *Et recte quidem.* superaddens τὸ ὀρθῶς.

IX. Eandem in responsionibus potestatem exercent particulæ, ubi, contrarium negando, rem ipsam, quæ dicta est, impensius affirmant. ut apud Plat. in Phædr. pag. 278. [T. X. p. 388. ed. Bip.] ubi Socrates quum dixisset concludens: Τὸ μὲν σοφὸν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον, ἢ τι τοιοῦτον, μᾶλλόν τε ἂν αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι, καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι. *Sapientis cognomen mihi videtur esse et magnum, et soli deo congruum: at philosophi, aut aliud simile ei potius convenire, et modestius esse vi-*

deatur. excipit Phrædrus: Καὶ ἐδὲν γε ἄπο τρόπε. *Et nihil quidem indecori inest.* Negatione contrarii plus significat, quam dicit, pro eo, quod diceret Homerus: Κατὰ μοῖραν ἔειπας.

X. Hanc potestatem non omnino deponunt καί γε, quando ponuntur pro καὶ γεν, ubi scilicet id, quod dictum est, exemplo illustratur aut confirmatur: ut apud Aristoph. in Vesp. vs. 1087.

Ἆρα δεινὸς ἦν τόθ', ὥςτε πάντα μὴ δεδοικέναι.

Tunc nempe eram acer, nec quicquam timebam. Mox exemplo probaturus, quod dixerat, addit: ΚΑΙ' κατεστρεψάμην ΓΕ τὺς ἐναντίες. *Quin hostes quidem in fugam verti.* Q. d. Acer fui, id et hoc ipso facto ostendi.

XI. Invenitur et his addita particula δὴ, vi sua βεβαιωτικῇ amplificationem confirmans. ut apud Plat. in Conviv. pag. 173. ubi dicit aliquis Apollodoro, nescire se, unde ille cognomen μανικὲ i. e. *insani* sit adeptus: respondet Apollodorus: Καὶ δῆλόν γε δὴ, ὅτι ὕτω διανοέμενος καὶ περὶ ἐμαυτῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι. *Quin etiam perspicuum profecto est, me ita et de me et de vobis sentientem insanire.* Hic sese exserit particulæ καὶ potestas ἐπιδοτική: nam, cum alter dixisset, nescire se, unde ille hoc nomen esset adeptus, Apollodorus non tantum exponit rationem, sed et eam ait esse perspicuam. q. d. ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβον, ὲ μόνον, ὅτι ὕτω διανοέμενόν μέ φασιν μαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῦτο δῆλον. Hanc ἐπίδοσιν limitat γε. *et illud quidem perspicuum est.* Tandem confirmat ac stabilit δὴ sive ἐπίδοσιν, sive limitationem, sive utramque. Et sic unicuique particulæ sua vis servatur.

ΚΑΙ' ΓΑ'Ρ *cum Annexis.*

I. Quæri possit, si γὰρ per se sit αἰτιολογικὸν, quid faciat præfixa particula καὶ, quæ plane otiosa esse videatur, cum totum hoc καὶ γὰρ reddatur *nam?* Subobscura res penitioris disquisitionis indiget. Revocari hic possit, quod non semel notatum memini, Græcos particularum effusiorem amavisse usum, et servavisse sæpe particulas tanquam vestigia antiquissimæ et quasi primævæ in loquendo consuetudinis, qua duo pronunciata separatim ponebantur, interjectis vocabulis, sive nominibus, sive verbis cum repetitione præcedentium, aut additione eorum, quæ extrinsecus petebantur: posteros vero propter loquendi compendium illa vel repetita, vel addita neglexisse, quæ res dedisse videtur originem particulis, quibus ea vis tributa est, quam cæteroquin exercebat integra sententia. Hoc, si in ulla alia particula, patuit manifesto in ἀλλὰ, ut supra ostensum est. Itaque, si quid recte conjicio, καὶ γὰρ non duæ, sed tres erunt particulæ, conflato τῷ γὰρ ex γε et ἄρα, ut fiant καί γε ἄρα, verbatim *et quidem igitur;* quare τῷ καὶ γὰρ locum assignavi post

Digitized by Google

καί γε. Singularum aut originem, aut primariam potestatem supra exposui. Ita si statuuntur duo pronunciata, sic inter se cohærentia, ut priori posterius rationem inferat, ὁ καὶ σύνδεσμος ea vi sua copulabit, τὸ γε posterius limitabit, et ἄρα ostendet justam inter utrumque convenientiam, et congruam rationem. E. g. cum dicimus: *Obediendum est præceptis Christi: est enim Servator noster.* Gr. Πειθαρχεῖσθαι δεῖ τοῖς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προστεταγμένοις· καὶ γάρ ἐστι Σωτὴρ ἡμῶν. sunt hic duo pronunciata: Πειθαρχεῖσθαι δεῖ τοῖς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προστεταγμένοις, et ἔστι Σωτὴρ ἡμῶν. Hæc duo copulat καί. Tum γε limitat posterius: *Est ille quidem Servator noster.* Tandem ἄρα ostendit congruam inter prius et posterius rationem; nihil nempe rationi magis esse consentaneum, quam obedire ei, qui nos servavit. Consulenda omnino, quæ dicta sunt de origine particulæ ἄρα, item de usu syllogistico particulæ γὰρ, qua conclusionem cum limitatione inferente, manente quoque particula καὶ, vetustæ consuetudinis indice, qua indicabant, duo pronunciata esse copulanda, conflata tandem nataque potestas est αἰτιολογική. Si cui hæc particulæ καὶ ratio, et dissolutio particulæ γὰρ in γε ἄρα minus placeat, ecce alia ratio ex ellipsi petita, dissimulato post καὶ ἄλλο σοι ἐρῶ. Ita ut superiora verba sic in integrum restituantur: Πειθαρχεῖσθαι δεῖ τοῖς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προστεταγμένοις. καὶ ἄλλο σοι ἐρῶ· ἔστι γὰρ Σωτὴρ ἡμῶν. Ita, cum τὸ Πειθαρχεῖσθαι δεῖ etc. et ἄλλο σοι ἐρῶ copulentur, egregie fungitur officio suo τὸ καί. Neve hoc longius petitum mireris, ecce ellipsin hanc suppletam apud Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 19. Ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους πλουσίους ποιῶν, τούτους μοι νομίζω θησαυροὺς, καὶ φύλακας ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν πιστοτέρους εἶναι, ἢ εἰ φρουροὺς μισθοφόρους ἐπεστησάμην. ΚΑΙ` ἌΛΛΟ δέ ΣΟΙ ἘΡΩ῀. ἐγὼ ΓΑ`Ρ etc. *Ego vero amicos ditans, hos mihi duco thesauros et custodes simul meos et bonorum nostrorum fideliores, quam si præsidiarios mercede conductos præficerem; et aliud præterea tibi dicam: ego enim etc.*

II. Hinc simpliciter *nam*, *namque* et *etenim* redditur passim, ut Plat. Phædr. pag. 257. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Ὥστε ὀκνῶ, μή μοι ὁ Λυσίας ταπεινὸς φανῇ, ἐὰν ἄρα καὶ ἐθελήσῃ πρὸς αὐτὸν ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι· καὶ γάρ τις αὐτὸν, ὦ θαυμάσιε, ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτῷ λοιδορῶν ὠνείδιζε. *Ita ut verear, ne mihi Lysias humilis videatur, si velit cum eo alium conferre; etenim, o observande, nuper aliquis civilium hominum hoc nomine ipsum per contumeliam vituperabat.* Et pag. 275. [T. X. p. 382. ed. Bip.] Δεινὸν τοῦτ' ἔχει γραφὴ, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίᾳ· καὶ γὰρ τὰ ἐκείνης ἔκγονα ἕστηκε μὲν ὡς ζῶντα· ἐὰν δ' ἀνέρῃ τι, σεμνῶς πάνυ σιγᾷ. ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ λόγοι. *Hoc incommodum scripturæ inest, et plane simile, quod picturæ: in ea enim imagines stant, tanquam vivæ: at, si quid rogaveris, gravi silentio tacent. Idem accidit quoque orationibus.* vid. Aristoph. in Vesp. vs. 269. et alibi passim.

III. Nec raro interjectis vocibus dijunguntur, ut apud Sophocl. in Philoct. vs. 1261.

Δέδοικ' ἔγωγε· καὶ τὸ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
Καλῶν κακῶς ἔπραξα, τοῖς πεισθεὶς λόγοις.

Equidem timeo: namque antea blandis verbis in malum incidi, tuo dicto obtemperans. Et apud Aristoph. in Vesp. vs. 778. Καὶ λέγεται γὰρ τουτογί. *Fertur enim hoc vulgo.*

IV. Ut supra in particula γὰρ observatum est sect. 1. §. 3. ita etiam hic καὶ γὰρ elliptice adhibetur, idque duplici ratione: vel ex superioribus aliquid repetendo, vel extrinsecus ad συμπλήρωσιν intelligendo. Prioris exemplum habet Plato lib. II. de Rep. pag. 378. [T. VI. p. 248. ed. Bip.] Præmissa oratione, qua ostenditur, quæ de diis turpia fabulantur poetæ, non facile esse evulganda apud homines imperitos, et, si necesse est ea efferri, arcanis ea verbis esse enuncianda etc. respondet alter: Καὶ γὰρ ἦτοί γε οἱ λόγοι χαλεποί. *Etenim difficiles hi sunt sermones.* ubi ex præcedentibus revocandum, δι' ἀπορρήτων δεῖ τοιαῦτα λέγεσθαι. Commode hic redditur *nimirum.*

V. Extrinsecus aliquid in subsidium vocandum venit apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 10. ubi Armenius a Cyro interrogatus, cur pacta conventa non præstitisset, neque tributa solvisset, quæ victo erant imposita: Καλὸν, inquit ille, ἐδόκει μοι εἶναι, καὶ αὐτὸν ἐλεύθερον εἶναι, καὶ παισὶν ἐλευθερίαν καταλιπεῖν. *Pulcrum mihi visum est, et ipsum esse liberum, et libertatem filiis relinquere.* Tum Cyrus: Καὶ γάρ ἐστι καλὸν μάχεσθαι, ὅπως μήποτέ τις δοῦλος, μέλλοι γενήσεσθαι. Supple, καλῶς εἶπας. *Recte dixisti: nam egregium est ita pugnare, ut ne quis unquam servus fiat.* Simile supplementum adhibendum est in responsionibus affirmativis, Καὶ γάρ ἐστι τοῦτο, Καὶ ὀρθῶς γάρ, Καὶ γὰρ εἰκός, et similibus. Exemplis omnia plena.

VI. Ubi oratio est bimembris, sequente in altero membro καὶ, prius illud καὶ videtur non tam copulare rationem præmissis, quam opponi κατὰ πολυσύνδετον, imprimis quando disjunguntur particulæ; ut apud Euripid. in Orest. vs. 1089. Pylades ibi una cum Oreste mori cupiens, quippe, ut aiebat, eodem crimine nocens, nolebat ipse incolumis superesse, deserto amico, addens duplicem rationem.

Καὶ συγκατέκτανον γάρ· οὐκ ἀρνήσομαι.
Καὶ πάντ' ἐβούλευσ', ὧν σὺ νῦν τίνεις δίκας.

Nam et simul interfeci: non negabo: et omnia consilia dedi, propter quæ tu nunc das pœnas.

VII. Nonnunquam et hic καὶ exercet potestatem ἐπιδοτικήν, suppresso οὐ μόνον, cum alicujus ex præmissis vocis repetitione. Sic apud Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 346. ed. Bip.] rogat Socrates: Οἴει ἄν τινα τῶν τοιούτων, ὅστις καὶ ὁπωστιοῦν δύσνους Λυσίᾳ,

Digitized by Google

ὀνειδίζειν αὐτὸ, ὅτι συγγράφει; *Putasne, ejusmodi hominum quempiam, quicunque et qualicunque de causa fuerit infensus Lysiæ, illud ipsum, quod scribit, suggillare?* Respondet Phædrus: Οὔκουν εἰκός γε ἐξ ὧν σὺ λέγεις· καὶ γὰρ ἂν τῇ αὐτοῦ ἐπιθυμίᾳ, ὡς ἔοικεν, ὀνειδίζοι. Integra oratio est: Οὐ γὰρ μόνον τῇ τοῦ Λυσίου, ἀλλὰ καὶ τῇ αὐτοῦ ἐπιθυμίᾳ. *Nam suum etiam ipsius studium culparet.* Sic ibid. pag. 231. [ed. Bip. X. 289.] Καὶ γὰρ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι νοσεῖν μᾶλλον ἢ σωφρονεῖν. *Nam ipsi quoque fatentur, se insanire potius, quam sapere.*

VIII. In sensu ἐπιδεικτικῷ τὸ καὶ γὰρ adfert indignationem, quando interrogative profertur; et tunc sapit quoque originem, utpote positum pro καί γε ἄρα. Ita Dionysidorus apud Lucian. in Lapith. Tom. III. pag. 445. Καὶ σὺ γὰρ φθέγγῃ, κάθαρμα; *Itane*, vel *nempe tu quoque vocem mittis, purgamentum?* Hic si καὶ γὰρ resolvamus in καί γε ἄρα, omnes fungentur particulæ egregie suo munere. Καὶ notat *etiam*. *Tu quoque*, intellectis aliis, qui priores locuti sunt. γε limitat: *Tu quidem*. et ἄρα notat *nempe, nimirum, scilicet*, ut vidimus, ubi de hac particula egimus, cui si vim συλλογιστικὴν quis servare velit, potest; colligit enim cum admiratione sive indignatione, illum fuisse locutum, et barbarica quidem, quæ vocat, nomina cecinisse.

IX. In sensu ἐπιδεικτικῷ ellipsin notavimus, nonnullis vel ex præmisso intelligendis, vel extrinsecus arcessendis: at aliud ellipseos genus notandum nunc venit, quod ipsum γὰρ pati videtur, adhibito καὶ pro καὶ γάρ. Ita inchoat primam epistolam Joannes: *Quod a principio erat, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectavimus, et manus nostræ contrectaverunt* περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη. *Sermonis vitæ* mentioni injectæ subdit rationem: *namque manifestata vita est.* Et cap. III. comm. 4. Πᾶς ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. *Quicunque committit peccatum etiam contra legem agit: etenim peccatum est id, qua fit contra legem.* Dixi, *pati videtur* ellipsin τὸ γὰρ in καὶ adhibito pro καὶ γάρ· nam potest quoque referri ad usum ἐξηγητικὸν particulæ καί.

X. Dicitur et καὶ γὰρ δὴ, ubi τὸ δὴ vel est χρονικὸν, cum præcedentes particulas minus afficit; vel βεβαιωτικὸν, cum rationem stabilit ac firmat; vel inchoativum. Dubium, quo usu adhibeatur apud Aristoph. in Vesp. vs. 1475. ubi servus, videns senem ex improviso saltantem, ait:

Τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.

Hoc malum jam procedit. Mox addit: Καὶ γὰρ δὴ σχήματος ἀρχὴ, μᾶλλον δέ γ' ἴσως μανίας ἀρχή. Explicari potest χρονικῶς. *Etenim jam schema tragicum incipit, imo potius insaniæ hoc principium est.* Vel βεβαιωτικῶς. *Profecto enim.* Vel denique inchoantis est τὸ

Digitized by Google

δὴ, et accingentis sese ad spectandum novum spectaculum. Invenitur et inverso ordine καὶ δὴ γὰρ apud eundem ibid. vs. 1219.

Ἐγὼ εἴσομαι· καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων.

XI. Quod si hic alterum καὶ ἐπιδοτικὸν accedit, accipit probatio novam vim et augmentum ab opposito contrario, quale est illud Planudis in Æsopi vita pag. 6. dicentis, Æsopo corporis ac linguæ vitium paravisse servitutem, quibus addit: ΚΑΙ ΓΑΡ ΔΗ ΚΑΙ θαῦμα ἂν ἦν, εἰ οὕτως ἀτόπως ἔχοντι τοῦ σώματος ἐξεγένετο τὰς τῶν δουλούντων ἄρκυς διαφυγεῖν. *Etenim mirum etiam profecto fuisset, si tam insigni corpore potuisset effugere loqueos eorum, qui ipsum in servitutem redigere studebant.* Q. d. *Imo etiam mira res fuisset, si servitutem effugisset.*

XII. Adjiciuntur τῷ καὶ γὰρ etiam particulæ εἰ et εἴπερ, ita tamen ut εἰ non afficiat τὸ γὰρ, cui subjungitur, sed remotius τὸ καί· et καὶ γὰρ εἰ ponatur pro καὶ εἰ γὰρ, et hoc pro εἰ καὶ γάρ. *Etsi enim.* Neque tamen illæ particulæ ita ordinatæ constituunt vocem formalem, cum singulæ exerceant suam potestatem: nam γὰρ argumentatur, καὶ est ἐπιδοτικὸν, et εἰ conditionem affert. Utitur Apostolus scribens Corinthiis in epist. poster. cap. XIII. comm. 4. *Christus,* ait, *potens est in vobis;* καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. *Nam etsi cruci est affixus ex infirmitate, at vivit ex potentia Dei.* Hic τὸ γὰρ reddit rationem, quare Christum vocaverit potentem: *est enim potens in Deo.* Τὸ εἰ concedit infirmam Christi formam, sive naturæ humanæ infirmitatem, quam subiit pro nobis patiens, asseverante καὶ ἐπιδοτικῷ ipsius in Deo potentiam: quare et sic secundum naturam particularum reddi verba possint: *Vivit enim Christus ex potentia Dei, etiam tunc, cum ex imbecillitate in crucem est sublatus.* Adjicit nempe τὸ καὶ, sequente εἰ, conditionem adversantem, quam τὸ γὰρ ratiocinando infirmans, stabilit verba præmissa.

XIII. Post καὶ γὰρ, *etenim,* si sequitur alterum καὶ, hoc semper est ἐπιδοτικὸν, ut in ep. ad Corinth. loc. allat. ubi pergit Apostolus: ΚΑΙ ΓΑΡ ΚΑΙ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς. *Etenim nos quoque infirmi sumus in ipso, sed vivemus cum ipso ex potentia Dei apud vos.*

XIV. Καὶ γὰρ οὖν et in oratione continua, et responsionibus affirmativis adhibetur, in quibus quid γὰρ et οὖν præstent, dictum supra est in γὰρ οὖν, quod hic repetere nihil attinet: præfixum καὶ nihil hic novi adfert, nisi quod potestate vel συμπλεκτικῇ sequentia præcedentibus connectit, vel ἐπιδοτικῇ superioribus aliquid addit. Exemplum est apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 495. lin. 27. [T. VII. p. 92. ed. Bip. Καὶ γὰρ οὖν τά γε λεγόμενα ταῦτα. Quæ verba latine sic circumscribere licet: *ET recte quidem. NAM certe ista ab hominibus dicuntur. ITAQUE vere ista commemorasti.*]

Digitized by Google

XV. Καὶ γάρ ῥα soli dicunt poëtæ. Explicat Hesychius καὶ γὰρ δὴ, an satis recte, dicere non sustineo. Ut de particula ἄρα supra probavi, ita hinc factum per aphæresin ῥα effectum indicare puto, ita ut et hæ tres particulæ orationem singulæ afficiant. Copulat καὶ, rationem γὰρ affert, et ῥα effectum notat, ut apud Hom. Il. A. vs. 113. ubi Agamemnon de Chryseide:

—Πολὺ βούλομαι αὐτὴν
Οἴκοι ἔχειν· καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα.
Κουριδίης ἀλόχου· ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων.

Vehementer illam cupio domi habere; etenim præfero Clytæmnestræ uxori, quandoquidem ea non est inferior. Ex hac versione non liquet, quid præstet ῥα, quia aliter loquuntur Latini, aliter Græci; solentque hi latentis sensus indices addere particulas, atque ita orationem reddere significantiorem, id quod illi negligunt. Itaque, ut tribuatur sua unicuique potestas, ita intelligi velim Agamemnonis verba. *Volo*, inquit, *virginem domi habere, et præfero eam Clytæmnestræ.* Duo hæc copulat καί. Et quia sequentia constituunt rationem præcedentium, additur γὰρ αἰτιολογικὸν, *nam præfero hanc Clytæmnestræ.* Tandem, quoniam ea non erat inferior, sed præstantior Clytæmnestra, hinc sequitur, Agamemnonem eam Clytæmnestræ prætulisse, cujus effectus indicem addit particulam ῥα. [G. *Denn ich ziehe sie auch wirklich der Cl. vor.*]

XVI. Denique adjicitur τῷ καὶ γὰρ etiam particula τοὶ, et duplici quidem usu. Nam primo hæ quatuor καὶ, γὲ, ἄρα et τοὶ exserunt evidenter singulæ suam potestatem, ita ut καὶ vel copulet vel superaddat, γὲ limitet, ἄρα notet effectum, et τοὶ confirmet. Exemplum habet Demosth. de fals. Legat. pag. 218. init. Rex Persarum pecunias dederat Timagoræ, sed ut audivit, hunc ideo ab Atheniensibus interfectum, vitam suam defendere non potuisse, nedum præstare, quæ fuerat pollicitus, ἔγνω τὴν τιμὴν οὐχὶ τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων δεδωκώς· καὶ γάρ τοι———οὐδενὶ πώποτε ἔδωκε χρήματα τοῦ λοιποῦ. Si hic καὶ γάρ τοι ponitur pro καί γ' ἄρα τοι, τὸ καὶ copulabit ἔγνω et ἔδωκε· tum, quia posterius majus quid est, quam prius, illud τὸ γὲ amplificando limitat, et τοὶ serio confirmat. Denique cogniti erroris, quod scilicet *dederat pecunias ei, penes quem rerum summa auctoritas non erat*, hic fuit effectus, ut *in posterum nemini unquam pecunias numeraverit:* cujus effectus index est τὸ ἄρα, latens in γάρ. Q. d. *Atque adeo nunquam profecto cuiquam quidem pecunias in posterum numeravit.* Possis reddere, *Et sane quidem, quare.*

XVII. At fere τὸ γὰρ in καὶ γάρ τοι servat vim αἰτιολογικὴν, idque iterum duplici ratione: nam vel afficit particulam τοὶ, vel vicissim ab ea afficitur. Afficitur ab ea, quando τοὶ datam rationem confirmat, et sic redditur *nam sane*, ut apud Lysiam. Orat. Funebr.

pag. 516. Μάρτυρας τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ἐγγὺς ὄντας τοῦδε τοῦ μνήματος τοὺς Λακεδαιμονίων τάφους παρέχονται· καὶ γάρ τοι μεγάλην μὲν ἀντὶ μικρᾶς ἀπέδειξαν τὴν πόλιν, ὁμονοοῦσαν δὲ ἀντὶ στασιαζούσης ἀπέφηναν. *Testes suæ virtutis vicina huic monumento Lacedæmoniorum sepulcra exhibent: nam profecto ex parva magnam urbem fecerunt, et ex seditiosa concordem reddiderunt.* Et apud Hom. Il. Α. v. 63.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον· καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Pro καὶ γάρ τοι, ut puto. *Sed age vatem aliquem consulamus, sive sacerdotem, sive somniorum interpretem: nam sane et somnium est ab Jove.* Ne quis vanam somniorum interpretationem opponat, addit rationem, non nudam illam, sed βεβαιωτικῷ τῷ τοι stabilitam.

XVIII. At γὰρ afficit particulam τοὶ, quando confirmationis argumentum adfert: et sic redditur commode *Et sane; nam.* vid. Lys. Or. Fun. pag. 498. qui loquens de institutis majorum, eos existimavisse ait, θηρίων μὲν ἔργον εἶναι ὑπ' ἀλλήλων βίᾳ κρατεῖσθαι· ἀνθρώποις δὲ προσήκειν νόμῳ μὲν ὁρίσαι τὸ δίκαιον, λόγῳ δὲ πεῖσαι, ἔργῳ δὲ τούτοις ὑπηρετεῖν, ὑπὸ νόμου μὲν βασιλευομένοις, ὑπὸ λόγου δὲ διδασκομένοις. i. e. *Ferarum esse, aliam inter ipsas in aliam dominari, homines vero decere, tum lege justum terminare, tum ratione persuadere, tum facto illis operam præstare, qui et legum imperio parent, et ratione utuntur magistra.* Hoc laudandum majorum institutum et τοὶ affirmat, et γὰρ exemplo probat, cum ita pergit: Καὶ γάρ τοι καὶ φύντες καλῶς, καὶ γνόντες ὅμοια, πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστὰ οἱ πρόγονοι τῶν ἐνθάδε κειμένων εἰργάσαντο, ἀείμνηστα δὲ καὶ μεγάλα, καὶ πανταχοῦ οἱ ἐξ ἐκείνων γεγονότες τρόπαια διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν κατέλιπον. Quod si ellipsis admittitur, res erit planissima, cum sit τοὶ antiquus dativus, vel potius ablativus, pro quo postea τῷ dixerunt, et ἔργῳ intelligatur: idem erit, quasi dixisset: καὶ τῷ ἔργῳ τοῦτο ἀπέφηναν, φύντες γὰρ καλῶς etc. Reddo igitur: *Et sane; nam et egregie nati, et natalibus congrua sentientes, multa egregia et admiranda majores eorum, qui hic jacent, gesserunt, et æterna memoria digna, et magna, et ubivis, qui ex iis nati sunt, tropæa sua virtute reliquerunt.*

XIX. Pro καὶ γάρ τοι habet Lysias καί τοι γὰρ in orat. fun. pag. 522. ubi de gloria majorum loquens, ait, illos sic vitam finivisse, ut eam non fortunæ committerent, neque ultro ad se venientem mortem exspectarent, sed ipsi pulcerrimam eligerent. Καί τοι γὰρ ἀγήρατοι μὲν αὐτῶν αἱ μνῆμαι, ζηλωταὶ δὲ αὐτῶν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱ τιμαί. *Et sane; nam et memoria eorum continua successione ad posteros transmittetur, et gloria omnibus incitamento erit.*

Digitized by Google

ΚΑΙ' ΔΗ', ΚΑΙ' ΔΗ' ΚΑΙ', ΚΑΙ' ΔΗ' ΟΥ῏Ν.

I. Particulæ καὶ δὴ principio quidem ita junguntur, ut ambæ primariam servent potestatem, illaque sit συμπλεκτικὴ, hæc χρονικὴ, et significent *et jam*, [G. *und schon*] ut apud Hom. Il. Α. v. 161.

> Ἀλλά σοι, ὦ μέγ' ἀναιδὲς, ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς,
> Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε, κυνῶπα,
> Πρὸς Τρώων, τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις.
> Καὶ δή μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς.

Sed te, o impudentissime, simul secuti sumus, ut tu gauderes, ad pœnas expetendas a Trojanis Menelai et tui gratia, o os caninum, quorum neque curam, neque rationem habes: et jam ipse minaris, te mihi præmium esse erepturum. ubi δὴ notat tempus, *jam*, et καὶ jungit præcedentia merita et præsentes Agamemnonis minas, meritis contrarias.

II. Sed ἐπίδοσις hæc clarior est, ubi totum hoc καὶ δὴ redditur *protinus*, *continuo*, *statim*, *illico*, vel *etiam*, utpote compositum ex *et* et *jam*, [G. *auch sogleich*] ut in exemplis, quæ pro hoc usu affert Budæus pag. 484. E. G. Apud Dem. pro Cor. Δεινὸν, καὶ γόητα, καὶ σοφιστὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων ἐμὲ, ὡς, ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα. *Terribilem me, et præstigiatorem, et sophistam vocans, et id genus alia nomina cumulans, quasi, si quis occupando ea, quæ sibi insunt, de alio dixerit, ea continuo alteri revera insint.* Sensus τοῦ καὶ ἐπιδοτικὸς, qui hic latet, sic erui potest: Quasi ea, non tantum intercedentibus argumentis, utcunque veris aut falsis, sed etiam statim ob id ipsum, quod prior dixerit, constet esse vera. i. e. *continuo*, *protinus*. et hoc modo fortasse est intelligendus Hesychius, quum καὶ δὴ explicat per ἤδη.

III. In exemplo tamen, quod ibidem affert Budæus ex Aristidis Panathen. καὶ potius ἑτοιμότητα significat, et δὴ est παρακελευστικόν. [G. *Nun sofort.*] Verba sunt: Ἀλλ', ἵνα μὴ πολλὰ τοιαῦτα λέγων πόῤῥω τοῦ καιροῦ γένωμαι, παρεὶς ἅπαν τὸ μέσον, καὶ δὴ πρὸς αὐτὰ τὰ κύρια τοῦ λόγου τρέψομαι. Quasi se ipsum excitans, dicat, *Age, jam ad ea me convertam, quæ ad orationem proprie spectant.* Ita apud Eurip. in Phœniss. v. 390. Jocasta a Polynice excitata, ut libere interroget, sese et ipsa excitans ait parato promtoque animo: Καὶ δή σ' ἐρωτῶ. [G. *und so frage ich dich dann.*]

IV. Confirmando proposito inserviunt hæ Particulæ ἐν τοῖς μερισ-

Digitized by Google

μοῖς, quando, quod in genere dictum est, mox per species explicatur aut ostenditur. ut apud Plat. in Timæo pag. 74. Ὅσα μὲν οὖν ἐμψυχότατα τῶν ὀστῶν ἦν, ὀλιγίσταις ξυνέφραττε σαρξίν· ἃ δ' ἀψυχότατα, ἐντὸς πλείσταις καὶ πυκνοτάταις. *Quæ ossa maxime sunt animata*, h. e. motu suo sive interiori impelluntur, *exiguis communivit carnibus* Deus, quales sunt articuli. Hæc strictius expositurus, ita pergit: Καὶ δὴ κατὰ τὰς ξυμβολὰς τῶν ὀστῶν, ὅπῃ μή τινα ἀνάγκην ὁ λόγος ἀπέφαινε δεῖν αὐτὰς εἶναι, βραχεῖαν σάρκα ἔφυσεν. *Et sane circa ossium commissuras, ubi ratio non ostendit, eas necessario adesse oportere, exiguas carnes adjecit.* [G. *Und so hat er denn etc.*] Quamvis ne his quidem usus παρακελευστικὸς omnino excludi debeat. Accingens enim se ad probanda, quæ modo dixit, se ipsum excitans, ita infit, καὶ δὴ etc. q. d. *Age, videamus, an hæc ita sint.*

V. Hic aliquando interrumpuntur καὶ δὴ, interposito vocabulo, ut apud Aristot. Eth. lib. X. cap. 7. extr. Τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει, κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐσθ' ἑκάστῳ. Hoc est illud generale. *Quod enim proprium cuicunque natura, hoc unicuique est optimum et jucundissimum.* Sequitur species cum nota asseverationis: ΚΑῚ τῷ ἀνθρώπῳ ΔῊ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος. *Et homini sane vita menti conveniens optima est, siquidem hac maxime parte est homo.* Interpres reddit *Ergo*, quasi τὸ δὴ esset συλλογιστικόν. Atqui conclusio sequitur: Οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος. *Est igitur hic beatissimus.*

VI. Βεβαιωτικῶς quoque semota a καὶ particula δὴ est in illo Platonis in Theæt. pag. 188. [T. II. p. 148. ed. Bip.] Πῶς οὖν τί ἐροῦμεν, ἐάν τις ἡμᾶς ἀνακρίνῃ· Καὶ τίς ἀνθρώπων τὸ μὴ ὂν δοξάσει; ΚΑῚ ἡμεῖς ΔῊ πρὸς ταῦτα φήσομεν· Ὅταν γε ἀληθῆ μὴ οἴηται οἰόμενος. *Quomodo igitur aut quid dicemus, si quis non interroget, quis hominum id, quod non est, opinari possit? Et nos profecto ad hæc dicemus: Certe quum is, qui opinatur, non opinatur vera.*

VII. Est et καὶ—δὴ ὑπερθετικὸν in tertio gradu, quem indicavi supra, nempe quum indicat orationem ad institutum terminum deductam. Exemplum habet Plato in Phædr. pag. 229. [T. X. p. 285. ed. Bip.] Agit de fabula Orithyiæ ab Aquilone raptæ, et, postquam exposuerat, quomodo hoc sit intelligendum, tanquam cumulum addens explicationi, subdit: ΚΑῚ οὕτω ΔῊ τελευτήσασαν λεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι. *Et ita tandem mortuam fabulæ locum dedisse, quasi ab Aquilone fuisset rapta.*

VIII. Particulam δὴ et præcedit, et sequitur καὶ, ut fiat καὶ δὴ καὶ, quorum illud est copulativum, hoc ἐπιδοτικόν. Singularum potestas satis superque supra exposita est, quare solum restat, ut ostendamus, quos usus particulæ ita conjunctæ præbeant. Et primo quidem adhibetur καὶ δὴ καὶ, [G. *und dann auch*] quum, relatis aliis nonnullis, aliquid inferunt, quod vel instituta oratio requirit, vel strictius ex duabus aut pluribus rebus unam confirmare

Digitized by Google

aut urgere volunt. Ita apud Plat. de Rep. lib. IV. initio. [T. VI. p. 326. ed. Bip.] Adimantus cum Socrate disputans, num expediat urbis custodibus opes concedere, nec ne; præmittit, non oportere nullum ex rep. administranda ad eos redire emolumentum, cum cæteri cives agros possideant, domos, suppellectilem; deinde veniens ad institutam disquisitionem, subdit: Καὶ δὴ καὶ, ἃ νῦν δὴ ἔλεγες, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον κεκτημένοι, καὶ πάντα ὅσα νομίζεται τοῖς μέλλουσι μακαρίοις εἶναι. *Atque illud etiam, quod res est, quodque modo dicebas, aurum et argentum possidentes, aliaque omnia, quæ ad vitæ felicitatem conferre putantur.* Similiter in Phædr. pag. 274. [T. X. p. 379.] agens de literarum inventione, Theuth, ait, πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα. *Invenisse* illum ait *et numerum, et computandi rationem, et geometriam, et astronomiam, adhæc talos et aleam:* ubi vero ad id pervenit, quod maxime intendebat oratio, addit, καὶ δὴ καὶ γράμματα. *Et præter hæc etiam literas.*

IX. *Secundo* utuntur Græci particulis καὶ δὴ καὶ, [G. *und so auch*] ubi, refutatis, quæ objiciebantur, ad conclusionem properant, quod cum fiat fere cum aliqua προθυμίᾳ, hortationem habet. Ita apud eundem de Rep. lib. IV. pag. 420. [T. VI. p. 328. ed. Bip.] ubi, confutatis, quæ contra felicitatem custodum urbis inferebantur, ita redit ad institutam orationem: Καὶ δὴ καὶ νῦν μὴ ἀνάγκαζε ἡμᾶς [G. *und so nöthige uns itzt aucht nicht*] τοιαύτην εὐδαιμονίαν τοῖς φύλαξι προσάπτειν, ἣ ἐκείνους πᾶν μᾶλλον ἀπεργάζεται, ἢ φύλακας. *Quare age, nunc etiam ne cogas nos talem felicitatem custodibus assignare, quæ ipsos quidvis potius quam custodes reddat.*

X. *Tertius* usus est ἐν ταῖς τῶν παραβολῶν ἀποδόσεσιν, ut cum Æschines contra Ctesiph. pag. 306. ait, Demosthenem ipsum comparare Sirenibus: Καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνων οὐ κηλεῖσθαί φησιν τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι, διόπερ οὐκ εὐδοκιμεῖν τὴν τῶν σειρήνων μουσικήν. *Etenim ab illis non mulceri ait auditores, sed perdi, ideo earum Musicam non laudari.* Tum ἀποδοτικῶς· Καὶ δὴ καὶ τὴν ἐμὴν λόγων ἐμπειρίαν, καὶ τὴν φύσιν μου γεγενῆσθαι ἐπὶ βλάβην τῶν ἀκουόντων. *Et sane meam quoque dicendi peritiam et ingenium ad auditorum perniciem esse comparatum.* [G. *und sonach wär' auch meine Rednergeschicklichkeit und mein Talent den Zuhörern schädlich.*]

XI. *Quarto* utuntur, quum a thesi ad hypothesin transeunt, ut Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 260. Thesis est: *Sapientium dicta non sunt rejicienda, sed, quod dicunt, expendendum.* Sequitur hypothesis, rem imprimis tangens: Καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν λεχθὲν οὐκ ἀφετέον. *Et sane hoc etiam non prætermittendum est.* [G. *und sonach wär' auch das eben angeführte nicht unbeachtet zu lassen.*]

XII. Hic additur etiam particula ἂν inchoans et applicans; ita potuisset dicere Plato, καὶ δὴ ἂν καὶ τὸ νῦν λεχθὲν etc. ut loquitur

in eod. Phædr. pag. 235. [T. X. p. 295. ed. Bip.] Præmiserat nempe hanc thesin: scriptorem commendandum non solum ob id, quod nitide, rotunde et diligenter verba tornaverit, sed quod ea, quæ dicenda sunt, dixerit: mox, translata thesi ad hypothesin, hæc accomodat Lysiæ: Καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοξε δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς ἐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ. *Atque adeo mihi visus est bis et ter eadem dixisse, quasi non admodum instructus copia de eadem re multa dicendi.* [G. *und so hat es mir also geschienen, als ob er das nemliche zwey bis dreymal gesagt hätte.*]

ΚΑΙ ΜΑΛΑ, ΚΑΙ ΜΑΛΑ ΓΕ.

I. In καὶ μάλα τὸ καὶ semper est ἐπιδοτικὸν, et μάλα præcedenti orationi cumulum addit. Maximus harum particularum usus est in responsionibus affirmativis, adferuntque indicium cupide consentientis. In continuata vero oratione μάλα pertinet ad vocem sequentem, neque afficit præcedentem particulam καί· quare hoc non morans, illud uno alteroque exemplo adstruam. vid. Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 346. ed. Bip.] Ἐὰν μὲν οὗτος (λόγος) ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής, ἐὰν δὲ ἐξαλειφθῇ, καὶ ἄμοιρος γένηται λογογραφίας τε καὶ τοῦ ἄξιος εἶναι τοῦ συγγράφειν, πενθεῖ αὐτός τε καὶ οἱ ἑταῖροι. *Si hæc steterit, gavisus abit e concione auctor: sin autem fuerit explosa, et deleatur tanquam orationis dignitate destituta, luget et ipse, et ipsius sodales.* Respondet Phædrus: Καὶ μάλα. h. e. οὐ πενθεῖ ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ μάλα πικρῶς. *Etiam graviter.* [G. *und zwar gar sehr.*] Rursus lib. VI. de Rep. pag. 508. [T. VII. p. 119. ed. Bip.] Ἀμβλυώττουσί τε καὶ ἐγγὺς φαίνονται τυφλῶν, ὥσπερ οὐκ ἐνούσης καθαρᾶς ὄψεως; Καὶ μάλα, ἔφη. *Cæcutiunt et parum a cæcitate absunt, quasi purus visus iis non insit? Et maxime, inquit.*

II. Quod si opus sit affirmativum καὶ μάλα adstringere, additur περιγραφικὸν γε, ut apud eundem initio Gorgiæ, loco supra allato: Κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν. ΚΑΛΛ. Καὶ μάλα γε. [G. *und das wohl gewiss.*]

III. At in continuata non tantum oratione, sed etiam in responsionibus affirmativis, μάλα non afficit καί, quoties aliquid sequitur, quod τὸ μάλα tunc amplificat ὑπερθετικῶς, ut apud eundem in Phædro pag. 265. [T. X. p. 360. ed. Bip.] dicenti Socrati: Ὁ μὲν ὡς τῷ ἐρῶντι, ὁ δ᾽, ὡς τῷ μὴ, δεῖ χαρίζεσθαι, ἐλεγέτην. *Alter ait, amanti, alter non amanti, esse gratificandum.* respondet Phædrus: Καὶ μάλ᾽ ἀνδρικῶς. ubi καὶ est quidem ἐπιδοτικὸν, pro οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ, sed μάλα afficit adverbium ἀνδρικῶς, quod auget. *Etiam admodum fortiter.*

Digitized by Google

ΚΑΙ' ΜΕ'Ν. ΚΑΙ' ΜΕ'Ν ΔΗ'. ΚΑΙ' ΜΕ'Ν ΔΗ' ΚΑΙ'.

I. Particulæ καὶ sæpe subjunguntur duæ particulæ μὲν δὴ inchoativæ, ut fiat καὶ μὲν δή. De usu particularum μὲν δὴ infra dicendi dabitur locus, nunc videndum, quam illis τὸ καὶ mutationem adferat. Utimur nempe τοῖς μὲν δὴ, quoties vel totam orationem inchoamus, vel saltem insigniorem orationis partem, at præfixum καὶ est vel συμπλεκτικὸν, quum præcedentibus novum quid, quodque imprimis urgeat, illatum conjungit; vel προτρεπτικὸν, quum, qui loquitur, vel se ipsum excitat, vel auditorem lectoremve ad se accingendum novæ attentioni. Tale est illud Platonis in Phædr. pag. 231. [T. X. p. 290. ed. Bip.] ubi probatum it, potius obtemperandum esse non amanti, quam amanti; superioribus argumentis novum additurus, hoc ita inchoat: Καὶ μὲν δὴ, εἰ μὲν ἐκ τῶν ἐρώντων τὸν βέλτιστον αἱροῖο, ἐξ ὀλίγων ἄν σοι ἡ ἔκλεξις εἴη· εἰ δ' ἐκ τῶν ἄλλων τὸν σαυτῷ ἐπιτηδειότατον, ἐκ πολλῶν· ὥστε πολὺ πλείων ἐλπὶς ἐν τοῖς πολλοῖς ὄντα τυχεῖν τὸν ἄξιον τῆς σῆς φιλίας. Apud Latinos inter particulas his proxime accedunt: *et vero*, vel *quin*. [G. *und zwar— dann.*] Est quasi dicas: *Age vero, videamus hoc, si ex amantibus optimum eligere debes, optio tibi erit ex paucis: sin autem ex aliis eum, qui tibi maxime sit idoneus, optio dabitur ex multis, ita ut multo major spes sit, fore ut in multis invenias dignum tua amicitia.* Sic pag. seq. extr. Καὶ μὲν δὴ τῶν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθυμήθησαν, ἢ τὸν τρόπον ἔγνωσαν. *Age, adde et hoc, multos amantes desiderio capi corporis, priusquam mores habeant cognitos.*

II. Quod si τοῖς καὶ μὲν δὴ adjicitur alterum καὶ, hoc est ἐπιδοτικὸν, et commode totum hoc καὶ μὲν δὴ καὶ redditur, *quin etiam*, ut apud Isocrat. in Panegyr. pag. 94. Πρώτη καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν κατεστήσατο, et reliqua. *Prima et leges tulit et rempublicam constituit.* Quod postquam probaverat, superaddit: Καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας, καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὑροῦσα, τὰς δὲ δοκιμάσασα, χρῆσθαι τοῖς λοιποῖς παρέδωκε. *Quin etiam artium alias ad vitæ necessitatem utiles, alias ad voluptatem excogitatas, partim inventas, partim probatas, quibus uterentur, reliquis tradidit.* Et apud Plat. in Phædr. pag. 233. [T. X. p. 293. ed. Bip.] *Si*, inquit, *egentibus maxime gratificandum est, oportet etiam ex reliqua turba non optimos, sed pauperrimos beneficiis augere: nam, qui maximis malis fuerint liberati, majores gratias illis habebunt.* Tum addit: Καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις οὐ τοὺς φίλους ἄξιον παρακαλεῖν, ἀλλὰ τοὺς προσαιτοῦντας, καὶ τοὺς δεομένους πλησμονῆς. *Quin etiam in privatis sumtibus ad convivia vocare par erit non amicos, sed mendicos et alimentum petentes.* [G. *und zwar müsste man dann auch* —]

Digitized by Google

ΚΑῚ ΜῊΝ, ΚΑῚ ΜῊΝ ΚΑῚ, ΚΑῚ ΜῊΝ ΠΟΥ ΚΑΊ.

I. Cum καὶ μὴν constet ex καὶ συμπλεκτικῷ vel ἐπιδοτικῷ, et μὴν, cujus nativa potestas affirmativa est, totum hoc aggregatum καὶ μὴν affirmantis et exaggerantis signum est. Quando καὶ est copulativum, conjungit præcedentibus sequentia, quæ confirmat τὸ μὴν, et redditur Latine, *Et sane*, *Et profecto*, *Et quidem*. [G. *und sicherlich; und in der That; und gewiss.*] ut apud Xenoph. lib. II. Memorab. pag. 752. Κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι, κἂν πολεμῇ τίς τινι, συμμάχων δεήσεται, καὶ τούτων πλειόνων, ἐὰν καλοῖς κἀγαθοῖς ἀντιτάττηται· καὶ μὴν οἱ συμμαχεῖν ἐθέλοντες εὐποιητέοι, ἵνα θέλωσι προθυμεῖσθαι. *Etiam hoc constat, si quis cum aliquo bellum gerat, opus ipsi esse sociis, et his pluribus, si strenuos habeat adversarios; et sane, qui sociam opem ferre volunt, beneficiis eos demereri oportet, ut alacribus animis advolent.* Eurip. in Phœniss. v. 707. ubi Creon Eteoclen conspiciens, ait, se cupidem fuisse ipsum videndi. Respondet alter:

Καὶ μὴν ἐγώ σ' ἔχρῃζον εἰσιδεῖν, Κρέον.

Et ego profecto cupiebam te videre.

II. Quanquam in verbis Eteoclis καὶ potest etiam vim præstare ἐπιδοτικὴν, ut sit sensus: *Profecto ego quoque videre te cupiebam.* ut est apud Aristoph. in Vesp. v. 519. Dicenti Philocleoni: Καὶ τούτοισί γ' ἐπιτρέψαι θέλω. *Et quidem hos constituam arbitros.* respondet Bdelycleo: Καὶ μὴν ἐγώ. *Ego sane etiam.* Dicenti quoque Socrati apud Xenoph. lib. II. Memorab. pag. 753. non imperitum se esse venandi homines, respondet Critobulus: Καὶ μὴν, ὦ Σώκρατες, τούτων ἐγὼ τῶν μαθημάτων πάλαι ἐπιθυμῶ. *Ego quoque profecto, mi Socrates, harum artium dudum cupidus sum.*

III. Hinc redditur *quin*, vel *quin etiam*, ut in his duobus Homeri locis, quæ dat H. Stephanus ex Od. Λ. v. 592. ubi Ulysses recensens manes, quos apud inferos vidit, aliis nominatis addit:

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα.

Quin etiam Tantalum vidi, graves dolores patientem. Et paulo post v. 592.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα.

Ubi καὶ est ἐπιδοτικὸν, plane ut in καὶ δὴ paulo ante vidimus: quare etiam Hesychius explicat καὶ μὴν per καὶ ἔτι.

Digitized by Google

IV. In his notionibus usus imprimis duplex notandus venit, in neutro abest asseveratio. Prior est, ubi novum quid infertur. Latini solent fere adhibere *at*. Sic apud Aristoph. in Vesp. v. 859. postquam Bdelycleon imperaverat, ut nonnulla adferrentur, interveniens chorus ait:

Καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς καὶ ταῖς εὐχαῖς
Φήμην ἀγαθὴν λέξομεν ὑμῖν.

At nos super libamentis et votis bona verba vobis dicemus. Si hoc reducemus ad superiora, videbimus τὸ καὶ esse ἐπιδοτικὸν, et μὴν asseverare: qui enim chorum referunt, audientes, alios alia apportare, se *quoque* dicunt, quod suum erat, ad fœdus feriendum collaturos *asseverant*. Q. d. *Nos quoque profecto* etc. Obscurius apud Euclid. in Optic. pag. 603. ubi disputatur, an imagines rerum visarum ad oculos fluant, et hoc modo res conspiciantur. Quod cum fuerat infirmitatum, eo quod sic nunquam fieret, ut quis acum quærens non inveniret: excipit alter, non omnes imagines ad oculum fluere; rogatusque causam, Καὶ μὴν τὴν φύσιν ἔφασκε κατὰ τὰ ζῶα τὰ μὲν τῶν αἰσθητηρίων πρὸς ὑποδοχὴν εὔθετα κατεσκευακέναι, τὰ δὲ μή etc. novum tanquam hoc inferens, unde instantibus convenire videtur. *At vero naturam dicebat in animalibus sensuum instrumenta ita fecisse, ut eorum alia ad recipiendum essent accommodata, alia non item.*

V. Ad hunc usum refer imprimis, quando res proponitur non nova tantum, sed et inopina, quodque nemo facile exspectaverit; ut apud Lucian. Tom. III. in Lapith. pag. 430. Ἐγελάσατε, ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπινον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ Ἡρακλέους; Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς, ἢν μὴ λάβῃ παρ' ἐμοῦ τὸν σκύφον, οὔποτε τοιοῦτος ἂν υἱὸς αὐτῇ γένοιτο, οἷος ἐγὼ, ἄτρεπτος μὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὴν γνώμην, τὸ σῶμα δὲ οὕτω καρτερός. *Risistis, purgamenta, quod sponsæ propinavi advocato deo nostro Hercule? At vero probe sciendum est, nisi acceperit a me scyphum, nunquam ipsi nasciturum filium talem, qualis ego sum, invictum viribus, animo liberum, et corpore sic robustum.*

VI. Avide hanc novæ accessionis significationem arripuerunt Tragici et Comici, cum colloquentibus aliam ex improviso intervenientem personam inducunt: estque hic alter usus. Ita colloquentibus Menelao et Oreste apud Eurip. in Orest. v. 456. intervenientem Tyndareum indicat Chorus:

Καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἁμιλλᾶται ποδὶ
Ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως μελάμπεπλος.

At senili huc pede festinat Spartiates Tyndareus in nigra veste. Chorus item v. 1503.

Καὶ μὴν ἀμείβει καινὸν ἐκ καινῶν τόδε·

Digitized by Google

Ξιφηφόρον γὰρ εἰσορῶ πρὸ δωμάτων
Βαίνοντ' Ὀρέστην ἐπτοημένῳ ποδί.

At alternatur aliud ex alio novum; video enim armatum ense ante ædes gradientem Oresten attonito pede. Et sic sæpius.

VII. Ex hac rei novæ atque inopinæ notione nascitur usus ἀποστατικός; convenit ergo καὶ μὴν ex abrupto loquentibus. Ita Lucian. adv. Indoct. sic inchoat totam super hoc orationem: Καὶ μὴν ἐναντίον ἐστὶν οὗ ἐθέλεις, ὃ νῦν ποιεῖς. *At contrarium est consilio tuo, quod nunc facis.*

VIII. Quum novum, quod infertur, est objicientis, reddimus Latine *atqui*. Nempe, qui opponunt vel excipiunt, eam oppositionem vel exceptionem affirmare amant, quo officio fungitur μήν. ut apud Eurip. in Phœniss. v. 728. Eteocles illic, quamvis numero impar, tamen fretus virtute copiarum, suos educere vult, et in hostes irruere. Cui objicit Creon superioribus novum hoc argumentum:

Καὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐστι πᾶν εὐβουλία.

Atqui tota victoria pendet a consilio.

IX. Convenit quoque inchoanti, et se accingenti, cum nempe constet ex καὶ προθυμητικῷ et μὴν itidem asseverante. Platonis hæc sunt in Phædro non longe a principio: ubi Phædrus, adhortante Socrate, ut narret, quos ipse cum Lysia sermones cecidisset, infit hoc prologo utens: Καὶ μὴν, ὦ Σώκρατες, προσήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή. *Et hæc quidem, o Socrates, tuis auribus digna est oratio.* Ita Philocleon apud Aristoph. in Vesp. v. 546. de felicitate judicum orationem inchoaturus, infit:

Καὶ μὴν εὐθὺς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω
Τῆς ἡμετέρας, ὡς οὐδεμιᾶς ἥττων ἐστὶν βασιλείας.

Age, inde ab ipsis carceribus incipiens ostendam nostrum imperium quolibet regno non esse inferius.

X. Adhiberi quoque possunt hæ particulæ in hortationibus, non ipsæ quidem παρακελευστικαὶ, sed sufficientes novum stimulum, ut apud eund. in Pac. v. 512.

Ἄγε νῦν, ἄγε πᾶς·
Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν, ἤδ' ἐγγύς.
Μὴ νῦν ἀνῶμεν, ἀλλ' ἐπεντείνωμεν ἀνδρικώτερον.

Digitized by Google

Age nunc, age quisque. Quin non longe est, et prope. Ne nunc remittamus, sed intendamus fortius.

XI. Est etiam minitantis; hic enim solet, quæ minatur, asseveratione fulcire, quo metum augeat, ut vidimus supra in ἦ μήν. Locus est Aristophanis in Pluto v. 929. Inducit illic Justum Sycophantæ imperantem: Κατάθυ ταχέως θοιμάτιον. Ἔπειθ' ὑπόλυσαι. *Depone illico vestem: deinde dissolve calceos.* Respondet interminans Sycophanta:

Καὶ μὴν προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἐνθαδὶ
Ὁ βυλόμενος.—

Quin age, accedat ad me vestrum huc aliquis, qui voluerit. Non exprimit quidem mala, sed minacem ea intelligere quis non videt? Certe in hanc sententiam pronior sum, quam in adversativam, quam non sine labore in his verbis quærit Devarius, ut potestatem ἐναντιωματικὴν, quam initio statuit, probet: intelligit ille ad sensus integritatem: *Quamvis adeo audacter mihi imperes, ut vestem deponam et calceamenta; accedere tamen ad me, et manus mihi injicere nemo vestrum audebit.*

XII. Particulis καὶ μὴν adjicitur alterum καὶ, quod semper est ἐπιδοτικόν. Usique sunt Græci, quando ad ulteriorem partem procedit oratio: redduntur que *quin etiam.* ut apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 485. [T. VI. p. 71. ed. Bip.] ubi disputat de philosophorum natura, disciplinam semper sectantium ejus rei, quæ re vera est: tum addit: καὶ μὴν καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς, καὶ ὅτι σμικρῦ, ὅτι μείζονος, ὅτι τιμιωτέρυ, ὅτι ἀτιμοτέρυ μέρυς ἑκόντες ἀφίενται. *Quin etiam universam hanc* (amant), *neque ullam ejus partem negligunt, sive parvam, sive magnam, sive pretiosiorem, sive viliorem.*

XIII. Sed non semper ita junguntur καὶ μὴν καὶ, fitque, ut inter μὴν et καὶ unum plurave vocabula intercedant; sed hic cautio adhibenda; nam nonnunquam alterum illud καὶ a καὶ μὴν separatum, seorsim spectandum venit, pertinetque ad diversum sententiæ membrum, quod interponitur; ut apud Dem. de fals. Legat. pag. 211. Καὶ μὴν, ὅτι χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας, ἣν τὰ πεπραγμένα ἔχει, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι περιεστᾶσιν ἐκ τύτων τὴν πόλιν, ῥᾴδιον δεῖξαι. ubi καὶ μὴν pertinet ad ῥᾴδιον δεῖξαι· et alterum καὶ ἐπιδοτικὸν referendum est ad superius χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης, pro, ὐ μόνον αἰσχύνη καὶ ἀδοξία, ἀλλὰ καὶ κίνδυνοι. Structura ergo est: Καὶ μὴν ῥᾴδιον δεῖξαι, ὅτι χωρὶς αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι περιεστᾶσι τὴν πόλιν. *Quin præter reliquum dedecus et infamiam, quæ in actis insunt, magna etiam pericula inde civitatem circumdare, facile demonstrari potest.*

XIV. Dicitur etiam καὶ μὴν γε καὶ, contrario quodam usu ac καὶ μὴν γε. In his enim τὸ γε limitat, adjuvat, auget potestatem τῦ καὶ

Digitized by Google

μὴν contra πυ aliquo modo imminuit: conveniuntque hæ particulæ Socrati, et Socratico mori εἰρωνεύοντι, raro aliquid affirmanti, sed asseverationem ex alterius judicio suspendenti. Ita more suo Socrates apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 485. [T. VII. p. 53. ed. Bip.] describit illic, ut modo vidimus, Philosophi naturam, veritati intenti, a mendacio alieni, a corporeis cupiditatibus liberi. His subditurus, animum ejus non debere esse illiberalem, ita præfatur: Καὶ μὴν πυ καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. ubi καὶ sequentia præcedentibus jungit, μὴν asseverat, πυ nimiæ asseverantis confidentiæ atque fortasse arrogantiæ, quæ asseverationi inesse possit videri, medelam affert, eam imminuendo (q. d. fortasse hoc certum haberi debet) vi sua στοχαστικῇ· et tandem alterum illud καὶ est ἐπιδοτικόν. Sic quatuor particulæ καὶ μὴν πυ καὶ exercent singulæ egregie suam potestatem, neque nulla suo fungitur officio. *Et profecto etiam pro certo haberi debet, hoc esse observandum, quum judicare velis naturam, quæ sit philosophica, et quæ non.*

ΚΑΙ' ΝΥ͂Ν.

I. Nihil dicam de tritissimo particularum καὶ νῦν usu vel potestate, quum potius utraque per se spectanda sit, quando notant *et nunc*, vel *nunc etiam*, ut Act. Apost. XVI. 37. Sed non prætermittendos duxi duarum aggregatarum usus varios. Et generatim quidem notant μετάβασιν, non tam ab una ad aliam orationis partem, aut ab argumento ad argumentum; quam qua a præmissis necessariis ad rem ipsam, quæ maxime intenditur, transitur. Neque res ea ratione caret; nam cum καὶ συμπλεκτικὸν facilem præbeat a superioribus ad sequentia transitum, ostendit τὸ νῦν, præsentis temporis punctum notans, deductam esse orationem ad id, quod imprimis spectaverat auctor. Minus tamen familiaris est hæc ratio loquendi antiquissimis Græcis, sacris scriptoribus frequentior. Ita Paulus in Act. Apost. cap. XX. ultimum vale senioribus Ephesiis dicturus, primum pluscula dicit de iis, quæ inter ipsos pie candideque egerat: his præmissis, ubi ad rem ipsam pervenit, indicaturus suum ab ipsis discessum, ita pergit comm. 22. Καὶ νῦν ἰδὲ, ἐγὼ δεδεμένος τῷ Πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἱερυσαλήμ. *Et nunc ecce, ego vinctus spiritu proficiscor Hierosolymas.* Mox rursus comm. 25. indicaturus, discessurum se ab ipsis in æternum, quo viam sternat ad pia monita, ait: Καὶ νῦν ἰδὲ, ἐγὼ οἶδα, ὅτι ὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μυ. *Et nunc ecce, ego scio, vos nunquam visuros esse faciem meam.*

II. Specialior usus est in petitionibus, ubi a causis impulsivis transitur ad ipsam petitionem. Ita Macchabæus instituit suas preces lib. II. Macchab. cap. XV. comm. 22. Σὺ, Δέσποτα, ἀπέστειλας τὸν ἄγγελόν συ ἐπὶ Ἐζεκίυ, τῦ βασιλέως τῆς Ἰυδαίας, καὶ ἀνεῖλες ἐκ τῆς παρεμβολῆς Σενναχηρεὶμ εἰς ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας. Καὶ νῦν, Δυνάστα τῶν ὐρανῶν, ἀπόστειλον ἄγγελον ἀγαθὸν ἔμπροσθεν ἡμῶν εἰς δέος καὶ τρόμον. *Tu, Domine, misisti angelum tuum tempore Ezechiæ, regis*

Digitized by Google

Judææ, et occidisti in castris Sennacherimi ad centum et octoginta quinque millia. Et nunc, o Regnator cœlorum, mitte angelum bonum ante nos ad metum et terrorem.

III. Hinc aptæ sunt particulæ conclusionibus, ut in oratione Pontificali in Evang. Joann. cap. XVII. comm. 5. Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω. ΚΑΙ` ΝΥ῀Ν δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρά σοι. Commode ergo redditur: *nunc igitur*, vel *quare. Ego te glorificavi in terra: opus consummavi, quod mihi faciendum dedisti: quare glorifica me tu, Pater, ea gloria, quam habui apud te, ante mundum conditum.* Sic in Act. Apost. XIII. 11.

IV. Qui hortatur, monet, petit, moram fere exosus, præsentia urget, unde aptissima est particula νῦν adhortationibus, juncta imperativo modo, præcipue quando τῷ καὶ tribuitur vis προτρεπτικὴ, ita ut parum differant καὶ νῦν a δὴ vel καὶ δὴ, ut permutantur quoque ἄγε νῦν, ἄγε δή. Καὶ νῦν tamen amant nonnulla præmissa, quæ tanquam προλεγόμενα viam ad sequentem petitionem aut adhortationem sternant. Ita Menelaus apud Euripid. in Orest. nonnulla conquestus de calamitatibus domus suæ, Oresten quærens, a quo audiverat interemtam Clytæmnestram, ait v. 375:

> Καὶ νῦν ὅπου 'στιν, εἴπατ', ὦ νεάνιδες,
> Ἀγαμέμνονος παῖς, ὃς τὰ δείν' ἔτλη κακά:

Et nunc, i. e. *quin agite, o puellæ, dicite, ubi sit Agamemnonis filius, tanta facinora ausus.*

V. Concludunt sæpe et hortantur simul καὶ νῦν, cum commode redduntur *quare age*, ut in oratione Hermocratis apud Thucyd. lib. IV. cap. 63. Postquam Siciliæ civitatibus suaserat mutuam concordiam, et Athenienses, qui subsidio venerant, dimittendos, utpote qui hac occasione Siciliam occupandi facile uti poterant, postea cum majoribus copiis redituri, ita concludit et hortatur: Καὶ νῦν———τοὺς ἐφεστῶτας πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀποπέμψωμεν. *Agite ergo hostes imminentes ex nostra regione amandemus.* In Act. Apost. cap. VII. comm. 34. Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. ΚΑΙ` ΝΥ῀Ν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. *Vidi, vidi vexationem populi mei in Ægypto, et suspiria eorum audivi, et descendi eos ereptum. Quare age, adesdum, mittam te in Ægyptum.*

ΚΑΙ′ ΠΕΡ.

I. Genuina particulæ καίπερ potestas est, *quamquam;* [G. *wiewohl auch;*] nimirum καὶ est ἐπιδοτικὸν, et περ, quod subjungitur, ἀοριστολογικόν. Ita fit, ut καίπερ superiorem affirmationem vel ne-

Digitized by Google

gationem adjuvet interminata magnitudine, v. c. Plat. epist. V. πρὸς ταῦτ' ἂν Εὐφραῖός σοι γίγνοιτ' οὐχ ἥκιστα ἂν χρήσιμος, καίπερ πρὸς ἄλλα ὢν ἀνδρεῖος. *Adhæc igitur Euphræus tibi perutilis esse possit, quamquam et in aliis rebus strenuus est.*

II. Ex potestate ἀοριστολογικῇ, si usum spectamus, nascitur sensus ἐναντιωματικὸς, quem tamen, si proprie loquendum est, malim reddere *quanquam*, *quantumlibet*, *quantumvis* vel *quamlibet*, [G. *wiewohl*, *obgleich*] quam *licet*. Exemplo esto illud Thucydideum lib. IV. cap. 10. Τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται· ὑποχωρήσασι δὲ, καίπερ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος. *Quod enim locus aditu est difficilis, id pro nobis facere puto, qui manentibus nobis erit auxilio; sed recedentibus, quantumlibet difficilis, nemine prohibente, facilis erit.* Ecce duo adversa εὔπορος et χαλεπός. Dubitari tamen possit, si proprie loquamur, an vis adversativa vere in particula καίπερ sit quærenda, cum citra hanc eadem maneat, ut si mutata loquendi forma dicat quispiam: ἐκ τοῦ καὶ χαλεπωτάτου εὔπορον ἔσται. Ecce absque particula eadem adversatio. Si tamen oratio, ut sit adversativa, indigeat ope particulæ ἐναντιωματικῆς, denuo quæri possit, num adversatio non potius sit quærenda in suppressa particula ὅμως vel μέντοι, ut plena sit oratio: Καίπερ χαλεπὸν ὂν, ὅμως εὔπορον ἔσται. Sic apud Lucian. Tom. III. sub finem Lapitharum, ubi Zenothemis inducitur male mulctatus, et tenens altera manu nasum, altera oculum, et præ doloribus se periisse clamitans, ὥστε καὶ τὸν Ἕρμωνα, καίπερ ἐν κακοῖς ὄντα (δύο γὰρ ὀδόντας ἐξεκέκοπτο) ἀντιμαρτύρεσθαι, λέγοντα, Μέμνησο μέντοι, ὦ Ζηνόθεμι, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ἡγῇ τὸν πόνον. Intelligi potest ὅμως ante ἀντιμαρτύρεσθαι. *Ita ut vel Hermon, quantumlibet ipse malo affectus (duo enim ipsi dentes erant excussi) antestaretur dicens: Memento tamen, Zenothemi, te dolorem jam non putare rem indifferentem.* Vide et epist. ad Hebr. cap. V. comm. 8. Καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. Pro ὅμως ἔμαθεν. *Quantumlibet filius, ex iis tamen, quæ passus est, didicit obedientiam.*

III. Ellipsin τοῦ ὅμως supplet Demosth. Philipp. II. sub finem: Ἕκαστον ὑμῶν, καίπερ ἀκριβῶς εἰδότα, ὅμως ἐπαναμνῆσαι βούλομαι. *Vos singulos, quantumlibet probe gnaros, tamen admonitos volo.*

IV. Amant poetæ disjungere interposito vocabulo, ut Hom. Il. Α. v. 217.

Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσσασθαι,
Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. —

Oportet me, o Dea, dicto tibi esse audientem, quantumvis graviter iratum animo. Et Ι. v. 623.

V. Et hic ὅμως addit Euripid. in Orest. v. 679.

Κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι, καὶ γυνή περ οὖσ', ὅμως.

Et ego tibi supplico, quanquam mulier, tamen.

VI. Quin et citra necessitatem particulas disjungit Homerus Il. Ε. v. 135. nam, cum dicere potuisset καίπερ πρὶν, maluit,

Καὶ πρίν περ θυμῷ μεμαὼς Τρώεσσι μάχεσθαι,
Δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἕλεν μένος, ὥστε λέοντα.

Et quantumvis ante animo ardebat cum Trojanis pugnare, tum vero ipsum ter tantum cepit robur, instar leonis.

VII. Jungitur et adverbio apud eundem Il. Ι. v. 247.

— Εἰ μέμονάς γε καὶ ὀψέ περ, υἷας Ἀχαιῶν
Τειρομένους ἐρύεσθαι. —

Si velis, quantumvis sero, filios Achivorum afflictos liberare.

VIII. Ad usum ellipticum quod attinet, triplex est: nam vel abest καί, ut apud Hom. Il. Α. v. 241.

— Τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι, ἀχνύμενός περ,
Χραισμεῖν. —

His nequaquam poteris, quantumvis doleas, prodesse. Pro καίπερ ἀχνύμενος. Vide plura exempla infra in περ. Cæterum hæc ellipsis poëtarum propria est.

IX. Nonnunquam deest περ, ut apud Theogn. v. 1114.

Σὺν σοί, καὶ κακὸς ὢν, γίγνομαι ἐσθλὸς ἀνήρ.

Tecum, quantumlibet malus, evado vir bonus. i. e. καίπερ κακὸς ὢν, γίγνομαι ὅμως. Plura vide supra sect. 1. 5. §. 3. Hæc ellipsis etiam oratoribus est concessa.

X. Est et ubi totum hoc καίπερ intelligendum relinquitur, ut, cum b. Paulus scribit ad Galatas cap. IV. comm. 1. Ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν. Pro, καίπερ ὤν. *Quamdiu hæres infans est, nihil differt a servo, quantumlibet dominus omnium.* Cæterum, quod dicit Devarius, τὸ περ conjunctioni καὶ postpositum, ei adversativum sensum tribuere (vide eum in particula περ) id non magis fieri crediderim in καίπερ, quam in *etiamsi* apud Latinos τὸ *si* adversativum sensum tribuere τῷ *etiam*.

Digitized by Google

ΚΑΙ῍ ΤΑΥ῍ΤΑ.

I. Pronomen plurale neutrum, particulæ καὶ subjunctum, eam non dissimili admodum ratione afficit, ac περ. Utrumque construitur cum participio: utrique tribuitur vis adversativa, quæ tamen in neutro inest nativa, sed adscititia, et fortuita, ut mox liquebit. Observetur triplex tamen discrimen: *primo* καίπερ, ut vidimus, superiorem affirmationem vel negationem adjuvat magnitudine vel additamento interminato, at καὶ ταῦτα terminato. [G. *und das zwar*] ut cum Plato dicit in Gorg. pag. 508. [T. IV. p. 132. ed. Bip.] Σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις, ΚΑΙ῍ ΤΑΥΤΑ σοφὸς ὤν. *Tu mihi videris minus advertere mentem, idque cum sis sapiens.* Si dixisset καίπερ σοφὸς ὤν, esset, *quantumlibet sapiens. Secundo* καίπερ postulat participium absque ellipsi, at καὶ ταῦτα in sensu adversativo fere jubet intelligere verbum ποιέω, aut aliud commodius; ut καὶ ταῦτα ποιεῖς σοφὸς ὤν. *Tertio* καίπερ adjuvat quidem præmissa, sed ipsum tamen jungitur parti adversanti, ut in allato Homeri loco:

—Ἀπαγγεῖλαι δὲ τάχιστα
Χρὴ μῦθον Δαναοῖσι, καὶ οὐκ ἀγαθόν περ ἐόντα.

Jubet illico nuncium referre, et tamen fatetur non esse lætum. Id, quod lætum non est, videtur impedire, quominus celeriter referatur, quod impedimentum tollit καίπερ. At καὶ ταῦτα, ipsum adjuvans, etiam jungitur voci adjuvanti, et præmissis cumulum addenti, ut cum Demosthenes dicit Epist. 3. prope fin. indignans: Πῶς οὐκ ἀτυχής; ᾧ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ πρὸς Ἀριστογείτονα ἐμαυτὸν ἐξετάζειν συμβαίνει, καὶ ταῦτα ἀπολωλότι πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα. *Nonne sum infelix, cui ad cætera mala hoc quoque accedit, ut cum Aristogitone me comparem, idque cum perdito incolumem?* Quod cum Aristogitone se comparare cogitur, indignum videbatur, sed indignationi cumulus accedebat, quod ipse perditus erat, ille incolumis. Unde καίπερ (si tamen additamento infinitum quid demas) sæpe pro καὶ ταῦτα ponitur, at non item καὶ ταῦτα pro καίπερ. Sic non licet in illo Homeri pro καίπερ οὐκ ἀγαθὸν ὄντα, dicere καὶ ταῦτα οὐκ ἀγαθὸν ὄντα: nam contrarius poëtæ menti evaderet sensus: *Hoc nunciandum est Danais, idque cum non sit bonum.* Contra καίπερ dicas tutius pro καὶ ταῦτα in illo Platonis καὶ ταῦτα σοφὸς ὤν· καίπερ σοφὸς ὤν. Unde in καίπερ intelligitur ὅμως, ut supra dictum, at non ita convenienter in καὶ ταῦτα.

II. Καὶ ταῦτα igitur, verbatim *et hæc*, cumulum, ut dictum est, præmissis addit, quare recte vertitur, *præcipue, imprimis, præsertim, cum.* [G. *und noch dazu; und vornemlich.*] At, cum dixi, καίπερ pro καὶ ταῦτα poni posse, addidi *sæpe;* nam cum vox adjecta superioribus cumulum addit, eaque per se adjuvat et auget, tum

Digitized by Google

non recte dixeris καίπερ. Dixi etiam, καὶ ταῦτα intelligi velle verbum ποιεῖν, aut aliud commodius, sed itidem addidi, *in sensu adversativo;* alioquin enim ita construitur, ut verbum vix intelligi queat; ut apud Aristoph. in Vesp. v. 549.

Τί γὰρ εὔδαιμον γ' ἢ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστι δικαστοῦ,
Ἢ τρυφερώτερον, ἢ δεινότερον ζῶον, ΚΑΙ῍ ΤΑΥ῍ΤΑ γέροντος;

Quod animal enim beatius est, aut fortunatius, aut delicatius, aut magis terrificum judice, præsertim sene? ubi notandum post καὶ ταῦτα verbum hic nullum commode intelligi posse; unde cognoscimus, ταῦτα in particulæ naturam abiisse. Neque hic καίπερ locum habet, quod nihil aliud, quam tolleret obstaculum, significando, *quantumlibet sene:* at καὶ ταῦτα auget felicitatem judicis cumulo, significando *imprimis sene.* Adde Lucian. T. I. Dial. Vulc. et Jov. ubi Vulcanus Jovis caput securi aperiens, exclamat: Τί τοῦτο; Κόρη ἔνοπλος; Μέγα, ὦ Ζεῦ, κακὸν εἶχες ἐν τῇ κεφαλῇ· εἰκότως γοῦν ὀξύθυμος ἦσθα, τηλικαύτην ὑπὸ τὴν μήνιγγα παρθένον ζωογονῶν, ΚΑΙ῍ ΤΑΥ῍ΤΑ ἔνοπλον. *Quid hoc? Puella armata! Magnum, o Jupiter, malum in capite habuisti: non mirum igitur, in iram pronum te fuisse, cum tantam virginem sub tunica cerebri vivam nutrires, præsertim armatam.* Talia etiam apud Latinos satis sunt trita. vid. Cic. or. III. in Cat. cap. 9. *Cum esset ita responsum, cædes, incendia, interitumque reip. comparari, et ea a perditis civibus.* Et orat. IV. cap. 4. *Vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt.*

III. At pronominis natura non deponitur, quando variatis in constructione casibus invenitur, intellecto verbo ex præmissis repetito. Herod. Clio. cap. 147. Οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια, ΚΑΙ῍ ΟΥ῍ΤΟΙ κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν. *Hi enim soli ex Ionibus non celebrant Apaturia, idque ob cædem commissam.* Supple post καὶ οὗτοι ex præcedentibus, οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια. Sed hoc adeo planum est, et Ionicam simplicitatem sapit, ut ad particulas non apte satis referri possit: certe hoc loco evanescit vis amplificandi.

IV. Assignatur et vis adversativa, cum redditur *Licet, quamvis.* Verum præterquam quod hæc significatio non nativa est, sed fortuita, et a data occasione dependet, merito quæri potest, an rite dicatur particula adversativa, quæ objectionem tollit potius, quam proponit: ut apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 9. de brutis animantibus loquentem: Ταῦτα πάντα, ἀφ' ὧν μάλιστα δεῖ, ἐπίσταται φυλάττεσθαι, ΚΑΙ῍ ΤΑΥ῍ΤΑ εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. *Hæc omnia cavere sciunt illa, quæ maxime sunt cavenda, licet nullius unquam magistri ludum frequentaverint.* Hic καὶ ταῦτα proprie non adversatur, sed objectionem, quæ proponi posset, nempe, quomodo sciant cavere, cum nunquam didicerint, tollit, asserendo, tamen hæc scire animalia. Et, si maxime admittitur vis adversativa, ea non inest

Digitized by Google

in καὶ ταῦτα, neque illud ipsum καὶ ταῦτα significat *licet*, sed in versione *licet* additur, suppleta ellipsi, q. d. *Et hæc faciunt, licet nullius unquam* etc. Quin pro *licet* reddi potest *cum: Cum nullius unquam magistri ludum frequentaverint.*

V. Ellipsin verbi ποιῶ supplet Demosth. pro Phorm. pag. 605. Postquam Apollodoro exprobraverat mores dissolutos, quodque meretriciis amoribus erat deditus, addit: Καὶ ταῦτα γυναῖκα ἔχων ποιεῖς. *Et hæc facis, cum uxorem habeas*, vel, *licet uxorem habeas.*

VI. Aliquando reticetur verbum πάσχω, ubi nempe persona non agens, sed patiens occurrit; ut cum apud Lucian. Tom. III. in Lapith. pag. 435. Hetœmocles querens, se non esse invitatum, ait: Μόνος ἐγὼ σου ἄμοιρος, καὶ ταῦτα ἐν γειτόνων οἰκῶν. *Solus ego apud te exsors, et hoc mihi accidit in vicinia habitanti.* i. e. *licet habitans.* pro καὶ ταῦτα πάσχω· vel καίπερ οἰκῶν, observata tamen qualicunque differentia, quam supra dedi. Adde Aristoph. in Plut. v. 1176.

— Καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω,
Καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἱερεὺς τοῦ Διός.

Non habeo, quod edam, idque cum sim sacerdos Jovis servatoris, pro, καὶ ταῦτα πάσχω.

VII. Vel πάσχω intelligitur, vel verbum ex præmissis repetendum est apud Heliodor. Æthiop. lib. V. cap. 20. Οὐ γὰρ οἶδα περιτυχὼν ταύτῃ κάλλει, πολλὰς καὶ ταῦτα, καὶ οὐκ ἀδόξους αἰχμαλώτους ἠγμένος. Pro καὶ ταῦτα οὐκ οἶδα. *Non enim memini, me incidisse in talem formam, licet multas et non exoletas captivas abduxerim.* Hic præter consuetudinem post πολλὰς ponitur.

VIII. At rarius καὶ ταῦτα, participio postponitur. Ut apud Aristid. pro Quatuorv. pag. 504. Περικλέους δὲ οὐκ ἐφείσω, τεθνηκότος καὶ ταῦτα. Pro, καὶ ταῦτα τεθνηκότος. *Pericli vero non pepercisti, licet mortuo.*

Quando ita construitur, ut et *præsertim* et *licet* reddi possit, prius fere nervosius est, ut cum Apostolus ait, scribens Hebræis cap. XI. comm. 12. Διὸ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος. *Quapropter ex uno eoque emortuo, nata posterorum multitudo est, quanta est in cœlo stellarum, quantaque arenæ ad oram maris innumerabilis.* Quod si redditur, *licet emortuo*, tantummodo tollitur illud obstaculum, quomodo ex emortuo excitari proles possit, indicaturque ex Abrahamo, quamvis emortuo, tamen natam esse tantam multitudinem. At cum consideramus, Apostoli esse institutum admirabilem fidei vim ostendere, eamque multis exemplis stabilire, significantius indicat καὶ ταῦτα ejus effectus; cum enim sit mirum, ex uno homine tam numerosam nasci

prolem, multo illud magis mirum est, illum unum ad generandum inhabilem, atque adeo quasi emortuum fuisse; credidisse tamen, fidemque secutum admirabilem effectum. In eo, utpote grandi ἐπιδόσει, quasi triumphat oratio, addito insigni cumulo, digno, cui præfigatur καὶ ταῦτα, q. d. καὶ δὴ καὶ νενεκρωμένῳ.

Est et ubi contra neque *præsertim*, neque *licet* recte reddas; inest tamen terminati additamenti notio. Ita loquitur Demosth. Olynth. I. pag. 2. Νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, καὶ ταῦτα, ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. ubi modus terminatur, intellecto non tantum præcedenti verbo γέγονε, sed et extrinsecus adverbio οὕτως, ut plena sit oratio, καὶ ταῦτα γέγονεν οὕτως, ὡς etc. *Nunc enim id, quod omnes jactabatis, Olynthios in Philippum esse concitandos, sponte evenit, et ea quidem ratione, quæ vobis maxime expediat.* Sic potest augmentum sumi a tempore, cum dicitur, καὶ ταῦτα, ὅτι. *Et eo quidem tempore, quo.*

ΚΑΙ` ΤΙ'; ΚΑΙ' ΤΙ, ΚΑΙ' ΤΙ ΚΑΙ'.

I. Καὶ τί; usurpatur, quando, præmissis aliis, quibus diutius inhæsimus, ea tanquam media abrumpentes, transimus ad graviora, vel quæ imprimis rem tangunt, vel maxime dicere volumus. Ita Lucianus adversus Indoct. Tom. III. pag. 111. præmissa prolixiori historia de Neanthi ridicula stultitia, qui, comparata Orphei lyra, putabat, se simul ipsius artem emisse: transit ad recens, quod ætate sua acciderat, exemplum, dicens: Καὶ τί σοι τὸν Ὀρφέα, ἢ τὸν Νέανθον λέγω, ὅπου καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετο τις, καὶ ἔτι ἐστὶν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τοῦ Στωϊκοῦ, κεραμεοῦν ὄντα, τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο. *Et quid tibi Orphea vel Neanthum narro, cum etiam nostra ætate fuerit, et adhuc, opinor, sit, qui Epicteti Stoïci lucernam fictilem ter mille drachmis emit.*

II. At τὶ encliticum si subjungitur τῷ καὶ, imminuit ἐπίδοσιν, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 5. Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι, ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ. ΚΑΙ' ΤΙ αὐτοὺς ὁ στρατὸς, ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ὢν, ἐπίσχε. *Illi vero forte festum aliquod celebrabant, simulque rem cognoscentes, negligebant, quasi, quum exercitum educerent, vel illi ipsos non essent exspectaturi, vel ipsi facile locum per vim recepturi. Adhæc nonnihil ipsos retardabat exercitus, qui adhuc in agro Attico erat.*

III. Additur et alterum καὶ ἐπιδοτικὸν, cujus vim imminuit τὶ, id quod interpretes nonnunquam negligunt, ut apud Arrian. de Exp. Al. lib. II. cap. 22. in fine: Ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα, ΚΑΙ' ΤΙ ΚΑΙ` κατηρείφθη αὐτοῦ παραῤῥαγέν. *Hac parte primum vehementer concussus murus est, atque etiam aliquantulum destructus et perfractus.* ubi καί τι καὶ opponitur superiori ἐπὶ μέγα.

Digitized by Google

IV. Nonnunquam additur alterum μειωτικὸν, ὀλίγον puta, βραχὺ, aut simile, ut apud Latinos *paululum quid*. vid. Thucyd. lib. IV. cap. 109. Καί τι καὶ Χαλκιδικὸν ἔτι βραχύ. *Atque etiam exiguum quid agri Chalcidici adest.* Sed hæc sufficiant; nam potestas hæc μειωτικὴ commodius explicabitur in particula τί.

ΚΑΙ'ΤΟΙ, ΚΑΙ'ΤΟΙΓΕ, ΚΑΙ'ΤΟΙ ΚΑΙ'.

I. Prima particulæ καί τοι significatio, quæ ubique dominatur, est, *et quidem, et sane.* [G. *und zwar, und freylich.*] Ad usum quod attinet, adhibetur, cum sequitur aliquid nova attentione dignum; tale est illud ejusdem Luciani ibidem post haud ita multa, ubi dicit, bibliopolas non multa, quam ipse est, eruditione esse præstantiores, additque: Καίτοι σὺ μὲν δύο ἢ τρία (βιβλία) παρ' αὐτῶν ἐκείνων πριάμενος ἔχεις· οἱ δὲ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν διὰ χειρὸς ἔχουσιν αὐτά. *Et sane tu duos aut tres ab illis libros emtos possides: at illi noctes diesque manibus eos tractant.*

II. Secundo usi sunt hac particula Græci, cum nova sequebatur argumenti accessio, et prioris tanquam firmamentum: et tunc redditur quoque *et sane*, et *quin etiam.* Ita apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 19. Cyaxari auctor Cyrus est, ut hostes non exspectet, sed ultro occurrat, imo belli sedem in ipsorum regionem transferat, quo facto illi formidolosiores reddantur: huic argumento subdit et alterum τῷ καίτοι præmunitum: Καίτοι, ἔφη, εἴτι ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαῤῥαλεωτέρους, πολὺ τοῦτο ἡμῖν ἐγὼ πλεονέκτημα νομίζω, καὶ τὸν κίνδυνον οὕτως ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι, τοῖς δὲ πολεμίοις μείζω πολὺ ἂν μᾶλλον. *Et sane*, vel *quin etiam, inquit, si illos formidolosiores reddemus, nos vero contra confidentiores, magnum hinc nos commodum illis prærepturos arbitror, et periculi sic nobis quidem minus, illis vero plurimum futurum.*

III. Tertius usus est, cum καίτοι argumentum, quo dictum aut consilium firmatur, asseverando urget, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 60. init. ubi Hermocrates dissentientibus Siciliæ civitatibus auctor est, ut, omissis privatis rationibus, in commune potius consulant, ut hostibus, cæteroquin potentioribus, sint pares; tum addit: Καίτοι γνῶναι χρὴ, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἰδίων μόνον, εἰ σωφρονοῦμεν, ἡ ξύνοδος ἔσται, ἀλλ', εἰ ἐπιβουλευομένην τὴν πᾶσαν Σικελίαν, ὡς ἐγὼ κρίνω, ὑπ' Ἀθηναίων δυνησόμεθα ἔτι διασῶσαι. *Et sane sciendum est, non tantum de privatis rebus, si sapimus, coactum esse concilium, sed et ut deliberemus, quomodo universam Siciliam, ut ego judico, ab Atheniensibus insidiis petitam, conservare possimus.*

IV. Quarto, si dictum exemplo confirmatur, καίτοι idem præstat quod γοῦν, reddi tamen potest *et sane.* Tale est illud Aristophanis in Plut. v. 1179. Sacerdotem ibi querentem, se inedia perire, ex quo Plutus visum recepit, rogat Cario, quæ sit causa. Quia, in-

Digitized by Google

quit ille, nemo sacrificat. Tum Cario: Τίνος οὕνεκα; *Quamobrem?* Respondet ille: Ὅτι πάντες εἰσὶ πλούσιοι, *quod omnes sunt locupletes.* Hanc rationem firmat ab exemplo, dicens:

— Καίτοι τότε,
Ὅτ' εἶχον οὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος
Ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς. etc.

Et sane tunc, quum nihil habebant, alius appulsa navi mercator sacrificium obtulit redux, alius etc.

V. Quintus usus est ἐπιλογικὸς, in quo statuit Devarius potestatem collectivam conclusionisque illativam: Budæus quoque pag. 483. collectivum vocat, ut τοίνυν et τοιγαροῦν, *proinde, itaque.* Neque refragor, dummodo potestati primariæ nihil derogetur, quare usum malim hunc quam potestatem dicere; neque enim temere ob commodam alicujus loci interpretationem particularum potestates sunt multiplicandæ. E. g. producit Devarius Aristoph. in Plut. v. 531. ubi Paupertas cum recensuisset commoda, vitæ hominum abfutura, si omnes ex æquo ditescerent, addit ἐπιλογικῶς·

Καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστι, πάντων τούτων ἀποροῦντας;

Quasi diceret, τί ἂν πλέον, vel ὥστε τί πλέον. id est, *Quare nihil juvat divitem esse, si bonis illis vita careat.* Recte; sed cur, servata primaria potestate, non liceat reddere: *Et sane, quid prosunt divitiæ, si homines his omnibus careant?* Dicamus igitur, potestatem asseverandi copulandique præstare usum collectivum, uti hic et apud Plat. Apol. Socr. pag. 27. ubi Socrates, Meliti accusationem infirmans, more suo εἰρωνευόμενος, fingit, putavisse eum Socratem intellecturum ipsum jocari dicentem sibi contraria, quasi diceret: delinquit Socrates in eo, quod deos esse non putat, et quod Deos esse putat. Tum sequitur: Καίτοι τοῦτό ἐστι παίζοντος. Possis reddere: *Ergo* vel *Et sane hoc est jocantis.* vel, quod propius ad naturam particulæ τοὶ accedit: *Et revera hoc est jocantis.*

VI. Sextus usus quinto vicinus esto, itidem ἐπιλογικὸς, quum non tam verbo constat conclusio, quam facto. E. g. cum quis alteri, ut quid faciat, aut mittat, multo conatu persuadere non potest, eumque ægre tandem et invitus mittit, fere cum aliqua comminatione. Ita Ulysses apud Sophocl. in Philoct. v. 1250. cum frustra diu dissuaserat Neoptolemo, ne arma Philoctetæ traderet, nec minis quidem quicquam proficeret, absistit tandem his verbis:

Καίτοι σ' ἐάσω· τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ
Λέξω τάδ' ἐλθὼν, ὅς σε τιμωρήσεται.

Quid istuc? mittam te: at universo exercitui, ubi advenero, dicam

Digitized by Google

hoc, cui tu pœnas dabis. [Nos diceremus, *Nun gut dann; ich will dich zufrieden lassen.*] Conclusionis nota est: Cum tu tam pertinaciter persistas, ego desisto: rursus, asseverationis signum ex comminatione petendum, cui illa vim addit.

VII. Septimus usus est ellipticus, quo occurritur tacitæ objectioni, quæ intelligenda relinquitur, ut in oratione Hermocratis apud Thucyd. lib. IV. cap. 61. ubi Siculis ille auctor est, ut privata inter se odia componant potius, quam auxilia Atheniensium in suas regiones arcessant, quibus hac ratione ad illum imperium occupandum aditus aperiretur. Tum pergit: Καίτοι τῇ ἑαυτῶν ἑκάστους, εἰ σωφρονοῦμεν, χρὴ τὰ μὴ προσήκοντα ἐπικτωμένους μᾶλλον, ἢ τὰ ἕτοιμα βλάπτοντας, ξυμμάχους τε ἐπάγεσθαι, καὶ τοὺς κινδύνους προςλαμβάνειν. Sic redditur commode *atqui, at vero, καίτοι,* et occurrit κατὰ πρόληψιν iis, quæ aliquis posset opponere, nempe hæc vel similia: Nullusne ergo in bellis, si quando quis armis fuerit impar, sociorum usus est? Huic objectioni respondetur: *Atqui, si sapimus, unumquemque nostrum oportet, ut suo imperio res alienas adjiciat potius quam ut proprias diruat, socios arcessere et pericula subire.* Apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 38. rogat Cyrus Tigranem, ubi esset ille, quem tantopere admirabatur, et cognito, a Tigranis patre esse occisum, causam rogat. Tum Tigranes: Διαφθείρειν αὐτὸν ἔφη ἐμέ· ΚΑΙ'ΤΟΙ, ὦ Κῦρε, οὕτω καλὸς κἀγαθὸς ἦν ἐκεῖνος, ὡς καὶ etc. ubi post καίτοι intellige, ὅπως μὴ ἐπιλέγῃς, ὅτι δίκαια ἄρα πέπονθεν. ut sit sensus: *Corrumpi ab eo me, aiebat: atqui, o Cyre, ne forte hic objicias, jure ergo illum periisse, adeo bonus probusque erat, ut* etc. Hæc ellipsis nisi observatur, frustra in multis locis τοῦ καίτοι sanum sensum quæras. Ellipsin supplet Lucian. in Lapithis Tom. III. pag. 436. ubi Hetœmocles philosophus indignatur, quod, cum sic vicinus, ad nuptias non invitatus est, et post multa ait: Καίτοι, ὅπως μὴ ἐς ἐκείνην ἔχῃς καταφεύγειν τὴν ἀπολογίαν ὕστερον, ἐπιλαθέσθαι λέγων ἐν τοσούτῳ θορύβῳ καὶ πράγματι, δίς σε τήμερον προςηγόρευκα. *Atque ne deinde ad illam excusationem possis confugere, dicens, in tanta rerum turba te esse oblitum, bis te hodie appellavi.* Potuisset dicere brevius secundum exempla superiora: Καίτοι δίς σε τήμερον προςηγόρευκα.

VIII. Octavus usus est ἐπιλεγκτικὸς, quando prioribus argumentis tandem in extremo aliud additur, tanquam ἐπίλεγχος, quod maxime stringat ac plane convincat, quale est illud, quod vocatur argumentum ad hominem. Hoc sensu commode redditur *quanquam.* Sic apud Lucian. Tom. I. dial. Ven. et Cupid. Cupidinem reprehendit Venus ob audacia facinora, quæ ipsi insigne aliquando malum pariant; ille vero contra tendere, et concludere tandem: Καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ, δεικνὺς τὰ καλὰ, οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν καλῶν· μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. *Quanquam quid ego hic mali committo, si ostendam pulcra, qualia sint? cum vos ipsæ pulcrorum desiderio teneamini. Ne igitur hujus criminis me reum peragite.*

Digitized by Google

Interim quid vetat et hic reddere? *Et sane, quid ego mali commisi?*

IX. Ubi καίτοι apponitur verbo vel sententiæ, quæ objectionem format, hinc nonus nascitur usus ὑποφορικὸς, urgente τοὶ objectam propositionem vi sua asseverandi: redditur tum *atqui*. Maximeque potest adhiberi καίτοι, ubi in syllogismo imperfecto propositio, quæ major dicitur, loco suo mota, argumentationem claudit. Exemplum præbeat Aristoph. in Plut. vs. 585. ubi ex eo, quod in ludis Olympicis victores oleastro coronarentur, argumentatur Paupertas, Jovem esse pauperem:

Ὁ Ζεὺς δήπου πένεται· καὶ τοῦτό γε δὴ φανερῶς σε διδάξω.
Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα
Ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας, στεφανώσας
Κοτίνου στεφάνῳ· ΚΑΙ'ΤΟΙ χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

Quare sic reducantur: Εἴπερ ὁ Ζεὺς ἐπλούτει, τοὺς νικῶντας χρυσῷ ἐχρῆν στεφανοῦν· ἀλλὰ μὴν στεφανώσας κοτίνου στεστάνῳ ἀνακηρύττει. Ὁ Ζεὺς ἄρα πένεται. quæ consequentia præmissa est vs. 582. *Si Jupiter dives esset, debuit victores auro coronare: atqui oleastro coronatos voce præconis prædicari vult. Ergo Jupiter pauper est.*

X. Decimus usus adsignatur huic particulæ adversativus; cum nempe præfigitur verbo vel sententiæ, quæ præcedenti adversatur, ipsa etiam adversari videtur eo, quod adversum quid affirmat et urget, ita tamen, ut vis genuina eluceat: quanquam dantur loca, in quibus adeo ea obscura est, ut in adversativam notionem plane abiisse jures, nisi diligenter attenderis; redditurque tunc *quanquam, licet.* vid. Aristoph. Acharn. vs. 369.

Ἀμέλει, μὰ τὸν Δί', οὐκ ἐνασπιδώσομαι.
Λέξω δ' ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, ἅ μοι δοκεῖ·
ΚΑΙ'ΤΟΙ δέδοικα πολλά. τούς τε γὰρ τρόπους
Τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα. —

Ubi τῷ δέδοικα opponitur τὸ ἀμέλει. Ait Dicæopolis: *Bono et confidenti animo libere ea, quæ videntur, de Lacedæmoniis dicam, quanquam vehementer timeo, quia mores hominum agrestium novi.* Confidenter se dicturum ait, et timet tamen: duo opposita, quæ hoc modo stare possunt: *Quamvis vehementer timeam, noscens mores agrestium: metus is tamen non impediet, quo minus libere id, quod sentio, proloquar.* Et vs. 465. ubi, cum multa idem ab Euripide petivisset et accepisset, ait, ἀπέρχομαι. Καίτοι τί δράσω; δεῖ γὰρ ἑνὸς, οὗ μὴ τυχὼν ἀπόλωλα. ubi verbum adversans latet in τί δράσω; nempe οὐκ ἀπέρχομαι, vel οὔπω δεῖ ἀπέρχεσθαι. *Quanquam quid ago? Nondum discedere possum; unum enim deest, quod si non consequar, perii.*

Digitized by Google

XI. Undecimo adhibetur simili modo, quo καὶ μὴν, a Comicis et Tragicis, quum personam, quam inducere volunt, ex improviso loquentibus supervenire fingunt. Sic apud Eurip. in Phœniss. vs. 702. Eteocles, dum arcessi jubet Creontem, quem de summis rebus consulat, ipsum opportune venientem cernens, ait:

Καίτοι ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών·
Ὁρῶ γὰρ αὐτὸν πρὸς δόμους στείχοντ᾽ ἐμούς.

Atqui ipse præsens eximit pedum tuorum laborem; nam video ipsum ad ædes meas tendentem.

XII. Particula γε ubi additur (et additur crebro) asseverandi τοῦ τοὶ potestatem vi sua περιγραφικῇ urget magis, ut sit, *et sane quidem.* ut apud Aristoph. in Acharn. vs. 611. Καίτοι γ᾽ ἐστί σώφρων. *Et profecto quidem sapit.* Vehementer asserit, q. d. *Et, si quid aliud, hoc saltem certum est.*

XIII. Adjuvat quoque τὸ γε usum τοῦ καίτοι occurrentis tacitæ objectioni, ut in Evang. Joann. cap. IV. comm. 2. Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος, ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης. *Ut igitur cognovit Dominus, Pharisæos audivisse, Iesum plures discipulos facere et baptizare quam Joannem.* Hic posset quis objicere: *At Iesus neminem baptizavit.* Cui objectioni occurrit καίτοι γε. Καίτοι γε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ᾽ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. *Quanquam re vera Iesus ipse non baptizabat, sed ejus discipuli.* Formale responsum est: Quod per discipulos fecit, ipse fecisse existimari debet. Similiter Paulus et Barnabas, postquam dixerant in Act. Apost. cap. XIV. Deum gentes suis reliquisse moribus, addunt hoc comm. 17. Καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν ἀγαθοποιῶν οὐρανόθεν. *Quanquam revera nullo non testimonio probatum voluit suum de cœlo beneficium.* Potuit nempe aliquis objicere: *Quid? Quomodo Deus gentes neglexit, cujus in ipsos tot exstant beneficia?* Cui objectioni occurrit καίτοιγε: quanquam hæc ita sunt, tamen non minus verum est, Deum ipsos sibi reliquisse: sive, hæc beneficia non obstant, quo minus suo ipsos arbitrio vivere passus sit Deus.

XIV. Hoc modo cum participio construitur apud Æschin. Socrat. dial. de Morte, sub principium: Ἀνιαρῶς φέρει τὴν τελευτὴν, ΠΑΙ´ΤΟΙΓΕ τὸν πρόσθεν χρόνον ΔΙΑΧΛΕΥΑ´ΖΩΝ τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον. *Graviter fert mortem, quanquam superiori tempore subsannabat eos, qui mortis terriculamento expavescebant.* In Act. Apost. cap. XVII. comm. 27. Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν, ΚΑΙ´ΤΟΙΓΕ οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὙΠΑ´ΡΧΟΝΤΑ. *Ut quærerent Dominum, si forte palpando ipsum contingerent, quanquam profecto haud longe abest ab unoquoque nostrum.*

XV. Crebro etiam invenitur a καίτοι separatum τὸ γε, qui tunc

Digitized by Google

possit etiam separatim spectari, et vocem, cui apponitur, afficere vi ἐπιδοτικῇ, quam ἐπίδοσιν sive accessionem asseverando firmat καίτοι, ut apud Plat. in Phædr. pag. 228. init. [T. X. p. 282. ed. Bip.] ubi Phædrus, postquam Socrati, petenti, ut argumentum orationis Lysiæ sibi narret, respondisset, se hominem imperitum non satis pro rei dignitate hoc posse, addit: Πολλοῦ γε δέω· καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον ἢ μοὶ πολὺ χρυσίον γενέσθαι. *Multum abest, et profecto malim etiam ejus rei copiam mihi quam auri esse.* Ita Electra Helenæ apud Euripid. in Orest. vs. 77. *O misera,* inquit, *tuque et frater tuus, qui matrem occidit!*

> Προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν,
> Εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν.
> ΚΑΙ'ΤΟΙ στένω ΓΕ τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον.

Tuo enim alloquio non contaminor, transferens culpam in Phœbum: et profecto lugeo gemens quidem Clytæmnestræ fatum. Q. d. *Non tantum non pollui me puto tuo alloquio, sed et profecto gemo* etc.

XVI. Novam argumenti accessionem confirmat καίτοι, urget γε, atque ita mutuam operam dantes, argumentationi novas vires addunt particulæ, apud Aristoph. in Plut. vs. 398. ubi Strepsiades argumentum de Jovis divinitate ex fulmine petitum ita conatur evertere:

> Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν,
> Οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον; ΚΑΙ'ΤΟΙ σφόδρα Γ' εἴσ' ἐπίορκοι;

Si ferit perjuros, cur non Simonem, neque Cleonymum, neque Theorum combussit; et profecto hi, si quis alius, perjuri sunt. Accessio est in voce σφόδρα: non enim dicuntur simpliciter ἐπίορκοι, sed σφόδρα ἐπίορκοι, quam accessionem urget γε, stabilit καίτοι. Possit reddi *quanquam. Quanquam et hi vel maxime sunt perjuri.*

XVII. In objiciendo quoque τὸ γε eodem fungitur officio stringendi vocem objectioni cumulum adjicientem. Ita loquitur Brasidas apud Thucyd. lib. IV. cap. 85. Querens, se non esse receptum ab Acanthiis, clausis urbis portis, vereri se dicit, ne videatur ita imbecillis et impar propulsando vim Atheniensium, additque: Καίτοι στρατιᾷ γε τῇδ', ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω, ἐπὶ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθήσαντος, οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι, πλέονες ὄντες, προσμῖξαι. *Atqui Athenienses,* inquit, *non ausi sunt mecum confligere.* Hanc objectionem adjuvat τὸ γε stringens vocem στρατιᾷ, quæ objectioni cumulum adjicit: non simpliciter enim dicuntur Athenienses non ausi confligere, sed cum Brasida, qui non plures secum copias habuerat tunc, quam nunc habebat.

XVIII. Idem præstat τὸ γε, ubi occurritur tacitæ objectioni, sejunctum a καίτοι, quod modo vidimus præstare cum eo conjunc-

Digitized by Google

tum, nisi quod insuper vocem interjectam urget, ut apud Aristoph. in Ran. vs. 1104. ubi Æschylus Euripidi objicit, quod docuit garrulitatem, et suasit remigibus, ut obloquerentur magistratibus, additque:

— Καίτοι τότε γ', ἡνίκ' ἐγὼ ᾿'ζων,
Οὐκ ἠπίσταντ', ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι, καὶ ῥυππαπαὶ εἰπεῖν.

Et sane tunc quidem, vel, *Atque tunc quidem, cum ego vivebam, nihil aliud sciebant, quam massam poscere, et ruppapæ dicere.* Potuisset enim aliquis objicere: At ita jam antea soliti sunt; ideo addit, καίτοι τότε γε.

XIX. Simili ratione adjicitur γε in sensu adversativo apud Plat. in principio Apologiæ Socratis, ubi admiratur vim dicendi, quæ in oratione accusatorum elucebat. Ita accommodate ad persuadendum dixerunt, ait. Opponit tamen: Καίτοι ἀληθές γε οὐδὲν εἰρήκασι. *Licet nihil certe, quod verum est, dixerint.*

XX. Geminatur particula γε apud eundem in Phædr. pag. 241. [T. X. p. 310. ed. Bip.] ubi alterum γε videtur esse βεβαιωτικὸν, alterum περιγραφικόν. Dicit nempe Socrates: *Jam finem hæc habeat oratio.* Respondet Phædrus: Καίτοι γε ᾤμην γε μεσοῦν αὐτόν. ubi prius γε confirmat τοῦ καίτοι potestatem ὑποφορικὴν, et alterum restringit verbum ᾤμην. *Atqui profecto putabam saltem, nos in medio sermone versari.* Perinde ac si diceret: *Atqui in medio profecto sermone versamur, ita saltem ego putavi.*

XXI. Denique adjicitur quoque καὶ ἐπιδοτικὸν, redditurque καίτοι καὶ, *Et sane etiam*, vel, ut vertit Budæus pag. 482. *Atqui quoque.* Locus, quem ex Demosthene dat, invenitur Orat. de Fals. Legat. pag. 222. ubi loquens de legatione, quam cum collegis susceperat, ait: Ὧν μὲν τοίνυν αὐτοκράτωρ ἦν ἐγὼ κατὰ τὴν πρεσβείαν, τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον ὑμῖν· ἃ δ' οὗτοι, πλείους ὄντες, ἐνίκων, ἅπαντ' ἀπόλωλε. ΚΑΊΤΟΙ ΚΑῚ τἄλλα ἂν πάντα ἀκολούθως τούτοις ἐπέπρακτο, εἴ τις ἐπείθετό μοι. *Quæ igitur ego in legatione, publica auctoritate munitus, statui, hæc ita se vobis habuerunt: in quibus vero isti, numero superiores, vicerunt, ea perierunt omnia. Atqui reliqua quoque eodem modo confecta fuissent, si quis mihi auscultare voluisset.*

ΚΑ͂Ν, ΚΑ͂Ν ΕἸ, ΚΑ͂Ν ΕἸ ΜΉ.

I. Constat, compositam esse particulam κᾂν ex καὶ et ἂν, eo quod et dissolvi potest, et utraque particula ad diversa referri, uti mox abunde patebit. Differt a κἀν, conflato ex καὶ et ἐν, quod scribitur sine accentu, ut κἀν τούτῳ pro καὶ ἐν τούτῳ. Hæc contractio syllabam reddit quantitate longam, ut apud Aristoph. in Nub. vs. 1128.

Digitized by Google

— Ὥστ' ἴσως βουλήσεται
Κᾂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶς.

Ubi autem corripienda syllaba est, tota absorbetur diphthongus, scribiturque per apostrophum κ' ἂν, ut apud Theogn. vs. 610.

— Οὐδὲ τι καλὸν, ὅτῳ ψεῦδος προσομαρτῇ
Ἀνδρὶ, κ' ἂν ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.

In compositione autem τὸ καὶ potestatem exercet modo copulativam, modo ἐπιδοτικήν· ἂν vero tollens actum verbi, cui apponitur, omnes illas servat notiones et usus, qui supra sunt expositi, ubi de hac particula agebamus, unde sequitur, κᾂν minime formalem esse notam, qualem haberi vult Devarius.

II. Quoties κᾂν constat ex καὶ copulativo, et ἂν conditionali particula, semper sequitur subjunctivus, et infertur conditio, et tunc καὶ et ἂν, si ad structuræ normam redigitur oratio, ad diversa referuntur, nempe ἂν conditionali parti adhæret, et καὶ ad conditionis ἀπόδοσιν pertinet: redditurque κᾂν distincte *et, si;* [Germ. *und wenn*] estque hic usus et naturæ compositi maxime congruus, et frequentissimus. Ita Neoptolemus apud Sophocl. in Philoct. vs. 1252.

Ἐσωφρόνησας· κᾂν τὰ λοίφ' οὕτω φρονῇς,
Ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

Ubi κᾂν ita resolvas: καὶ ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα, ἂν φρονῇς οὕτω τὰ λοιπά. *Sapis, et, si in reliquis ita sapias, possis forsan expedire te luctu.* Sic et Plato in Euthyphr. pag. 9. *Age*, inquit, *conare mihi de his manifeste demonstrare,* κᾂν μοι ἱκανῶς ἐνδείξῃ, ἐγκωμιάζων σε ἐπὶ σοφίᾳ οὐδέποτε παύσομαι. i. e. καὶ ἐγκωμιάζων σε οὐδέποτε παύσομαι, ἂν μοι ἱκανῶς ἐνδείξῃ. *Et, si mihi abunde demonstraveris, nunquam desinam te laudare.*

III. At, quando constat ex καὶ copulativo et ἂν non conditionali, sed significante futurum obliquum, non sequentem habet subjunctivum, ubi sequitur conditio; ut apud Sophocl. Ai. Flag. vs. 45.

Κᾂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ.

Et perfecisset, si ego neglexissem. [Germ. *und er würde es gethan haben.*]

IV. Nonnunquam τῷ κᾂν respondet ἂν vel ἢν, quando conditio est bimembris, ut apud Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. III. pag. 72. Δίδωμι ὑμῖν σὺν τοῖς ἄλλοις Χαλδαίοις βουλεύεσθαι, εἴτε βούλεσθε πολεμεῖν ἡμῖν, εἴτε φίλοι εἶναι· κᾂν μὲν πόλεμον αἱρῆσθε, μηκέτι ἥκετε δεῦρο ἄνευ ὅπλων, εἰ

Digitized by Google

σωφρονεῖτε· ἢν δὲ εἰρήνης δοκῆτε δεῖσθαι, ἄνευ ὅπλων ἥκετε. *Facio vobis potestatem deliberandi, utrum nobiscum bellum gerere velitis, an amicitiam colere: et, si bellum eligatis, minime sine armis venite, si sapitis: sin pace opus esse putetis, sine armis venite.*

V. Est et ubi καὶ refertur ad conditionis ἀπόδοσιν, non expressam, sed intellectam, plane ut supra observatum est in εἰ μὲν cap. XVI. sect. IV. init. Exemplum est in Evang. Luc. cap. XIII. comm. 9. de ficu: Κᾂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. ubi post καρπὸν supple, εὖ ἕξει, vel ἄφεις αὐτήν, vel simile quid. *Et, si fructum tulerit, servabis eam: sin minus, in posterum extirpabis.* ubi τῷ κᾂν respondet εἰ.

VI. Quando repetitur, respondet Latinorum τῷ *sive*, ut apud Dem. Olynth. II. pag. 8. Ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κᾂν ῥῆγμα, κᾂν στρέμμα, κᾂν ἄλλό τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ. *Postquam vero adversa inciderit valetudo, omnia moventur, sive quid ruptum sit, sive luxatum, sive aliud quid putridum.* [Germ. *es sei nun ein Riss, oder eine Verrenkung, oder*—]. Possit et reduci ad superiorem sensum, ut cum dicimus: *Et si ruptum sit, et si luxatum etc. moventur omnia.* Atque ita κᾂν ex καὶ et ἂν idem plane præstat, quod ἐάντε. vid. supra cap. XVI. sect. 2. 8. §. 17.

VII. Imo et solitarium κᾂν redditur *sive*, cum et potest constare ex καὶ copulativo et ἂν ἀοριστολογικῷ, ut in exemplo, quod affert Budæus pag. 498. ex Demosthene. Ὅ τι Λεπτίνης, κᾂν τις ἄλλος ὑπὲρ τοῦ νόμου λέγῃ. *Quicquid Leptines, sive quis alius de lege dixerit.* [Germ. *oder etwa ein andrer.*] Etenim si illud καί τις ἄλλος non adderetur, remaneret, ὅ τι ἂν Λεπτίνης λέγῃ. Si cupimus vim conditionalem servare, debemus ἂν ἀοριστολογικὸν intelligere, ut sit ὅ τι ἂν Λεπτίνης etc. Possit etiam κᾂν supprimi ante Λεπτίνης, ut sit: Ὅ τι κᾂν Λεπτίνης, κᾂν τις ἄλλος etc. ut sit sensus: *Quioquid dixerit quispiam, sive Leptines is est, sive alius quis.*

VIII. Sed et κᾂν constat frequenter ex καὶ ἐπιδοτικῷ et ἂν in futuri temporis significatione, de qua supra cap. IV. sect. 5. egi. Exemplum suppeditat Plato in Phædr. pag. 269. [T. X. p. 368. ed. Bip.] Ἦ, ἅτε ἡμῶν ὄντας σοφωτέρους, (οἰόμεθα αὐτοὺς) κᾂν νῶϊν ἐπιπλῆξαι. *An vero putabimus, illos, utpote nobis sapientiores, etiam nos reprehensuros esse.* Et Thucyd. lib. VIII. cap. 2. Νομίσαντες κᾂν ἐπὶ σφᾶς ἕκαστοι ἐλθεῖν αὐτούς. *Singuli putantes, illos etiam adversus se venturos fuisse.*

IX. Notanda et hic eadem βραχυλογία, quam observavimus supra in καὶ ἐπιδοτικῷ, quæ facile turbat, nisi, quod omittitur, suppletur: ut apud Plat. in Ion. pag. 534. [T. IV. p. 187. ed. Bip.] Εἰ περὶ ἑνὸς τέχνῃ καλῶς ἠπίσταντο λέγειν, κᾂν περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. *Si de uno secundum artem dicere scirent, etiam de reliquis omnibus,* scil. *dicere scirent.*

Digitized by Google

X. Adhæc componitur κἂν ex καὶ ἐπιδεικτικῷ et ἂν conditionali, et tunc καὶ pertinet ad præcedens, ἂν ad sequentia. Sic idem de Rep. lib. VI. pag. 506. [T. VII. p. 115. ed. Bip.] Ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν κἂν, ὥσπερ δικαιοσύνης πέρι, καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων διῆλθες, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ διέλθῃς. *Sufficiet nobis etiam, si, quemadmodum de justitia, et temperantia, aliisque virtutibus egisti, ita etiam de eo, quod bonum est, egeris.* Hic necessario καὶ in κἂν pertinet ad præcedens ἀρκέσεται, alioquin alterum καὶ post οὕτω abundaret. *Si liberos*, inquit Epictetus in Enchir. cap. 19. *et uxorem et amicos semper vivere vis, stultus es.* Mox addit: Οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. Pro οὕτω καὶ μωρὸς εἶ, ἂν θέλῃς. *Sic etiam, si velis filium nunquam peccare, stolidus es.* Sic Matth. cap. XXI. 21, et XXVI. 35.

XI. Quæ emphasis est in καὶ ἐπιδεικτικῷ, quum Latinorum *vel* exprimit, (vide sis supra sect. 2. 4. §. 3. et 4.) eadem est in κἂν, composito ex καὶ et ἂν vel δυνητικῷ, vel aliam exercente potestatem. Ex καὶ *vel* et ἂν potentiali componitur κἂν apud Plat. in Euthyd. pag. 279. Τοῦτο δὲ ὁ κἂν παῖς γνοίη. *Hoc vel puer sciret.* i. e. *scire potest.* [Germ. *das kann sogar ein Knabe wissen.*] Quod sic resolvitur: Τοῦτο δὲ γνοίη ἂν καὶ ὁ παῖς. Ellipsis latens sic eruitur: Τοῦτο δὲ γνοίη ἂν οὐ μόνον ὁστισοῦν, ἀλλὰ καὶ ὁ παῖς. Et Lucian. in Lapith. Tom. III. pag. 427. Ἐγὼ δὲ κἂν ὀρθοστάδην δειπνήσαιμι. *Ego vero vel erecto corpore stans cœnaverim, sive cœnare possim.*

XII. Vel τὸ ἂν ad voluntatis significationem reductum, actum verbi præsentem tollit. Sic κἂν cum imperandi modo construitur in epist. Pauli ad Corinth. poster. cap. XI. comm. 16. Κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. *Vel ut insipientem me accipite.* vid. supra cap. IV. sect. 3.

XIII. Vel exprimit Latinorum futurum obliquum, sive redditur per subjunctivi imperfectum, sive plus quam perfectum. Prioris exemplum est in Evang. Marci cap. VI. comm. 56. Ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται. Simile illud in Act. Apostol. cap. V. comm. 15. Ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν. *Ut vel umbra Petri venientis inumbraret aliquem ipsorum.* Posterioris apud Lucian. Dial. Merc. et Mart. Tom. I. pag. 268. Κἂν ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ καὶ βροντῇ. *Vel una cum tonitru et fulmine suo vinctus fuisset.*

XIV. Mixtum voluntatis et futuri obliqui usum habes apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 36. ubi Tigranes a Cyro rogatus, quanti uxorem captam redimere vellet, respondet: Ἐγὼ μὲν κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην. *Equidem vel vitæ meæ pretio redimerem,* sive *redimere vellem.*

XV. Vel ἂν conditionale est, καὶ nervosiorem habet ἐπίδοσιν, ut in Evang. Marci cap. V. comm. 28. Κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι,

Digitized by Google

σωθήσομαι. *Si vel vestimenta ipsius attigero, servabor.* Et in epist. ad Hebr. cap. XII. comm. 20. Κᾂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται. *Si vel bestia tetigerit montem, lapidabitur.*

XVI. Κᾂν conditionalem ἐπίδοσιν significans etiam cum participio construitur apud Aristoph. in Nub. vs. 1128.

—Ὥστ' ἴσως βουλήσεται
Κᾂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ὢν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶς.

Ubi post κᾂν intelligo οὕτω τύχοι, ut sit sensus, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ἂν οὕτω τύχοι. *Ut forsitan malit vel in Ægypto, si ita res tulerit, versari, quam male judicare.*

XVII. Ex hoc compositi usu nascitur alius, qui adversativus dici possit, manente tamen τοῦ καὶ et ἂν conditionali ἐπιδόσει, sed κᾂν adversanti parti appositum, et ipsum adversari videtur, plane ut apud Latinos *etiamsi*, quando pro *licet* adhibetur. Sic Demosth. Phil. III. pag. 46. Ὁ γὰρ, οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, τοιαῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κᾂν μήπω βάλλῃ. *Qui enim, quibus ego capiar, talia agit vel parat, hic bellum gerit adversus me, etiamsi nondum tela mittit.* Possunt hic facile servari genuinæ notiones, si reddimus: *Etiam tunc, si* vel *cum nondum tela mittit.* Si tamen quis velit adversative reddere, *licet nondum tela mittat,* non renuo: sufficiat notavisse, ex qua origine sensus adversativus natus sit. Cognatum huic κεὶ est, pro καὶ εἰ, apud Eurip. in Orest. vs. 295.

Ἐκ δακρύων τ' ἄπελθε, κεὶ μάλ' ἀθλίως
Ἔχομεν. —

Mitte lacrymas, etiamsi miserrima nostra est conditio. Licet et inverso ordine dicere ἂν καὶ, ut vidimus supra cap. IV. sect. 9. §. 5.

XVIII. Adversativam notionem adjuvat τὸ ὅμως ἀποδοτικόν· ut in epigrammate:

Κῆν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.

Quod ita reddit Ovid. lib. VI. Fast. vs. 357.

Rode, caper, vitem, tamen huic, cum stabis ad aram,
In tua quod fundi cornua possit, erit.

XIX. Ex interminata τοῦ ἂν potestate singularis nasci videtur particulæ ἂν notio, et usus στοχαστικὸς, ubi in re dubia aliquid utcunque asserendum venit: ut cum Cyro apud Xenoph. Cyrop. II.

Digitized by Google

1. 6. de copiarum numero percontanti respondet Cyaxares: Πελτασταὶ καὶ τοξόται γένοιντ᾽ ἂν ὡς ἐπὶ τῆς ἡμετέρας κἂν ἑξακισμύριοι. *Peltatorum et sagittariorum fuerint etiam in nostro imperio ad sexaginta millia.* Prius ἂν δυνητικὸν pertinet ad verbum γένοιτο, posterius ἂν, latens in κἂν, pertinet ad ἑξακισμύριοι, cui numero certitudinem tollit.

Ceterum ubi occurrit κἂν εἰ, et κἂν εἰ μὴ, Particula κἂν non pro simplici καὶ accipitur, ut existimat Devarius, sed ἂν semper vim suam exercet.

MA'.

I. Particula μὰ per se neque affirmat, neque negat, sed affirmata aut negata jurejurando stabilit; affirmata quidem fere præmisso adverbio ναὶ, ut ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον· negata vero vel adjecto vel intellecto negativo ὀ aut simili.

II. Ita tamen voluit usus, ut plerumque negativis opponatur sententiis, rarius affirmativis sine ναί. Occurrunt tamen quædam exempla, ubi μὰ Δία sine ναὶ jusjurandum est in affirmatione; ut in verbis Libanii, quæ affert Thomas Mag. Ὀνείρατα διηγυμένη, πλάττυσα κἀκεῖνα, μὰ τὺς θεύς. *Somnia narrans, eaque fingens, ita me dii ament.* Item in his ex eodem: Πολλάκις ἀρμηνίασα, μὰ τὸν Ἀπόλλω. *Sæpe curis exercita, ita me amet Apollo.* Tertium locum habet idem ex Lucian. qui invenitur Tom. III. De Calumn. non tem. cred. pag. 144. Μὰ Δί᾽, ἐχλεύασέ σε Φιλόξενος τὰ ἔπη. *Per Jovem, risit versus tuos Philoxenus.* Addo jurisjurandi formulam a Cydippe lectam in malo Acontii apud Aristænet. ep. X. pag. 60. Μὰ τὴν Ἄρτεμιν, Ἀκοντίῳ γαμῦμαι. *Per Dianam, Acontio nubam.* In his perspicuum est, μὰ Δία, etiam sine ναὶ, jusjurandum esse, in affirmatione.

III. At multo frequentius negativæ sententiæ apponitur, quam juramento stabilit μὰ, particula ὀ præcedente, vel sequente. Præcedente apud Hom. Il. A. v. 86.

Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, Διῒ φίλον. —

Nam per Apollinem, non placet Jovi. Sic Aristoph. in Pac. v. 1117.

Οὔτοι, μὰ τὴν γῆν, ταῦτα κατέδεσθον μόνω.

Nequaquam, per terram, hæc soli edetis.

IV. Sæpius sequitur ὀ, quod tamen non ad præcedens juramentum, sed sequentia neganda pertinet, ut apud Dem. Olynth. III. pag. 14. Μὰ τὴν Δήμητρα, ὐκ ἂν θαυμάσαιμι. *Per Cererem, non ad-*

Digitized by Google

mirarer. Et Philipp. III. p. 50. Ὃ, μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, οὐ δύνασθε ὑμεῖς ποιῆσαι, οὐδὲ βούλεσθε. *Quod, ita me amet Jupiter, et reliqui Dii, non potestis vos facere, neque vultis.*

V. Vel sequitur aliud negativum, ut apud Aristoph. in Pac. v. 614.

Ταῦτα τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ πεπύσμην οὐδενός.

Hæc ego, ita me amet Apollo, ex nemine audivi.

VI. Nonnunquam post οὐ neganda ex præcedentibus repeti debent, ut apud eundem in Acharn. v. 59. ubi præconi jubenti: Κάθησο, σίγα. *Sede et tace.* respondet Dicæopolis: Μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ μὲν οὔ. *Ita me amet Apollo, non ego quidem.* scil. *sedebo et tacebo.*

VII. Idem fit, cum interrogati negamus, ut ibid. v. 101. ubi rogatus aliquis, an intelligat, quid dicatur, respondet: Μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ μὲν οὔ. Repetendum ex superiori, συνηκάμην. Et apud Plat. in Euthyphr. pag. 13. [cap. 15. ed. Fischer.] Ἦ ἐπὶ βλάβῃ οἴει τοῦ θεραπευομένου τὴν θεραπείαν εἶναι; *An vero censes, cultum ejus rei, quæ colitur, detrimento esse?* Respondet Euthyphro: Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Intellige, οἶμαι. Sic paulo post roganti Socrati: Καὶ σὺ τοῦτο ξυγχωρήσαις ἄν, ὡς, ἐπειδάν τι ὅσιον ποιῇς, βελτίω τινὰ τῶν θεῶν ἀπεργάζῃ; respondet Euthyphro: Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. *Et tu hoc concederes, postquam sanctum quippiam feceris, te aliquem deorum meliorem reddere? EUTH. Per Jovem, non ego.* Sic apud Dem. Olynth. 1. pag. 3. Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά. Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. *Quid igitur, dicat aliquis: Tu auctor es, ut ea* (pecunia) *sit militaris. Ita me amet Jupiter, non ego.* Ex quibus omnibus patet, non negare μὰ, sed sequentem negativam sententiam juramento firmare.

VIII. Nonnunquam et præcedit et sequitur negatio, ut apud Plat. lib. VI. de Rep. post principium [T. VII. p. 70. ed. Bip.] Οὐ, μὰ τὸν Δί', οὐ πολύ τι διαφέρει. Et ne sic quidem prius οὐ pertinet ad μὰ, alioquin intelligeremus, eum non per Jovem jurare. Sed posterius repetitur ad indicandam negationis vehementiam: itaque distinguo post οὐ, et reddo: *Non, per Jovem, non inquam, multum differt.* Et in Phædr. pag. 261. [T. X. p. 351. ed. Bip.] ubi rogat Socrates, an artem oratoriam Phædrus non audiverit, non in judiciis modo, sed etiam in aliis cœtibus sive publicis, sive privatis servari: respondet Phædrus: Οὐ, μὰ τὸν Δία, οὐ παντάπασιν οὕτως· ἀλλὰ μάλιστα μέν πως περὶ τὰς δίκας. *Non, per Jovem, non prorsus ita: sed maxime circa judicia.* Præmittit οὐδὲν Aristophanes in Vesp. v. 26.

Οὐδὲν γὰρ ἔσται δεινὸν, οὐ μὰ τοὺς θεούς.

Digitized by Google

Nam nihil periculi erit, non, inquam per Deos.

IX. At, negare certe, dicat aliquis, μὰ, quando neque præcedit, neque sequitur ὐ, et tamen sententia est negantis. At tum fere sequitur ἀλλὰ, indicium intelligendæ ex præmissis negationis. Frequentia hic exempla sunt. Vide Aristoph. in Plut. v. 1009. ubi dicit anus, adolescentem antehac quotidie suas ædes adiisse: ad quod Chremylus respondet: 'Επ' ἐκφοράν. *Ut aliquid exportet.* Quod negans ait anus: Μὰ Δί', ἀλλὰ τῆς φωνῆς μόνον 'Ερᾶν ἀκῦσαι. ubi supplendum est post Μὰ Δία, ὐκ ἐπ' ἐκφοράν, ut justa fiat oppositio: *Per Jovem, non ut exportet aliquid, sed solo vocis meæ audiendæ desiderio.*

Planissimam oppositionem habemus ibid. v. 1085. Euripides ait:

Πότερον δ' ὐκ ὄντα λόγον τοῦτον περὶ τῆς Φαίδρας ξυνέθηκα;

An talia scripsi de Phædra, quæ ante me non dicta sunt? respondet Æschylus:

Μὰ Δί', ἀλλ' ὄντα.—

Pro, Μὰ Δί', ὐ ξυνέθηκας ὐκ ὄντα. ἀλλ' ὄντα, *Ita me Jupiter amet, non dixisti, quæ ante te dicta non erant, sed quæ dicta erant.* Idem in Vesp. v. 173. ubi Bdelycleon ait: Οὐχ ὥσπερ ἐγώ. respondet Philocleon: Μὰ Δί', ἀλλ' ἄμεινον. Pro, μὰ Δί' ὐχ ὥσπερ σύ, ἀλλ' ἄμεινον. Et v. 296. dicenti: Οἶμαι δέ σ' ἐρᾶν ἀστραγάλων. *Credo te amare talos.* respondet puer: Μὰ Δί', ἀλλ' ἰσχάδας. Integra: ὐκ ἀστραγάλους ἐρῶ, ἀλλ' ἰσχάδας. *Ita me amet Jupiter, non talos, sed caricas.* Quorsum plura cumulem? Conferantur loca ibid. v. 678. 948. 1400. in Pac. v. 438. 987.

Aliquando ἀλλὰ longius removetur, eundem tamen usum præstans, ut apud Eurip. in Phœniss. v. 1013. ubi Menœceus, quem fata jubebant pro patria mori, suadente patre, ut mortem mutaret exilio, repudians hoc consilium, hæc post multa ait:

'Εγὼ δὲ πατέρα καὶ κασίγνητον προδὺς,
Πόλιν τ' ἐμαυτῦ, δειλὸς ὢν, ἔξω χθονὸς
Ἄπειμ', ὅπυ δ' ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι;
ΜΑ' ΤΟ'Ν μετ' ἄστρων ΖΗ͂Ν' Ἄρην τε φοίνιον,
Ὃς τὺς ὑπερτείλαντας ἐκ γαίας ποτὲ
Σπαρτὺς ἄνακτας τῆσδε γῆς ἱδρύσατο.
'ΑΛΛ' εἶμι, καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων
Σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ
Δράκοντος, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο,
'Ελευθερώσω γαῖαν. εἴρηται λόγος.

Egone vero, prodito patre, et fratre, meaque urbe, timidus, hac terra discedam, et, ubicunque vixero, ignavus palam videbor? Non per

Digitized by Google

Jovem, qui astra torquet, et Martem cæde gaudentem, qui exortos e terra quondam satos reges hac in regione constituit, sed vado, et stans in summis murorum pinnis mactabo me ipse ad atrum draconis stabulum, ubi vates significavit, et liberabo terram. Dixi. Hic ἀλλ' εἶμι longius remotum, referendum est ad μὰ τὸν Ζῆνα, inferens indicium latentis negationis, ex præcedentibus repetendæ, cui ipsum adversetur. Plena itaque locutio erit: Μὰ τὸν Ζῆνα, οὐκ ἄπειμι ἔξω χθονὸς προδοὺς πατέρα etc. ἀλλ' εἶμι σφάξας ἐμαυτόν. Vel simpliciter: μὰ τὸν Ζῆνα, οὔκ· ἀλλὰ etc.

X. Hanc ellipsin supplet Aristoph. in Ran. v. 1214. ubi dicenti Euripidi, Œdipodem fuisse felicem, respondet Æschylus: Μὰ τὸν Δί', οὐ δῆτ', ἀλλὰ κακοδαίμων. Et in Vesp. v. 169.

ΒΔΕΛ. Ἄνθρωπος οὗτος μέγα τι δράσειεν κακόν.
ΦΙΛ. Μὰ τὸν Δί', οὐ δῆτ', ἀλλ' ἀποδόσθαι βούλομαι etc.

BDEL. Hic homo magnum aliquod malum fecerit. PHIL. Non per Jovem, sed vendere volo etc. v. 193. ubi, cum dixerat Bdelycleon: *Improbus es,* respondet Philocleon:

Ἐγὼ πονηρός; οὐ μὰ Δί'. ἀλλ' οὐκ οἶσθα σὺ
Νῦν μ' ὄντ' ἄριστον.—

Egone? Non per Jovem: sed nescis nunc me optimum esse.

XI. Neque semper sequitur ἀλλὰ, indicium ferens suppressi negativi: idem quandoque præstat particula γὰρ, quæ sequens causam habet, quare præcedentia sint neganda, eaque vel repetenda ex superioribus negatione, vel extrinsecus arcessenda. Prioris exemplum est apud Philostr. de Vit. Apollon. Tyan. lib. IV. cap. 40. Γεγράψεται παρ' ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἱερωμένους δέχεσθαί σε, καὶ διορθουμένου εἴκειν. Ἢν δὲ μὴ γράψῃς, ἔφη, οὐ δέξονταί με; Μὰ Δί', εἶπεν· ἐμὴ γὰρ, ἔφη, αὕτη ἀρχή. *Scribetur mox a me sacerdotibus, ut te accipiant, et tibi pulcra docenti cedant. Si autem, inquit, non scripseris, an non accipient me? Non, ita me amet Jupiter, inquit; nam meus est ille magistratus.* Hic ante μὰ Δία intelligitur οὐ, alioqui justa negandæ rei causa sequi nequit.

XII. In superiori exemplo οὐ ex præmissis repetitur, nempe ex οὐ δέξονται. At idem illud οὐ extrinsecus arcessitur apud eundem lib. VI. cap. 11. paulo post principium: Μή τι, ἔφη, προστίθης; Μὰ Δί', εἶπεν, εἴρηκα γάρ. ubi sequens ratio cogit nos ante μὰ Δία intelligere οὐ. *Num quid, inquit, addis? Non, per Jovem, inquit: nam dixi (omnia).*

XIII. Mire variantur οὐ μὰ, καὶ μὰ, μὰ apud Aristoph. in Equit. v. 338. ubi Cleoni dicenti: *An non me sines?* respondet Agoracri-

Digitized by Google

tus: Οὐ μὰ Δία. Tum Cleon: Ναὶ μὰ Δία. Tandem alter: Μὰ τὸν Ποσειδῶ. in quo postremo intellige, ἐκ ἰδίου τι.

ΜῈΝ ET ΔΈ.

I.

De Particularum ΜῈΝ *et* ΔῈ *constructione.*

I. Perventum nunc ad nobilissimas particulas μὲν et δὲ, quarum usus tam frequens est, ut nulla fere inveniatur pagina, in qua non recurrat utraque sæpius; tam elegans, ut mirum in modum structuras, cæteroquin turbatiores, ornet et illustret; tam necessarius, ut omnem ambiguitatem, quæ, his absentibus, nasceretur, eximat; utraque est tam arcto necessitudinis vinculo inter se conjuncta, ut altera semper alterius ope indigeat, et, nisi mutua præstita opera, neutra sine altera stare possit, neque oratio sit integra aut absoluta; ordine utraque ὑποτακτικὴ, potestate ἀποδοτικὴ, functione autem tali, quæ orationem non dividit quidem, sed divisas partes conjungit, nec eas separatim, sed conjunctim considerari jubet. Ordo peculiaris inter ipsas constans hic est, ut princeps locus τῷ μὲν, posterior τῷ δὲ tribuatur.

II. In partitionibus, in quibus duo præmittuntur proposita, ad quæ sequentia item duo referuntur, plerumque quidem particula μὲν apud Græcos ad prius propositum, δὲ autem ad posterius refertur. v. c. apud Isocr. ad Dem. pag. 20. Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος, ἵνα τῷ μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾷν ἐπίστῃ τὰ συμφέροντα. *Sectare corporis labores et animæ sapientiam, ut illis queas perficere, quæ videntur; hac, quæ profutura sunt, prospicere.* Sed id non semper fit, ut sibi persuasit Devarius. Sunt enim exempla, in quibus τὸ μὲν referri debet ad posterius, τὸ δὲ ad prius. Isocr. ad Dem. pag. 11. Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω· τὰ μὲν γὰρ (χρήματα) ταχέως ἀπολείπει· τὰ δὲ (ἀκούσματα) πάντα τὸν χρόνον παραμένει. *Existima, multa audivisse præstare, quam multa possidere; hæc enim celeriter labuntur, illa per omne ævum durant.* Et pag. 20. init. Τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει. *Eo enim justitia præstat pecuniæ, quod hæc prodest tantum viventibus, illa etiam defunctis gloriam addit.* Et ad Nicocl. pag. 41. Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν· ὁ μὲν γὰρ (sc. πλοῦτος, quod est posterius) θνητός· ἡ δὲ (nempe δόξα, quod est prius) ἀθάνατος. *Pluris æstima relinquere liberis egregiam famam, quam divitias: hæc enim sunt fluxæ, illa immortalis.*

III. Cum igitur constet, promiscuam esse harum particularum

Digitized by Google

relationem, sæpe ad orationis perspicuitatem necessario requiritur, ut aliquid addatur, vel alterum ex superioribus repetatur, quod ambiguitatem tollat. v. c. Aristot. Polit. lib. II. cap. 8. Ἔχει δὲ ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν· γεωργοῦσί τε γὰρ τοῖς μὲν Εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ περίοικοι. *Cretensium cum Lacedæmoniorum institutione convenit, quod apud hos Helotes, apud illos Periœci agros colunt.* Imo et utrinque repetitio fit apud Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 16. Postquam præmissa est Persarum et Macedonum mentio, sic pergit: Ξυνεχόμενοι γὰρ ἵπποι τε ἵπποις, καὶ ἄνδρες ἀνδράσιν, ἠγωνίζοντο· οἱ μὲν ἐξῶσαι εἰσάπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης, καὶ εἰς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας οἱ Μακεδόνες· οἱ δὲ εἷρξαι αὐτῶν τὴν ἔκβασιν οἱ Πέρσαι. *Equi enim equis, et viri viris conserti confligebant. Macedones quidem omnino arcere a ripa et Persas in campum compellere nitentes: Persæ vero exitu illos prohibere.* Quod si constanter μὲν ad prius, et δὲ ad posterius referretur, supervacanea esset illa repetitio. Denique μὲν ad prius et δὲ ad posterius, et contra relatum, mire variatum cernere est apud Isocr. in Nicocl. pag. 59. et 60.

IV. Non ineleganter particulæ subjunguntur τοῖς ἀναφορικοῖς, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 494. [T. VII. p. 91. ed. Bip.] Οὐ πᾶν μὲν ἔργον, πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τι καὶ πράττοντας etc. *Nonne omni labore omnique dicendi studio nitentur dicendo agendoque?* Et in Phædr. pag. 246. [T. X. p. 320. ed. Bip.] Ἀθάνατόν τι ζῶον, ἔχον μὲν ψυχὴν, ἔχον δὲ σῶμα. *Immortale aliquod animal, constans anima et corpore.* Et Xenoph. Cyrop. III. Ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δ' ἐπισάξαι, ἔργον δ' ἐπιθωρακίσασθαι. *Difficile est nocte equos solvere, difficile frænare, difficile insternere, difficile lorica induere.*

V. Cum ratio jubeat particulas subjungere vocibus, quarum inter se mutua est relatio, vel oppositio, legem hanc nonnunquam negligunt poëtæ metri gratia. vid. Hom. Il. Γ. v. 213. ubi comparatio est inter Menelaum et Ulyssen:

Ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον,
Ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε etc.

Sed quum verba et consilia omnibus texebant, certe Menelaus quidem succincte verba fecit. Pro, Μενέλαος μὲν, nam ei opponitur Ulysses. Et M. v. 82.

Οὐδὲ μὲν ἄλλοι Τρῶες ἐφ' ἵππων ἠγερέθοντο,
Ἀλλ' ἀποβάντες ὄρουσαν.—

Neque cæteri Trojani equis insidentes congregabantur, sed descendentes irruerunt. Pro οὐδ' ἐφ' ἵππων μὲν, ἀλλ' ἀποβάντες. ubi pro δὲ invenitur ejus vicarius ὁ ἀλλὰ, de quo postea.

VI. In colloquiis interpellatio alterius personæ hunc orationis

per μὲν et δὲ nexum non abrumpit; sed pergit prior, perinde ac si altera nihil interjecisset, ut apud Plat. in Phædr. pag. 266. [T. X. p. 363. ed. Bip.] ΣΩΚΡ. Προοίμιον μὲν οἶμαι πρῶτον ὡς δεῖ τῦ λόγυ λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ; ἦ γὰρ τὰ κομψὰ τῆς τέχνης; ΦΑΙΔΡ. Ναί. ΣΩΚΡ. Δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα etc. *Procemium opinor primam orationis partem habendam? Nonne hoc ad artis pertinet elegantiam? Phædr. Maxime. Socr. Secunda vero loco narrationem.*

VII. Evenit et inter colloquentes; ut, cum alter sententiam bimembrem propositurus, priori membro addat particulam μὲν, et alter, quæ ille forte dicturus fuisset, excipiens, reliqua supplens, hisce tanquam alteri membro affigat τὸ δέ. Ita apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 475. [T. VII. p. 57. ed. Bip.] alter de pseudophilosophis loquens, ait, se minime illos inter philosophos recensere, sed putare ὁμοίυς μὲν φιλοσόφοις. *Similes quidem philosophis.* Illico excipit alter: Τὺς δ' ἀληθινὺς τίνας λέγεις; *At veros quos vocas?*

VIII. Est et ubi τῶν μὲν et δὲ usus est in oratione tanquam bimembri, ubi tamen in apodosi loquendi forma immutatur; ut apud Lucian. Dial. Mort. Tom. I. pag. 442. Εἶτα τῷ μὲν Δάμιδι, αἰτιωμένῳ τὸν υἱὸν, ὐκ ἄδικα μέντοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ' αὐτῦ. *Deinde Damidi, incusanti filium, dicebam: Non injusta ab eo tamen passus es* etc. Tum convertens se ad alterum, pergit: Σὺ δὲ, ὦ 'Ακαρνὰν, τί αἰτιᾷ τὸν ἔρωτα; *Tu vero, o Acarnan, quid accusas amorem?* Perfecta fuisset ἀπόδοσις, si dixisset: Τῷ μὲν Δάμιδι ἔφην, τῷ δὲ Λάμπιδι, σὺ, ὦ 'Ακαρνάν.

IX. Quando oratio est τρίκωλος, h. e. tribus constans membris, primo additur μὲν, reliquis duobus δέ ut apud Hom. Il. E. v. 385. etc. Quando oratio pluribus constat membris, sufficit semel prime apposuisse μὲν, sequentibus omnibus δὲ adjicitur. Τετρακώλυ orationis exemplum habet Lysias Orat. fun. pag. 490. Ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ' ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν μνήμαις, τιμῶντας δ' ἐν τοῖς καιροῖς τοιύτοις, παιδεύοντας δ' ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων ἔργοις τὺς ζῶντας. *Nam æquum est ab omnibus hominibus etiam eorum memoriam celebrari, laudantibus carmine, commendantibus bonorum mentibus, honorantibus talibus temporibus, instituentibus vivos exemplis mortuorum.* Πεντάκωλον orationem habet Theocr. Idyll. VIII. v. 57.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν· ὕδασι δ' αὐχμός·
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ· ἀγροτέροις δὲ λίνα·
'Ανδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.—

Arboribus tempestas metuendum malum: rivis vero siccitas: avibus laqueus: feris retia: et viro teneræ virginis desiderium. Ἑξάκωλον orationem invenies apud Lysiam Orat. Fun. pag. 501. Ὁ τῆς 'Ασίας βασιλεὺς, καταφρονήσας μὲν τῆς Ἑλλάδος, ἐψευσμένος δὲ τῆς ἐλπίδος, ἀτιμαζόμενος δὲ τῷ γεγενημένῳ, ἀχθόμενος δὲ τῇ συμφορᾷ, ὀργιζόμενος δὲ

τοῖς αἰτίοις, ἀπαθὴς δ' ὢν κακῶν. *Rex Asiæ, contemnens Græciam, frustratus spe, gerens rem male, indignatus eventa rerum, iratus causis, non commotus malis.* Quorsum attinet plura exempla dare? Oratio πολύκωλος est Bœotia Homeri, qui enumeraturus in ipso principio duces Græcorum, ita infit:

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον.

A μὲν incipit, et reliquis sequentibus addit δέ.

X. Nonnunquam ἐν τοῖς πολυκώλοις post μὲν in reliquis partibus omittitur δὲ, ut apud Solonem v. 43. et seqq. post ἄλλος et ἄλλον quinquies supprimitur δὲ, toties respondens præmisso τῷ μέν.

XI. Et hæc quidem constanter ita sese habent, quamdiu eadem manet partitio: sed, simul atque aut utrumque, aut alterum orationis membrum novam patitur divisionem, de integro μὲν et δὲ dividendis partibus adduntur. Ut apud Dem. Philipp. I. in principio: Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γιγνώσκω, λέγειν. ἐπειδὴ δὲ, περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νῦν σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. Hic priori μὲν respondet posterius δὲ, et posteriori μὲν prius δέ. Εἰ μὲν περὶ καινοῦ——ἐπειδὴ δέ. Et, εἰ μὲν ἤρεσκε· εἰ δὲ μή. *Si de nova aliqua re instituenda esset oratio, Athenienses, reprimens me, dum plurimi eorum, qui solent, sententias dixissent, si quid eorum, quæ ab his dicta fuissent, placuisset, quievissem: sin minus, tunc ipse tentavissem, quæ sentio, dicere: sed, quandoquidem ea, de quibus hi antea sæpe dixerunt, etiam nunc consideranda veniunt, existimo me, licet primus surrexerim, jure veniam impetraturum.* Et Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 84. ubi rogat Cyrus, an una oratio, eodem die dicta, auditorum animos possit pudore implere, et a turpibus revocare, et simul excitare, ut decet, ἐπαίνου μὲν ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδύεσθαι· λαβεῖν δ' ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον, ἢ φεύγοντας σωθῆναι; *ad laudis gratia omnem laborem, atque omne periculum subeundum, et sibi firmiter persuadendum, optabilius esse, pugnando mori, quam fugiendo servari.*

XII. Quod si secundæ partitioni accesserit tertia, tribus μὲν, singulis suis partibus affixis, tria respondent δὲ adversis partibus apposita hoc ordine, ut primum δὲ postremo μὲν, secundum penultimo, et ultimum primo rite respondeat, quæ mira variatio orationi elegantiam, perspicuitatemque addit, cum cæteroquin periculum esset, ne cuncta conturbarentur. Talem bis terque divisam orationem suppeditat Plato in Phædr. pag. 256. [T. X. p. 341. ed. Bip.] quam, quo facilior minus expertis fiat conspectus, liceat ordine analytico proponere. Est autem talis:

Digitized by Google

A. Ἐὰν μὲν δὴ ἂν εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας ἀγαγόντα,

I. μακάριον μὲν, καὶ ὁμονοητικὸν τὸν ἐνθάδε βίον διάγουσιν, ἐγκρατεῖς αὑτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες.

a. δουλωσάμενοι μὲν, ᾧ κακία ψυχῆς ἐνεγίνετο,
b. ἐλευθερώσαντες δὲ, ᾧ ἀρετή.

II. τελευτήσαντες δὲ δὴ ὑπόπτεροι καὶ ἐλαφροὶ γεγονότες τῶν τριῶν παλαισμάτων, τῶν ὡς ἀληθῶς Ὀλυμπιακῶν ἓν νενικήκασιν etc.

B. Ἐὰν δὲ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται et reliqua. Hoc est:

A. *Si melioris cogitationis partes, ad rectam vitæ institutionem et philosophiam ducentes, extiterint victrices,*

I. *tum beate hanc vitam et concorditer degunt, sui ipsorum compotes et modesti existentes,*

a. *subacta ea animi parte, cui vitium inest,*
b. *et in libertatem vindicantes, in qua virtus dominatur:*

II. *tum morientes, alas accipiunt, et evolant alacres, in uno ex tribus certaminibus, vere Olympicis, victores:*

B. *Sin molestiorem et a studiis philosophicis alienam vitam et ambitiosam degunt*, etc.

XIII. Novo more Herodotus particulas geminat, ubi tamen oratio est bimembris, neque novam patitur partitionem, sed partitionis quasi vicem supplent aliæ voculæ ἀναφορικαὶ, quibus ἐν ταῖς ἀποδόσεσι de integro adduntur ex improviso, vel repetuntur potius particulæ μὲν et δέ. Tale est illius in Euterp. cap. 26. Εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων τοῦ οὐρανοῦ, τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίας· τῇ δὲ ὁ νότος νῦν ἕστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης. *Si in cœli regionibus immutaretur tempestatum statio, et, ubi nunc boreas et hyems consistunt, ibi austri situs esset et meridiei: contra ubi auster consistit, ibi aquilo foret.*

XIV. Invenitur etiam in oratione bimembri μὲν repetitum, nempe quando prioris membri principium ob longius hyperbaton repetitur, ut apud Plat. in Phædon. pag. 108. [c. 57. ed. Fischer.] τὴν μὲν ἀκάθαρτον καί τι πεποιηκυῖαν τοιοῦτον, ἢ φόνων ἀδίκων ἡμμένην, ἢ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα εἰργασμένην, ἃ τούτων ἀδελφά τε καὶ ἀδελφῶν ψυχῶν ἔργα τυγχάνει ὄντα, ταύτην μὲν ἅπας φεύγει τε καὶ ὑπεκτρέπεται, καὶ οὔτε ξυνέμπορος, οὔτε ἡγεμὼν ἐθέλει γίγνεσθαι· αὐτὴ δὲ πλανᾶται. *Illam quidem impuram, quæque aut injusta cæde, aut simili quopiam scelere sit*

Digitized by Google

maculata, aut alia quædam hujusmodi patraverit, quæ his sunt cognata, et cognatarum animarum opera: hanc, inquam, quilibet fugit et aversatur, neque hujus vult esse comes, neque dux: ipsa vero vagatur.

XV. Pro δὲ ἀποδοτικῷ frequenter inveniuntur cognatæ particulæ ἀλλὰ, αὐτὰρ, ἀτὰρ, αὖθις, μέντοι, μὴν, πλὴν ἀλλὰ, imo et καὶ et τέ Singulorum exempla dabo. Post μὲν sequitur ἀλλὰ apud Hom. Il. Γ. v. 214.

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως.—

Pauca quidem, sed tamen acutissime. Et apud Eurip. in Orest. v. 562.

Ἀνόσια μὲν δρῶν, ἀλλὰ τιμωρῶν πατρί.

Scelerata quidem perpetrans, sed ulciscens patrem. Et in ep. ad Rom. cap. XIV. comm. 20. Πάντα μὲν καθαρά· ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι. *Omnia quidem munda sunt: sed nocet homini edenti cum offensione.* Apud poëtas pro eodem sæpe αὐτὰρ et ἀτὰρ, ut apud Hom. Il. Α. v. 50.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς
Βάλλ'.—

Mulos quidem invasit primum, et celeres canes. At deinceps in ipsos missa letifera sagitta feriebat. Ἀτὰρ habet idem Il. Α. v. 166.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ'· ἀτὰρ ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται,
Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε
Ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας.—

At maximam quidem partem impetuosi belli manus meæ gubernant: sed, si quando partitio fiat, tu multo majus præmium, ego vero exiguum, quo me exhilarem, ferens ad naves redeo.

Sic ad μὲν refertur αὖθις apud Sophocl. in Antig. v. 107.

—Τοῦτο μὲν, τὰ Λαΐου
Σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη·
Τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν
Κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι
Παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.

Sciens, vos tum semper coluisse potens Laii imperium, tum, quando

Digitized by Google

Œdipus imperabat urbi, et cum postea periit, mansisse tamen constanti fide erga eorum filios.

XVI. Nonnunquam τὴν ἀπόδοσιν ostendit μέντοι, ut apud Aristot. de Rep. lib. I. cap. 6. Ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν, οὐ μέντοι δύναται. *Natura vult quidem hoc facere, at non potest.* Pro οὐ δύναται δέ. Plat. de Rep. lib. VI. pag. 511. [T. VII. p. 124. ed. Bip.] Μανθάνω, ἱκανῶς μὲν οὔ· ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν, σαφέστερον εἶναι etc. *Intelligo, non satis quidem: sed velle te explicare manifestius esse*, et reliqua.

XVII. Vicarius τοῦ δὲ nonnunquam est ὁ μὴν, ut apud Plat. in Phædr. pag. 268. [T. X. p. 367. ed. Bip.] Ἀνάγκη μὲν καὶ ταῦτ᾽ ἐπίστασθαι τὸν μέλλοντα ἁρμονικὸν ἔσεσθαι· οὐδὲν μὴν κωλύει οὐδὲ σμικρὸν ἁρμονίας ἐπαΐειν τὸν τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα. *Necesse quidem est, eum, qui velit esse harmonicus, etiam hæc scire: nihil tamen impedit, quo minus is, qui eo, quo tu, modo affectus sit, nihil de harmonia intelligat.*

XVIII. Subjungit pro δὲ Heliodorus πλὴν ἀλλὰ libr. Æthiop. VI. cap. 7. Ἀνδρῶν συντυχίαν δυστυχῶν μὲν, πλὴν ἀλλ᾽ Ἑλλήνων πρυτανεύσασα. *Concilians familiaritatem virorum, calamitosorum quidem, sed tamen Græcorum.*

XIX. Ubi μὲν et δὲ sunt tantum διαφορικὰ, redduntur que simpliciter per copulam *et*, nonnunquam pro δὲ invenies καὶ, ut apud Hom. Il. A. v. 267.

Κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο.

Erant fortissimi, et pugnabant cum fortissimis. Vel ἀποδοτικὸν est τὲ cognatum, ut apud Eurip. in Orest. v. 1317.

Πάλιν κατάστηθ᾽ ἡσύχῳ μὲν ὄμματι,
Χροιᾷ τ᾽ ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων ὕπερ.

Rursus state quieto adspectu, eoque colore, qui facti nullam præbeat suspicionem. ubi facile pro χροιᾷ τ᾽ potuisset scribere χροιᾷ δ᾽. Sic etiam accepit Scholiastes, reddens: Τὸ μὲν ὄμμα κατεστυγνακὸς ἔχετε· τὸ δὲ πρόσωπον ἀνύποπτον τῶν πεπραγμένων χάριν. Contra τοῦ τὲ ἀποδοτικὸν est τὸ δὲ apud Hom. Il. E. v. 359. Φίλε κασίγνητ᾽, ἐκκόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους. *Care frater, effer me, et da mihi equos.*

II.

De Particularum ΜῈΝ *et* ΔῈ *usu.*

I. Quamvis in superiori sectione de usu harum particularum

Digitized by Google

nonnihil attigerim, de reliquis usibus separatim nunc agam: et primus quidem usus esto μεταβατικὸς, quo, ubi ab una ad aliam orationis vel historiæ partem transimus, τὸ μὲν in fine partis prioris oppositum claudit præcedentia; at τὸ δὲ principio alterius partis adjectum, inchoat sequentia. Ita Achillis apud Hom. Il. A. v. 140. oratio bipartita est. Prior pars continet minas, petitque præmium, quod nisi detur meritis suis dignum, minatur, se vi ablaturum; quam orationis partem ita claudit:

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖθις.

Sed de his quidem alias consultabimus. Tum transiens ad alteram orationis partem, ita pergit:

Νῦν δ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν.

Nunc vero nigram navem deducamus in mare vastum. etc. Ita Xen. Cyrop. II. 1. 19. cum Cyri longiorem orationem absolvit, eam ita claudit: Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν. *Hic quidem sic locutus est.* Resumens mox historiam sic pergit: Ἀκούσαντες δὲ οἱ Πέρσαι etc.

II. Insignior tamen hic usus est, quando nobilior pars historiæ vel operis clauditur, et ad nobiliorem item partem transitur. Ita claudit res gestas bello Peloponnesiaco anno sexto Thucydides, sic finiens librum tertium: Ταῦτα μὲν κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐγένετο, καὶ ἕκτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε. *Et hæc quidem gesta sunt per hyemem: hujusque belli annus sextus exiit, quod Thucydides conscripsit.* Tunc narraturus ea, quæ septimo anno gesta sunt, ita orditur librum quartum: τοῦ δ' ἐπιγενομένου θέρους etc. Similiter Aristoteles lib. I. de Rep. cap. 5. disquirit, an sint nonnulli natura servi et liberi. Caput hoc sic finit: Ὅτι μὲν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερὸν, οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν καὶ δίκαιόν ἐστιν. *Natura igitur esse alios liberos, alios servos, perspicuum est, quibus servire et expedit, et æquum est.* Tum sequente capite disquisiturus, an etiam nonnulli sint legitimi servi, sic transit: Ὅτι δὲ καὶ οἱ τἀναντία φάσκοντες, τρόπον τινὰ λέγουσιν ὀρθῶς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. *Eos vero, qui contra dicunt, aliquo modo recte dicere, non difficile est videre.*

III. Secundus usus est ἐν τοῖς μερισμοῖς, quando utraque particula articulo præpositivo vestitur: ita ὁ μὲν, ὁ δὲ sunt relata apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 5. Τό τ' αὖ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄλκιμον εἶναι, οὐ τῷ μὲν προσῆκον, τῷ δ' οὔ. *Rursus fortem se præstare adversus hostes, non est res, quæ alium decet, alium non decet.* et alibi sexcenties.

IV. Insignior tamen partitio est, quando totum, mox in partes dividendum, præcedit in casu secundo, ut apud Herodot. in Polyhymn. cap. 157. Ἢν δὲ ἡμέων οἱ μὲν καταπροδιδῶσι, οἱ δὲ μὴ θέλωσι τιμωρέειν. *Si nostrum alii causam patriæ produnt, alii negligenter*

Digitized by Google

agunt. Tale est principium Enchiridii Epicteti: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. *Eorum omnium, quæ sunt, alia sunt in nostra potestate, alia non sunt.*

V. Hic usus insignem habet elegantiam, ubi non de diversis, sed de una re, quasi individua, sermo est, notantque tunc τὸ μὲν, τὸ δὲ varios ejusdem rei respectus. Ita Plato in Phædr. pag. 255. [T. X. p. 339. sq. ed. Bip.] Ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγὴ—— ἡ μὲν εἰς αὐτὸν ἔδυ, ἡ δ' ἀπομεστουμένη, ἔξω ἀποῤῥεῖ. *Fluxus illius fons partim in ipsum ingressus est, partim, quum exuberat, extra fluit.* Et lib. V. de Rep. pag. 475. [T. VII. p. 56. ed. Bip.] Ἆρ' οὖν, ἄν τινος ἐπιθυμητικὸν λέγωμεν, παντὸς τοῦ εἴδους τούτου φήσομεν ἐπιθυμεῖν, ἢ τοῦ μὲν, τοῦ δὲ οὔ; *An, si quem cujuspiam rei cupidum dicimus, totam hanc speciem eum cupere dicemus, an vero partim cupere, partim non cupere?*

VI. Tertius usus est ἐν ταῖς ἐπανόδοις, cum post digressionem ad interruptam narrationem aut orationem reditur. Ita Homerus pugnam inter Diomedem et Ænean narrans, κατὰ παρέκβασιν non tantum interserit vulneratæ a Diomede Veneris, ipsiusque apud Jovem querentis historiam, sed et Deorum super hac re colloquia; a qua digressione reversurus, primum hanc ita finit:

Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur. Tum ad Diomedem rediens, sic ait:

Αἰνείᾳ δ' ἐπόρουσε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.

In Ænean vero irruit bello clarus Diomedes.

VII. Quartus usus est κλιμακωτὸς, quo μὲν et δὲ toties repetuntur, quot in adscensu sunt gradus, repetente τῷ μὲν subinde ex præcedentibus idem verbum, quo τὸ δὲ adscenderat, ita ut orationis crebræ partes continua tanquam catena cohæreant. Ut apud Demosth. pro Cor. pag 339. Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· οὐδ' ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. Quæ ita reddit Vigerus de Idiot. L. G. cap. VIII. sect. 8. R. 7. *Neque vero hæc ita dixi, ut eadem non proscriberem: nec ita proscripsi, ut in obeunda legatione non dicerem: nec in legatione sic dixi, ut ea Thebanis non persuaderem.* Addo hic verba quæ ad l. c. ex Cornificio dedi: *Non sensi hoc, et non suasi: neque suasi, et non ipse statim facere cœpi: neque facere cœpi, et non perfeci: neque perfeci, et non probavi.*

[Hic usus non est proprie in gradationibus, nec bene κλιμακωτὸς dicitur; sed potius incidit, cum duorum eventuum separatio neganda est. Duo enim, quæ eveniunt, vel conjuncta, vel separata sunt. Jam si negant Græci duo eventus inter se disjungendos esse, hoc illi particula negativa οὐ, sequentibus μὲν et δὲ efficiunt,

Digitized by Google

sed ita ut cum δὲ alia negatio cohæreat. Sic ap. Eurip. Hel. 652. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν οὐχ ὁ μὲν τλήμων, ὁ δ' οὔ. *Cum duo simus, dici non potest, alterum miserum esse, alterum non esse.*]

VIII. Quintus usus est ἐναντιωματικὸς, quoties scilicet τὸ μὲν injicit scrupulum, qui impedire videatur, quominus aliquid fiat, quod fit tamen. Ut apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 28. Τούτους ἄν μοι δοκῶ καὶ ἁμαρτάνοντας ῥᾷον φέρειν, ἢ τοὺς μισοῦντας μὲν, ἔκπλεω δὲ πάντα ἀνάγκῃ διαποιουμένους. *Hos mihi videor etiam delinquentes facilius posse ferre, quam eos, qui quantumlibet me oderint, coacti tamen necessitate abunde omnia peragunt.* Adde Ælian. V. H. lib. 1. cap. 15. de columbis: Οὐδὲν μὲν εἰς ἀλλήλας προΐενται, τίκτουσι δὲ ᾠά. *Quamvis in se invicem nihil emittant, pariunt tamen ova.*

IX. Hæc adversatio non minoris est elegantiæ, quando oratio est μονόκωλος, ut apud Eurip. in Phœniss. v. 1340.

Μόλις μὲν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος.

Licet ægre, condidit tamen ensem in jecur. Et Sophocl. Trachin. v. 62.

—Ἥδε γὰρ γυνὴ
Δούλη μὲν, εἴρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

Hæc enim mulier, quamvis serva, liberum tamen verbum est locuta.

X. Hæc tamen non ita intelligenda sunt, ut particulæ ipsæ dicantur ἐναντιωματικαί; de usu loquor, non de potestate: sed adversativam vim addit intellecta particula ὅμως, quæ nonnunquam additur. Supplet ellipsin Aristides Orat. pro quatuorviris pag. 298. Θετταλοὶ δὲ ὑπ' ἀνάγκης μὲν, ὅμως δὲ ἐμήδιζον. *Thessali autem, quamvis necessitate coacti, Medorum tamen partes sequebantur.* Et Heliodor. Æthiop. lib. VIII. cap. 7. Μόλις μὲν, ἐπείθετο δ' οὖν ὅμως ἡ Χαρίκλεια. *Quamvis ægre, paruit tamen Chariclea.*

XI. Sextus usus celeritatis notam habet, ut in illo Æliani V. H. lib. 1. cap. 2. De aranea loquitur, raptim prædam, in telam incidentem, arripiente: Τὸ μὲν ἔπεσεν, ἡ δ' ἔχει δαῖτα. *Vix aliquid incidit, quin illa hoc sibi in epulas rapiat.*

XII. Septimus usus est ἐξαιρετικὸς, sive exceptivum, sive electivum vocaveris, quum ex negatis unum aliquid excipitur affirmandum. Construuntur tunc cum ἄλλο οὐδέν. Latini reddunt, *nihil aliud præter, quam, nisi.* Sic Plat. lib. V. de Rep. sub init. [T. VII. p. 7. ed. Bip.] Ἄλλο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ. *Nihil aliud audivimus, quam hoc.* Xenoph. Cyrop. III. 1. 8. Ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφιλοφρονήσατο αὐτῷ, εἶπε δέ. *Nulla alia comitate in eum usus est, nisi quod dicebat.* Pro ἄλλο οὐδὲν dixit Ælian. ἄλλων οὐδὲν lib. V. H.

Digitized by Google

l. cap. 9. Λέοντα καὶ νοσοῦντα τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὀνίνησι· φάρμακον δὲ ἐστιν αὐτῷ τῆς νόσου βρωθεὶς πίθηκος. *Leoni etiam ægrotanti nullum aliud remedium utile est, nisi si simium comederit.*

XIII. Sufficit negativum sine nomine ἄλλος, οὐδὲν ὀνίνησιν, φάρμακον δέ. Exemplum habet Thucyd. lib. IV. cap. 28. Οὔτε φοβεῖσθαι ἔφη Λακεδαιμονίους, πλεύσεσθαί τε, λαβὼν ἐκ μὲν τῆς πόλεως οὐδένα, Λημνίους δὲ καὶ Ἰμβρίους. *Neque se timere aiebat Lacedæmonios, sed navigaturum, ex civitate nullum secum ducentem, præter Lemnios et Imbrios.*

XIV. Octavus usus est ἐλλειπτικὸς, et hic quidem triplex; nam vel deest μὲν, vel δὲ, vel utrumque: et μὲν creberrime, imo fere toties, quoties δὲ solitarium invenitur; exempla dedi superius, ubi de particula δὲ seorsim egi sect. 1. §. 3. 21. et 22. quibus adde epist. Jacobi cap. II. comm. 11. Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου. Pro, Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις μὲν, φονεύσεις δέ. *Si vero non mœchaberis quidem, sed occideris, factus es transgressor legis.* Et Evang. Matth. cap. XVI. comm. 26. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; pro ἐὰν τὸν μὲν κόσμον ὅλον etc. *Quid prodest homini, si, dum totum mundum lucratur, animam interim perdat?* Adde Plat. in init. Phædri, ubi interroganti Socrati, unde veniret, et quo proficisceretur, respondet Phædrus: Παρὰ Λυσίου, ὦ Σώκρατες, τοῦ Κεφάλου· πορεύομαι δὲ πρὸς περίπατον ἔξω τείχους. Pro, παρὰ Λυσίου μὲν etc.

Hæc observatio sua non destituitur utilitate: nam neglecta sensum nonnunquam reddit absurdum: ut, cum Apostolus ait, scribens Romanis cap. VI. comm. 17. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. Quid? An Apostolus Deo agit gratias, quod Romani fuerant servi peccatorum? Atqui hic exit sensus, nisi μὲν intelligimus post ἦτε, quod additum monet, non prius hoc membrum per se esse spectandum, donec additur ἀπόδοσις, quæ una cum protasi orationem demum integram reddit. Sic ἦτε μὲν δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, et ὑπηκούσατε δὲ etc. universum hoc sanum efficit sensum talem: *Gratias ago Deo, quod vos, qui fuistis antea servi peccati, nunc toto animo auscultatis ei doctrinæ formæ, in quam traditi estis.* Sed hæc per se satis sunt manifesta, videruntque interpretes; quare Beza reddit supplens: *Quod fuistis quidem servi peccati.* Verum non observatus particulæ defectus interpretes et commentatores in errorem rapuit, vertentes et exponentes locum in act. Apost. cap. VIII. comm. 39. et 40. de Philippo et Eunucho, qui postquam baptizatus erat, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν ὁ Εὐνοῦχος· ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων· Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον. Non intellexerunt scilicet, quomodo ex eo, quod Eunuchus pergebat iter, sequatur, Eunuchum non amplius vidisse Philippum, quare novam particulæ γὰρ potestatem affingunt adversativam, redduntque *Philippum non amplius videbat: gaudens tamen pergebat iter.* Verum suppleta ellipsi τοῦ μὲν, oratio erit integra, sensus sanus, et

Digitized by Google

γὰρ suam αἰτιολογικὴν potestatem servat, hoc modo: Οὐκ εἶδεν αὐτὸν ὁ Εὐνοῦχος. Ratio sequitur bimembris: Ἐπορεύετο μὲν γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων· Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον. *Nam et ille direxit iter, quo tendebat, et Philippus Azoti inveniebatur.* Id igitur, quod alter pergebat iter, alter Azoti inveniebatur, infertur tanquam causa, cur Eunuchus Philippum amplius non videret.

XV. Deest et crebro τὸ μὲν in iis partitionibus, in quibus alterutrum membrum novam patitur divisionem; ut in priori membro sit apud Theogn. vs. 1167.

Τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὴ μὲν ἀπόκρισις, ἐσθλὰ δὲ ἔργα·
Τῶν δὲ κακῶν ἄνεμοι δειλὰ φέρουσιν ἔπη.

Pro, τῶν μὲν ἀγαθῶν, ἐσθλὴ μέν. *Bonorum quidem et proba est responsio, et proba opera: at malorum verba improba ferunt venti.*

XVI. Deest τὸ μὲν in nova prioris membri divisione apud Eurip. in Troad. vs. 1232.

Τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι,
Τλήμων ἰατρὸς ὄνομ' ἔχουσα, τἄργα δ' οὔ·
Τὰ δ' ἐν νεκροῖσι φροντιεῖ πατὴρ σέθεν.

Ego quidem vulnera tua fasciis ligans sanabo, infelix medici quidem nomen habens, sed re ipsa destituta, at pater tuus apud inferos curabit reliqua. ubi post ὄνομα necesse est μὲν intelligere, ut rite respondeant τὰ μὲν, τὰ δὲ, et ὄνομα μὲν, τἄργα δέ. Eadem ellipsis geminatur apud Hom. Il. Ε. vs. 831. ubi talis est ordo, μὲν, (μὲν), ἀτὰρ, δὲ, (μὲν), δὲ, deficientibus secundo et tertio μέν. Verba sunt:

Ὃς πρώην μὲν ἐμοί τε καὶ Ἥρῃ στεῦτ' ἀγορεύων,
Τρωσὶ μαχήσεσθαι, ἀτὰρ Ἀργείοισιν ἀρήξειν·
Νῦν δὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλεῖ, τῶν δὲ λέλασται.

Pro Τρωσὶ et Τρώεσσιν reticetur μὲν, ut respondeant, πρώην μὲν, νῦν δὲ, et Τρωσὶ μὲν μαχήσεσθαι, ἀτὰρ Ἀργείοισιν ἀρήξειν, denique, μετὰ Τρώεσσιν μὲν ὁμιλεῖ, τῶν δὲ λέλασται. *Qui nuper mihi et Junoni promiserat, dicens, se contra Trojanos pugnaturum, et Argivis opem laturum: at nunc a Trojanis stat, et horum obliviscitur.*

XVII. Contra δὲ omittitur modo duplici, vel ἐν τῇ ἀποδόσει, vel una cum illa. In apodosi negligitur in illo Homeri Il. Ε. vs. 595.

Φοίτα γ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθεν.

Pro ἄλλοτε δ' ὄπισθεν. *Incedebat modo ante, modo post Hectorem.*

Digitized by Google

Et in hoc Lucianeo Dial. Mort. XXVII. cap. 8. Ἀλλ' ἤδη μὲν ἐπὶ τῷ στομίῳ ἐσμέν· ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόῤῥωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. *Sed jam ad ostium orci pervenimus: oportet autem contemplari et prospicere e longinquo venientes.*

XVIII. Crebra est hujus particulæ ellipsis in apodosi post adverbium ἔπειτα, præcedente πρῶτα μέν. Sic Plat. in Phædr. pag. 263. [T. X. p. 356. ed. Bip.] ubi Socrates: Τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι, πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι, καὶ εἰληφέναι τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους, ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ πλῆθος πλανᾶσθαι, καὶ ἐν ᾧ μή. Mox post brevem Phædri interlocutionem sic pergit: Ἔπειτά γε, οἶμαι, πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν etc. *Qui artem oratoriam assequi conatur, eum oportet primum quidem hæc rite distinxisse, et utriusque speciei characterem aliquem designasse, in qua necesse sit vulgus errare, et in qua secus: deinde oportere puto, eum, cum ad singula pervenerit, minime latere*, et reliqua. Post εἶτα desideratur apud Aristoph. in Vesp. vs. 1101.

XIX. Una cum ipsa ἀποδόσει omittitur δὲ, non tantum ἐν ταῖς ἀποσιωπήσεσιν, ut apud Eurip. in Phœniss. vs. 1677. ubi incepta oratio alterius sermone abrumpitur:

ΟΙΔ. Ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας.
ΑΝΤ. Ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγοις, πάτερ;

ŒD. Laudo quidem te, o filia, de hoc tuo parato animo. ANT. At, si nuberem, et tu solus fugis, pater? et Lucian. Dial. Mort. Tom. I. pag. 412. ubi Menippus rogat Æacum, ut sibi ostendat ea, quæ sunt apud inferos; qui sic incipit: Οὑτοσὶ μὲν ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶσθα, καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὅς σε διεπέρασε, καὶ τὴν λίμνην, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑώρακας εἰσιών. Tum abrumpens Menippus τὴν ἀπόδοσιν, alia rogat, dicens, Οἶδα ταῦτα etc.

XX. Verum etiam ubi nulla ἀποσιωπήσεως suspicio est, in hujus modi casu crediderim, totam ἀπόδοσιν una cum particula δὲ clanculum intelligendam relinqui; ut cum Electra apud Eurip. in Orest. vs. 8. narrans, Tantalum hanc apud inferos pœnam luere, ut pendeat in aëre, addit, ὡς μὲν λέγουσι, non sequente ἀποδόσει, quæ talis possit adjici, ἐγὼ δ' οὐ σαφῶς οἶδα. Dicæopolis quoque apud Aristoph. in Acharn. vs. 427. ab Euripide petit vestem ex veteri tragœdia. Rogat ille, num velit vestem Œnei? Negat alter. Mox, an Phœnicis? Itidem negat. Tum, an Philoctetæ? Neque hanc, dicit, volo. Tandem, an Bellerophontis? Non Bellerophontis, inquit:

— Ἀλλὰ κἀκεῖνος μὲν ἦν
Χωλὸς, προσαιτῶν, στωμύλος, δεινὸς λέγειν.

Sed ille quidem, cujus nempe vestem peto, *erat claudus, mendicus,*

Digitized by Google

garrulus, dicax. ubi, ne τὸ μὲν omnino sit ἀνανταπόδοτον, possit in fine intelligi, ἄλλως δ' ἐῶ. *Alios mitto.*

XXI. Hæc ellipsis, sive particula μὲν ἀνανταπόδοτος, frequens est, cum primæ personæ additur, præsertim singulari numero; neque tantum sic habet usum περιγραφικὸν, sed etiam βεβαιωτικὸν, cum quis de se affirmat aliquid, aliorum fidem minus urgens. Sic apud Eurip. in Phœniss. vs. 500. dicenti Polynicæ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, respondet Chorus:

Ἐμοὶ μὲν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.

Mihi quidem, h. e. *mihi profecto, et si non in Græcia sumus educatæ, at sane prudenter mihi dicere videris.* Ita non accepit Scholiastes, qui particulam μὲν hic abundare dicit. Aristoph. in Acharn. vs. 59. ubi Dicæopolis, jussus tacere, respondet: Μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ μὲν οὔ. *Per Apollinem, non ego profecto.*

XXII. Quod si βεβαίωσις videtur justo nervosior, attenuat illam adjecta particula πυ, ut apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 504. [T. VII. p. 110. ed. Bip.] Μνημονεύεις μέν πυ, ὅτι etc. *Meministi utique.* Utimur, cum nostræ ipsorum confirmationi diffidentes, alteri assensum extorquere volumus. Confer Hom. Il. Γ. vs. 308.

XXIII. Contra nervosior est βεβαίωσις, quando aliquis de aliis quid affirmat, simulque de se imprimis, utpote suarum rerum consiliique maxime conscius. Ita loquitur Apostolus ep. pr. ad Thessal. cap. II. comm. 18. Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (ἐγὼ μὲν Παῦλος) καὶ ἅπαξ καὶ δίς. *Quare voluimus venire ad vos (ego quidem Paulus) et semel et iterum. Ego quidem*, h. e. *certe, saltem, profecto.* q. d. *quod ad me quidem attinet, certo affirmo.*

XXIV. In colloquiis fit aliquando, ut, ubi alter dixit, ἐγὼ μὲν limitative, alter δὲ adjiciat, quasi ἀποδοτικῶς accipiens illud μὲν, tanquam partitionis indicem. Ita irrisus ob vanam fortitudinis ostentationem Lamachus apud Aristoph. in Acharn. vs. 620. ait:

Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν πᾶσι Πελοποννησίοις
Ἀεὶ πολεμήσω, καὶ ταράξω πανταχῆ,
Καὶ ναυσὶ, καὶ πεζοῖσι κατὰ τὸ καρτερόν.

At ego profecto omnibus Peloponnesiis perpetuum bellum inferam, et prior aggrediar terra marique multa vi. Tum Dicæopolis, quasi dixisset, *ego quidem*, respectu diversarum personarum, respondet ἀποδοτικῶς·

Ἐγὼ δὲ κηρύττω καὶ Πελοποννησίοις

Ἅπασι καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις
Πωλεῖν, ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ· Λαμάχῳ δὲ μή.

At ego omnibus Peloponnesiis, et Megarensibus, et Bœotiis præconio significo, ad me ut veniant vendituri et mecum in foro acturi: Lamacho vero non item.

XXV. In his quidem et similibus dixi, particulam μὲν vicem τῦ γὲ explere posse, quantum attinet ad usum: verum, si naturam spectamus, habet suam ἀπόδοσιν extrinsecus arcessendam, quod in omnibus, quæ dedi, exemplis ostendere longum est. Nam si dicimus, μὲν in his plane pro γὲ poni, quid dicemus, si duo hæc conjuncta videbimus? Concurrunt autem apud Hom. Il. Α. vs. 216. ubi Achilles a Minerva monitus, ut iræ frenum injiciat, sic respondet.

Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεὰ, ἔπος εἰρύσασθαι,
Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. —

Oportet quidem, o Dea, tua verba observare, quantumlibet animo iratum. Hic μὲν non potest vicem explere τῦ γὲ, ut sit παραγραφικὸν, cum ipsum τὸ γὲ præsens suo fungatur officio. Sed tutius est hic statuere ellipsin, suppressa parte ἐπιδοτικῇ, quæ hujusmodi esse potest, ut oratio sit integra: χρὴ μὲν σφωΐτερον ἔπος εἰρύσασθαι, λήγειν δὲ ἔριδος. quod præcessit vs. 210. Ne quis tamen dubitet, quod inter μὲν et γὲ aliquid interponitur, quo fiat, ut utraque particula ad diversa sit referenda, addo alium ex Aristophane locum in Acharn. vs. 153. Hic multa de legatione sua in Thraciam jactat Theorus, quæ non credere se ait Dicæopolis: tum addit alter, fortes viros de gente Thracica missos adesse: ad quod alter: Τῦτο μέν γ' ἤδη σαφές. *Hoc quidem apparet scilicet!* ubi γὲ adstringit τῦτο, et μὲν desiderat suam apodosin, quæ intelligenda est, τὰ δὲ πρόσθεν λεχθέντα ἐῶ. Similiter vs. 754.

Ἀλλὰ γὰρ, ὅκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν,
Ἄνδρες πρόβυλοι τῦτ' ἔπραττον τῇ πόλει,
Ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

Sed enim, cum quidem certe illinc discessimus, primarii viri in civitate id egerunt, ut quam citissime periremus. Confer Lucian. Adv. Indoct. Tom. III. pag. 108. init.

XXVI. Ex usu βεβαιωτικῷ nascitur alius usus approbandi, qualis est apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 472. Τῦτο μὲν ἀληθὲς λέγεις. *Hoc quidem verum dicis.* Ita oblata ab Amphitheo fœdera approbat Dicæopolis apud Aristoph. in Acharn. vs. 195.

Αὗται μὲν ὄζυσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος.

Digitized by Google

Hæc quidem redolent ambrosiam et nectar.

XXVII. Præstat etiam usum in commendationibus apud eundem paulo ante, vs. 187. ubi Amphitheus fœdera offerens, ait: Αὗται μὲν εἰσι πεντέτεις. *Hæc quidem sunt quinque annorum.* In quibus eadem ellipsi, jam non semel observatæ, locus dari potest.

XXVIII. Est et ubi utraque particula desideratur, ut apud Plat. in Phædr. pag. 244. Τόσῳ κάλλιον μαρτυρῦσιν οἱ παλαιοὶ μανίαν σωφροσύνης, τὴν ἐκ Θεῦ, τῆς παρ' ἀνθρώπων γιγνομένης. *Tanto testantur antiqui furorem temperantia præstantius quid esse, cum ille ex deo, hæc ex hominibus proficiscatur.* Pro τὴν μὲν ἐκ Θεῦ, τῆς δὲ παρ' ἀνθρώπων.

MEN ΔΗ.

I. Crebro junguntur μὲν δή. Utramque particulam supra satis, ut puto, explicui: restant pauca de ipsarum connubio dicenda. Et primo quidem τῷ μὲν subjicitur τὸ δὴ in prima sua, i. e. temporis notione apud Sophocl. in Philoct. vs. 1300. Τὰ μὲν δὴ τόξ' ἔχεις. *Arcum quidem jam habes.* Ita et Thetis apud Hom. Il. A. vs. 514. postquam Jovem oraverat, ut filium honoraret, et ille, nihil responderat, ita eum urget:

Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο, καὶ κατάνευσον.

Haud dubie quidem nunc mihi promitte, et annue.

II. Ita quoque aggregantur, ut μὲν habeat usum περιγραφικὸν, et δὴ ὑπερθετικὸν, quum nempe præcedentibus novum quid, quodque maxime urgeat, adjicitur, sive cum orationi aliquis cumulus imponitur. Ut cum apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 48. transfugæ Cyro nunciant de hoste: Οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι ἐξιοιέν τε ἤδη σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ παρατάττοι αὐτὺς ὁ βασιλεὺς ἔξω ὤν, καὶ παρακελεύοιτο μὲν δὴ τοῖς ἀεὶ ἔξω ὖσι πολλά τε καὶ ἰσχυρά. ubi retulerant, regem jam cum armatis e castris prodire, suosque egressum instruere, addit tanquam cumulum: et cohortari quidem jam suos prolixa gravique oratione.

III. Habent et usum inchoativum, quemadmodum simplex δὴ, quod pro μὲν δὴ in orationum principiis adhiberi, supra h. v. vidimus. Ita Plat. lib. VI. de Rep. sub princip. [T. VII. p. 71. ed. Bip.] naturam Philosophi explicaturus, inchoat: Τῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν etc. *Hoc igitur de Philosophorum natura inter nos constat, eos disciplinæ semper amore duci* etc. His nempe particulis utens, accingit se ad explicandas naturæ philosophicæ notas. Inchoant tamen μὲν δὴ, non absolute quidem, sed ita, ut prius nonnulla tanquam prolegomena substernantur: tunc, ubi ad rem ipsam perventum sit, in-

Digitized by Google

choare solent. vid. eundem in Timæo pag. 53. [T. IX. p. 351. ed. Bip.] *Nunc vero*, inquit, *singularum rerum constitutionem creationemque insueto sermone vobis explicabo.* Tum incipit rem ipsam: Πρῶτον μὲν δὴ πῦρ καὶ γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, ὅτι σώματά ἐστι, δῆλον. *Principio quidem, ignem, et terram, et aquam, et aerem corpora esse, manifestum est.*

IV. Utimur et in transitionibus, in quibus μὲν δὴ claudit priora, et δὲ in apodosi inchoat sequentia, plane simplex μὲν, de quibus modo egimus. Hic tamen δὴ clausulis, μὲν et δὲ transitionibus ipsis aptiora videntur. Ut apud Xen. Cyrop. II. 3. 7. Χρυσάντας μὲν δὴ οὕτως εἶπεν· ἀνίστη δ' ἐπ' αὐτῷ Φεραύλας Πέρσης. *Et sic quidem dixerat Chrysantes, cum post eum surrexit Pheraulas Persa.* Ita ab una ad alteram orationis partem transit Plato in Phædr. pag. 246. [T. X. p. 321. ed. Bip.] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ, ὅπῃ τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω· τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀποῤῥεῖ, λάβωμεν. *Sed hæc quidem, uti Deo gratum erit, hactenus se habento et dicunto: causam vero, propter quam alæ animæ defluant, explicandam sumamus.*

V. Cum non tantum in protasi, sed etiam in apodosi δὴ adjicitur, ut post μὲν δὴ sequatur δὲ δὴ, tunc alterum illud δὴ singularem exercet potestatem, manente tamen transitionis usu. Ita Plat. in Phædr. pag. 258. Ὃ μὲν δὴ τυγχάνει ὂν, περὶ οὗ βουλευτέον, εἴρηταί τε καὶ ὥρισται· βλέποντες δὲ δὴ πρὸς αὐτὸ τὰ λοιπὰ λέγωμεν etc. *Atque illud quidem, de quo instituta est oratio, dictum et definitum est: nunc vero reliqua, quæ consequuntur, dicamus.* ubi δὴ post δὲ exserit vim suam παρακελευστικὴν, natam ex potestate χρονικῇ. q. d. *Age vero, nunc persequamur reliquam orationis partem.*

VI. Possunt et μὲν δὴ in transitionibus intelligi; cum novam orationis partem constituit solitarium δὲ, ut cum Lysias in Oratione funebri res ab Atheniensibus in bello contra Æginetas gestas laudaverat, eorumque virtutem celebraverat, qua Græciæ civitates in libertatem vindicaverant, ita concludit hanc orationis partem pag. 543. Ὧν ἕνεκα δεῖ μόνους καὶ προστάτας τῶν Ἑλλήνων καὶ ἡγεμόνας τῶν πόλεων γίγνεσθαι. ubi post ὧν clausulam indicantia μὲν δὴ desiderari possunt, ut sit sensus: *Et propter hæc quidem oportet illos esse solos et præfectos Græcorum, et civitatum principes.* Tum transiens ad virtutem, quam in calamitatibus ferendis præstiterant, ita pergit: Ἐπεδείξαν δὲ καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις την ἑαυτῶν ἀρετήν. *Porro cognita quoque eorum in ferendis calamitatibus fuit virtus.*

VII. Ex prima temporis notione particulæ δὴ nascitur quoque τῶν μὲν δὴ usus in conclusionibus; qui enim concludit orationem, indicat, se jam eo perduxisse eam, ut probanda probaverit: inque eo aliquo modo triumphat et exultat animo alacri, et in demonstraris acquiescente. Quin et in transitionibus δὴ id unum agere videtur, ut priora concludat finiatque. Conclusionis notam habes

2

Digitized by Google

apud Plat. in Lys. pag. 222. [T. V. p. 250. ed. Bip.] ubi universam de amicitia disputationem ita concludit: Τὸ μὲν δὴ φύσει οἰκεῖον ἀναγκαῖον ἡμῖν πέφανται φιλεῖν. *Atque ita quidem apparet, necesse esse illud amare, quod naturæ cognatum est.* Partem quoque disputationis, qua ostendit idem, ex eo, quod talis respublica, qualem describit, nusquam existat, non sequi, eam non esse optimam, ita claudit lib. V. de Rep. pag. 473. [T. VII. p. 51. ed. Bip.] Τοῦτο μὲν δὴ μὴ ἀνάγκαζέ με, οἷα τῷ λόγῳ διήλθομεν, ταῦτα παντάπασι καὶ τῷ ἔργῳ δὴ γιγνόμενα ἀποφαίνειν. *Quæ cum ita sint, ne me cogas, ut ea, quæ oratione persecuti sumus, talia prorsus et revera jam nunc existere, ostendam.* Hinc illud eidem familiare, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· et καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

VIII. Cum harum particularum multus sit usus in orationum principiis, transitionibus, et conclusionibus, hinc facile cognoscimus, easdem et continuationibus esse congruas; continuatur enim sæpe oratio sive narratio per partes in eodem subjecto. Tunc reddimus commode *porro*, ut apud Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 15. Ἡι δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν καθεώρων——κατὰ τὸ εὐώνυμον μὲν σφῶν ἐπέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχθῃ τὰς ἴλας τῶν ἵππων. Χρόνον μὲν δὴ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες——ἡσυχίαν ἦγον. *Qua vero parte Alexandrum ipsum animadvertebant, sinistrum ipsorum cornu urgentem, in ea densas equitum turmas in litore collocaverunt. Aliquamdiu porro uterque exercitus ad summam fluminis ripam subsistens quiete se tenuit.* Imprimis autem hunc usum præstant particulæ in continuandis mutuis sermocinationum vicibus, ut apud Xen. Cyrop. III. 1. 39. ubi, postquam narraverat, quæ Tigranes dixerat, sic pergit: Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐπὶ τούτοις εἶπε· Φεῦ τοῦ ἀνδρός. Ὁ δὲ Ἀρμένιος ἔλεξεν οὕτως. Atque ita habet continuatio semper aliquam inchoati sermonis similitudinem, præcipue quum παρὰ τοῖς διαλεγομένοις, sermone interpellatione alterius abrupto, alter narrationem resumit. Exemplum vide sis in Aristophanis Pluto v. 728. ubi Cario, relatis, quæ in templo Æsculapii egisset, post mulieris interpellationem, ita denuo inchoat:

Μετὰ τοῦτο δὲ Πλούτωνι παρεκαθίζετο,
Καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο.

ΜΕ`Ν ΟΥ῏Ν. ΜΕ`Ν ΟΥ῏Ν ΓΕ. ΜΕ`Ν ΟΥ῏Ν ΔΗ΄.

I. Particula μὲν præfixa collectivo οὖν, conclusionem notat non simplicem, quando sequitur δὲ, aut aliud cognatæ potestatis: ut cum apud Eurip. in Orest. v. 690. Orestes a Menelao in adversis auxilium petit, respondet ille, se venisse non idoneis militibus stipatum, unde concludit:

Μάχῃ μὲν οὖν ἂν οὐχ ὑπερβαλοίμεθα
Πελασγὸν Ἄργος· εἰ δὲ μαλθακοῖς λόγοις

Δυναίμεθ', ἐνταῦθ' ἐλπίδος προςήκομεν.

Geminam conclusionem discernunt μὲν et δέ. *Pugnando igitur nos possumus quidem superare Pelasgum Argos: sed eo spei venimus fore, ut possimus verbis mollibus.* Sed plena hic exemplis omnia.

II. Quomodo τὸ μὲν sine δὲ afferre possit sensum περιγραφικὸν, supra vidimus in MEN §. 22. Hoc sensu præfigitur τῷ οὖν apud Aristoph. in Pac. v. 327. ubi Trygæus chorum saltantem increpat vetatque tripudiare. Pergit tamen. Rursus monitus, se cessare dicit. Tum ille: Hoc dicis quidem, sed interim non cessas. Ad quod chorus:

Ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι, καὶ μηκέτι.

Unum ergo hunc quidem saltem gyrum me ducere sine, et non amplius.

III. Præstant etiam usum inchoativum, plane ut μὲν δὴ, de quibus supra; nempe quum nonnullis præmissis, quæ generalem rerum dicendarum conspectum præbeant, ad ipsam narrationem aut rei propositæ explicationem acceditur. Quod itaque ad usum attinet; idem est prorsus qui τῶν μὲν δή· ad potestatem tamen particularum si rite attendimus, id inerit discriminis, quod δὴ in μὲν δὴ indicat animum ad agendum dicendumve promtum, paratum, vegetum, alacrem, qui in μὲν οὖν sedatior est; neque enim concludendi potestatem τὸ οὖν omnino deponere, fortasse postea exponam, ubi ad hanc particulam pervenero; quæ potestas non deprehenditur in μὲν δή. Post multa, quæ de eloquentia præmisit, ita orditur orationem de optima reip. forma et officio civium Nicocles: Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν οἶμαι πᾶσι δοκεῖν etc. Latini vero negligunt fere particulam μὲν, *quidem*, contenti una vocula *ergo*. *De rebuspublicis ergo arbitror omnes censere* etc. Ita commode incipiunt oratores post exordia. Isocr. ad Demon. pag. 8. ita, cum multa præfatus fuit, præcepta orditur: Πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς. *Principio igitur religione pia deos cole.* Imo et toti operi, in sua capita diviso, principium dat μὲν οὖν, δὲ per singula deinde capita transitiones adjuvante. Ita præmisso ad Polyclen prologo suos characteres ethicos orditur Theophrastus cap. 1. Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προςποίησις ἐπὶ τὸ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. *Simulatio* (sive, ut mavult Casaubonus, *Cavillatio*) *igitur, ut definitione eam complectamur, censeatur cum factorum, tum dictorum in deterius fictio.* Deinde cap. 2. ubi transit ad adulatoris characterem, sequitur δέ. Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις. et cap. 3. de Garrulitate: Ἡ δὲ ἀδολεσχία ἐστὶ etc. Et ita plerisque, quæ sequuntur, capitibus constanter, saltem usque ad cap. 12.

IV. Nec verborum tantum, sed etiam factorum principiis inser-

Digitized by Google

viunt, ut cum apud Eurip. in Oreste Electra chorum disponit ad obeundas stationes, pars chori respondet v. 1257.

> Χωρεῖτ', ἐπειγώμεσθ'. ἐγὼ μὲν οὖν τρίβον
> Τήνδ' ἐκφυλάξω.—

Ite, festinemus. Ecce ego quidem hanc semitam servabo. Q. d. *Festinemus. En ego præibo.* Vel, *Ergo age, ego* etc.

V. Et sic aliquo modo usum habent παρακελευστικὸν, ut μὲν δὴ, vel δὴ solitarium, qui usus magis est conspicuus apud Aristoph. in Pac. v. 559.

> Νῦν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, προσευξώμεσθα πρῶτον τῇ θεῷ.

Agite, o viri, nunc quidem supplicemus deæ. Nec interim omnino perit τοῦ οὖν vis concludendi; chorus enim pacis fructus gratissimos laudaverat; unde Trygæus concludit, eam esse imprimis celebrandam. Cæterum potest μὲν exercere usum περιγραφικόν. Neque etiam principii ratio cessat propter vocem πρῶτον, quam mox sequitur εἶτα.

> Εἶθ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδ' ἐς τὰ χωρία
> Ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν εἰς ἀγρὸν ταρίχιον.

VI. Ut μὲν δὴ, ita et μὲν οὖν adhibentur in clausulis, præcipue quando longior narratio præcedit, in qua extrema aliquid, quod ejus summam complectitur, colligitur; ut, cum nuncius apud Eurip. in Phœnissis res a Thebanis in defendenda urbe adversus hostium assultus strenue gestas, armaque depulsa longa oratione laudaverat, ita totam claudit historiam v. 1203.

> Πύργων μὲν οὖν γῆς ἔσχομεν κατασκαφὰς
> Εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν· εἰ δ' εὐτυχὴς
> Ἔσται τολοιπὸν ἥδε γῆ, θεοῖς μέλει.

Atque ita quidem, ne turres subruerentur, prohibuimus in hunc usque diem: cæterum an postmodo hæc regio futura sit felix, id vero diis curæ est. Interim vis tota fere concludendi consistit in οὖν, τῷ μὲν respondente particula δέ. Similiter cum Lucas in Act. Apost. cap. V. prolixius narraverat, quomodo apostoli, Gamalielis consilio, periculo liberati essent, ita hæc omnia claudit comm. 41. Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες. *Atque illi quidem*, vel, *ergo illi quidem læti abierunt*.

VII. Hinc conveniunt epilogis, quibus tota clauditur oratio, qualis est Isocratis, quæ inscribitur Nicocles: ait ille: Ἐγὼ μὲν οὖν, ἅ τε γινώσκω, παρῄνεσα. *Atque ego quidem, quæ cognita habeo, commendavi.*

Digitized by Google

VIII. Est etiam usus ἐν ταῖς ἐπανόδοις, quum interrupta vel per narrationem disquisitio, vel per disquisitionem narratio resumitur.

Prioris exemplum est apud Aristot. de Rep. lib. I. cap. 7. de Thalete, qui, ingeniose ex astris prævisa olei ubertate, omnia loca ad conficiendum oleum idonea vili pretio conduxerat, quæ postea magna frequentia confluentibus conductoribus, quanti ipse volebat, elocavit, hoc facto ostendens, quam stolide vulgus viro sapienti objiceret paupertatem, ipsumque sapientiæ studium diceret inutile. Hoc Thaletis factum paulo ante dixerat Aristoteles ab aliis ejusdem sapientiæ tribui, sibi autem videri τυγχάνει καθόλου τι ὄν. Tunc narrat ipsam historiam, qua absoluta, ad id, quod præmiserat, reversus, ita pergit: Θαλῆς μὲν οὖν λέγεται τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίδειξιν ποιήσασθαι τῆς σοφίας· ἔστι δ', ὥσπερ εἴπομεν, καθόλου τὸ τοιοῦτον χρηματιστικὸν, ἐάν τι δύνηται μονοπωλίαν ἑαυτῷ κατασκευάζειν. *Thales igitur dicitur quidem hoc modo sapientiæ dedisse specimen: est autem, ut diximus, universe tale quid, quod ad rem faciendam conducit, si quis possit monopolium sibi parare.* Alterius exemplum recurrit apud Thucyd. lib. IV. cap. 76. et 77. ubi narrat, Demosthenem, Atheniensium ducem, cum quadraginta navibus Naupactum se contulisse. Tum interserit consilia belli inita, quæ ita claudit: Ἡ μὲν οὖν ἐπιβουλὴ τοιαύτη παρεσκευάζετο. *Ergo talia quidem inita fuerunt consilia.* Mox resumens superiora, pergit: Ὁ δὲ Ἱπποκράτης ——— τὸν Δημοσθένη προαπέστειλε ταῖς τεσσαράκοντα ναυσὶν εἰς τὴν Ναύπακτον. *Hippocrates vero Demosthenem præmisit Naupactum cum quadraginta navibus.* Et in Act. Apost. cap. XXVIII. comm. 5. Narraverat Lucas, viperam ex igne prosilientem Pauli manum fuisse amplexam. Hanc narrationem aliqua ratione interrumpit Barbarorum observatio, disquirentium in facti causam. Mox narrationis quasi filum resumens, sic pergit: Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν. Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. *Ille igitur, excussa quidem in ignem bestia, nihil mali passus est; ast illi exspectabant, dum intumesceret, aut confestim caderet exanimis.*

IX. Et hinc utriusque amica copula μετάβασιν faciliorem reddit, ut liquet ex allato ex cap. V. Act. Apost. loco, ubi post οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες, et pauca sequentia, transiens Lucas ad aliam historiæ partem, ita ait: Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις etc. Ita quoque Joannes in Evang. cap. XIX. mediæ servatoris, in crucem sublati, historiæ factum militum, ejusdem vestimenta inter se partientium, immiscet: tum addit in fine comm. 24. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν. mox rediens, unde declinaverat oratio, ita pergit: Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ et reliqua.

X. Atque ita plana fit μετάβασις, quoties ab una ad aliam partem transitur. Talis est illa Theocriti Idyll. VIII. v. 61. ubi exacto Daphnidis et Menalcæ per alterna carmina certamine, transit ad postremam Menalcæ cantionem ita:

Digitized by Google

Ταῦτα μὲν ὦν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν·
Τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν οὕτως ἐξᾶρχε Μενάλκας.

Hæc igitur alternis quidem pueri cantabant: postremam vero cantilenam sic exorsus est Menalcas. Ita et Plat. in Phædr. pag. 234. Ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς, ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα. *Atque ego quidem existimo, sufficere ea, quæ dicta sunt: tu vero, si quid habeas, quod omissum subjici posse credas, interroga.*

XI. Ut μὲν δὴ, ita et μὲν οὖν continuant orationem. Est autem illa continuatio nihil aliud quam transitus partium in eodem subjecto. Exemplum est in Ep. Pauli ad Hebr. cap. VII. comm. 11. In superioribus narraverat historiam Melchisedeci, quem ostenderat Abrahamo fuisse præstantiorem, quippe qui Melchisedeco decimas obtulerat; mox probaturus, veram sanctificationem non fuisse in sacerdotio Levitico, sic pergit: Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι; *Porro si consummatio per sacerdotium Leviticum esset, qui adhuc opus erat alium sacerdotem surgere secundum ordinem Melchisedeci, et non secundum ordinem Aaronis dici?*

XII. Pro μὲν οὖν invenias apud Ionas et Poëtas μέν νυν vel inchoare, vel transire, ut apud Herodot. Erat. cap. 109. ubi Miltiades Callimacho consilium daturus, prius exponit dissentientium prætorum sententias, aliis prælium suadentibus, aliis dissuadentibus. Quibus substratis, quid ipse sentiat, expositurus, sic ait: Ἢν μέν νυν μὴ συμβάλωμεν etc. *Si igitur non congrediemur.* Transitionis earundem usus est apud eundem in Euterp. cap. 27. ubi a Nili natura transiens ad ejusdem fontes, ita scribit: Ταῦτα μέν νυν ἔστω, ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο· τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς οὔτε Αἰγυπτίων, οὔτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους, οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι. *Ergo hæc quidem ita sunto, ut sunt, et ab initio fuerunt: de Nili vero fontibus, neque Ægyptiorum, neque Græcorum, in quorum colloquium unquam incidi, quisquam se aliquid scire, ausus est profiteri.*

XIII. Ex colligendi potestate nascitur usus βεβαιωτικὸς· confirmantur enim fortius, quæ ex argumentis colliguntur: et hoc quidem præstat οὖν, ut postea videbimus; at τοῦ μὲν, non sequente δὲ, usus περιγραφικὸς novam vim novosque nervos confirmationi addit. Usus frequentissimus est in responsionibus affirmativis, in quibus ipsa quidem argumenta, unde confirmanda colligantur, absunt; sed extrinsecus intelligenda ea negliguntur: et ita fit, ut μὲν οὖν vehementer affirment. Præfiguntur tunc voces ex præcedentibus repetitæ vel eædem, vel similes, vel aliæ affirmationem adjuvantes, ut ἀνάγκη μὲν οὖν, παντάπασι μὲν οὖν, παντελῶς μὲν οὖν, πάντων μὲν οὖν μάλιστα, πάνυ μὲν οὖν. Vox eadem repetitur apud Plat. in Euthyph. [C. 13. ed. Fischer.] ubi Socrates: Ἔστιν ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ

Digitized by Google

αἰσχυνόμενος, ὃ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας; ΕΥΘ. Δέδοικε μὲν οὖν. *Estne quispiam, qui alicujus rei veneratione et pudore motus, non timeat simul metuatque opinionem improbitatis? Euth. Profecto metuit.* Idem in Phileb. post principium: Σωκρ. Ἆρ' οὐχ οὕτως; Πρ. Οὕτω μὲν οὖν· *Socr. Nonne ita? Pr. Ita profecto.* Et lib. V. de Rep. pag. 469. init. [Bip. VII. 43.] Οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ; Πεισόμεθα μὲν οὖν. *An non credemus Hesiodo? Credemus certe.*

XIV. Vox non eadem, sed similis præfigitur apud eundem in Phædr. pag. 230. [T. X. p. 286. ed. Bip.] Ἆρ' οὐ τόδε ἦν τὸ δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς; *An non hæc est illa arbor, ad quam nos duxisti?* Respondetur, non τόδε, sed τοῦτο μὲν οὖν αὐτό. *Ea profecto ipsa.* Et pag. 234. [Bip. 294.] Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα, καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; *Qualis tibi videtur, Socrates, hæc oratio? Nonne tum aliis cæteris, tum verbis egregie composita?* Respondet Socrates, non ὑπερφυῶς, sed δαιμονίως μὲν οὖν. *Divine profecto.*

XV. Vel præfiguntur aliæ voces, affirmationem adjuvantes. Talia sunt, Ἀνάγκη μὲν οὖν. *Necessario certe.* ibid. pag. 262. lin. 7. [Bipont. X. p. 354.] Παντάπασι μὲν οὖν. *Omnino profecto.* ibid. pag. 269. [Bip. 368.] Παντελῶς μὲν οὖν. *Prorsus profecto.* apud eundem lib. VI. de Rep. pag. 496. lin. 9. [Bip. VII. 94.] Πάντων μὲν οὖν μάλιστα. *Omnium profecto maxime.* apud eundem in Philebi principio. Πάνυ μὲν οὖν. *Omnino certe.* apud eundem lib. V. de Rep. pag. 468. [Bip. VII. p. 41.]

XVI. Usus est etiam ἐν τοῖς προλήψεων ἀνθυποφορικοῖς, quando ad interrogationem, in qua negativum insit, asseverando respondetur. Quale est illud Epicteti Enchir. cap. 32. extr. Οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; Ἔχεις μὲν οὖν. Latini hic *imo* dicunt. *Nihil ergo habes pro cœna? Imo habes.*

XVII. Est alius usus βεβαιωτικὸς, quo nostra ipsorum fiducia alteri dubitationem eximere conamur; atque ita μὲν οὖν idem præstat, quod ἀμέλει. q. d. *Ne cures, ne sis sollicitus; est ita.* Ut cum apud Eurip. in Oreste vs. 169. sollicita est Electra, ne Chorus strepitu dormientem fratrem excitaverit; respondet Chorus:

Εὕδειν μὲν οὖν νιν ἔδοξα.

Ne sis sollicita, equidem dormire eum adhuc puto.

XVIII. Auget βεβαίωσιν usus ἐπανορθωτικὸς. cum negatis præmissis, aliud, quod asseveratur, substituitur: et sic commode redditur *imo.* Ita Philocleon apud Aristoph. in Vesp. v. 893. cum alter statuisset criminis pœnam boiam ficulneam; *Imo,* ait, *mors canina sit pœna, si fuerit convictus.*

Digitized by Google

Θάνατος μὲν οὖν κύνειος, ἢν ἅπαξ ἁλῷ.

Et Dicæopolis apud eundem in Acharn. v. 284. clamitante choro, saxis eum obruendum, et ipse clamat, ollam gestans:

Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἐστι; τὴν χύτραν συντρίψετε.

O Hercules, quid hoc est? ollam conteretis. Tum Chorus:

Σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μιαρὰ κεφαλή.

Imo te lapidabimus, o scelestum caput. Q. d. Ἥκιστα τὴν χύτραν συντρίψομεν, ἀλλά σε δὴ καταλεύσομεν αὐτόν. Vel præcedentia non negantur quidem, sed potiora subjiciuntur, ut apud eundem in Vesp. v. 513. dicit pater: Ἐξαμαρτάνω δικάζων; *Egone erro jus dicens?* respondet filius: Καταγελώμενος μὲν οὖν οὐκ ἐπαΐεις ὑπ' ἀνδρῶν, οὓς σὺ μονονοῦ προσκυνεῖς. *Imo an non sentis, te risui esse illis, quos tantum non adoras.*

XIX. Additur et τῷ μὲν οὖν particula δὴ παρακελευστικὴ, quæ inchoantem excitat, ut si Latine dicas *Age igitur.* Est ergo μὲν οὖν δὴ sese ad dicendum agendumve accingentis. Ut apud Plat. in Phædr. pag. 237. [T. X. p. 301. ed. Bip.] postquam dixerat: Discutiamus, quid sit amor, et quam vim habeat, posita ex mutuo consensu definitione, ita incipit cum exhortatione: Ὅτι μὲν οὖν δὴ ἐπιθυμία τις ὁ ἔρως, ἅπαντι δῆλον. *Age igitur, amorem esse quandam cupiditatem, omnibus notum est.*

XX. At facta metathesi, fit μὲν δὴ οὖν, ubi μὲν δὴ est μεταβατικὸν, οὖν συλλογιστικὸν, redditurque *quocirca, quapropter, quare,* ut apud eund. ibid. pag. 256. [Bip. 341.] ex præmissis colligit transiens: Ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας ἀγαγόντα, μακάριον μὲν καὶ ὁμονοητικὸν τὸν ἐνθάδε βίον διάγουσι, ἐγκρατεῖς αὑτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες. *Quocirca, si meliores cogitationis partes victrices ad rectam vitæ institutionem et philosophiam duxerint, feliciter et concorditer hanc vitam transigunt, sui compotes et temperantes.*

ΜΕ´ΝΤΟΙ *cum Annexis.*

I. Aliquando particula μέντοι ex duabus vocibus videtur composita, aliquando duæ sunt particulæ appositæ. Appositas certe dixero, quando τοὶ affirmat, et sequitur δὲ, quod ad μὲν referatur: et sic bimembrem orationem confirmat τὸ τοί. ut apud Xenoph. Cyrop. II. 4. 2. Οἱ δὲ πειθόμενοι ταχὺ μέν τοι παρήγγελον, ταχὺ δὲ τὰ παραγγελλόμενα ἐποίουν. *Illi vero dicto audientes, revera tum celeriter imperaverunt, tum imperata fecerunt.* Et III. 3. 9. Πολὺ μέν τοι ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐῤῥωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν στρατιωτῶν χρησόμεθα,

Digitized by Google

ἢν ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ μὴ ἄκοντες δοκῶμεν ὁρᾷν τοὺς πολεμίους· πολὺ δὲ κἀκεῖνοι μᾶλλον ἡμᾶς φοβηθήσονται etc. *Multo nos præstantiores profecto et firmiores militum animos experiemur, si adversus hostes contendemus, et non inviti sub eorum conspectum venire videbimur: multo quoque magis illi nos formidabunt.*

II. Quod si non sequitur δὲ, potest μὲν habere usum περιγραφικὸν, quem stabilit τὸ τοί. Ita apud Hom. Il. Φ. v. 371.

Οὐ μέν τοι ἐγὼ τόσον αἴτιός εἰμι.

Revera non ego quidem tantum culpandus sum. Apud Eurip. in Phœniss. v. 906. petit a Tiresia Creon, ut salutaria urbi dicat, respondet ille:

Βούλει σὺ μέν τοι, κοὐχὶ βουλήσῃ τάχα.

Tu quidem hoc serio cupis, sed mox non cupies. Quanquam hic potest latere δὲ, vel καὶ in κοὐχὶ ejus vicem supplere.

III. Eædem particulæ cum interrogative efferuntur, notant interrogantem de re, quam rogat, satis quidem certum, sed ejusdem affirmationem quasi emendicantem. Sic Phædrus rogat in Phædro apud Plat. pag. 229. [T. X. p. 284. ed. Bip.] Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέν τοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; *Dic mihi, Socrates, nonne hic re vera prope locus est, unde Boreas dicitur ab Ilisso Orithyian rapuisse?* respondet Socrates: Λέγεται γάρ. Et pag. 261. rogat Socrates: Σὺ δ' εἰπὲ, ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; Οὐκ ἀντιλέγουσι μέν τοι; *Tu vero dic, in judiciis adversarii quid agunt? An non vere contradicunt?* respondet Phædrus: Τοῦτ' αὐτό.

IV. Vim βεβαιωτικὴν particulæ τοὶ auget τὸ μὲν, quod tum ex superioribus liquet, tum maxime ex responsionibus, in quibus cum aliqua vocis intentione et impetu aliquid ex præcedentibus repetitur, ut apud Plat. lib. II. de Rep. pag. 374. prop. fin. [T. VI. p. 243. ed. Bip.] Ἡμέτερον δὴ ἔργον ἂν εἴη, ὡς ἔοικεν, εἴπερ οἷοί τ' ἐσμὲν, ἐκλέξασθαι, τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδειαι εἰς πόλεως φυλακήν. *Nostrum sane erit, ut videtur, siquidem possimus, eligere, quænam et quales naturæ aptæ sint ad urbis custodiam.* Respondet alter: Ἡμέτερον μέντοι. Plus dicit, quam si simpliciter respondisset, ἡμέτερόν τοι. Ita quidem cum confirmatione assensus fuisset, sed sine restrictione, quæ confirmationi novam vim addit. Q. d. Εἴ τινος ἄλλου, ἡμέτερον μέντοι. vel ut accuratius dicamus, hæc integra erit oratio: Ἡμέτερον μέν· τὸ δ' ἄλλων ἐῶ λέγειν.

V. Nata ex μὲν περιγραφικῷ et τοὶ βεβαιωτικῷ affirmatio seria convenit imprimis juranti, cujus exemplum est apud Plat. in Phædr. pag. 236. [Bip. X. 299.] Ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω, ὅ δέ μοι λόγος

Digitized by Google

ἱερὸς ἔσται· ὄμνυμι γάρ σοί τινα μέντοι τινὰ θεῶν. *Sed et diserte dico: et hæc mea vox juramenti instar erit. Juro enim tibi quidem serio per aliquem, Deorum aliquem.*

VI. Quicunque serio loquuntur, his utuntur particulis, ut apud Lucian. Diogenes in Dial. Mort. Tom. I. p. 442. Εἶτα τῷ μὲν Δάμιδι, αἰτιωμένῳ τὸν υἱὸν, Οὐκ ἄδικα μέν τοι ἔπαθες, ἔφην. Latini utuntur *vero. Tibi vero hæc merito eveniunt.* Quare aptissimus est harum usus in monitionibus; serio enim loquuntur monentes. Ita apud eundem in Lapith. Tom. III. pag. 450. Zenothemin, male in convivio mulcatum, altera manu nasum tenentem, altera oculum, et miserabiliter clamitantem monet Hermon, licet et ipse, duobus in pugna dentibus excussis, graviter dolens: Μέμνησο μέν τοι, ὦ Ζηνόθεμι, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ἡγῇ τὸν πόνον. *Memento vero, o Zenothemi, te jam dolorem non putare rem indifferentem.* Neque plane abhorret Latinorum *tamen*, quando pro *revera* ponitur. Sic Ovid. de Pont. lib. III. el. 2. v. 30.

Si tamen a memori posteritate legar.

h. e. *si revera legar.*

VII. Serio quoque loquuntur, qui aliquid urgent, instantque, et accelerant: hinc in accelerata appellatione utuntur Græci, ut Aristophan. in Ran. v. 172. Οὗτος, σὲ λέγω μέν τοι. *Heus tu; tibi vero dico.*

VIII. Usi sunt etiam, ubi, præcedentibus vel refutatis, vel missis, tanquam refutatione indignis, certum aliquid statuitur, quod imprimis urgetur, ut fit in ep. Paul. posteriori ad Timoth. cap. II. comm. 19. Dixerat, Hymenæum et Philetum errare, dicentes, resurrectionem jam esse factam, atque ita multorum evertere fidem. Tum id, quod certissimum est, urgens, ita pergit: Ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην· Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. Non in eo est, ut falsas et noxias reproborum opiniones refutet, quippe scribens Timotheo, meliora docto; sed monet eum, ut pro virili reprimat insanos illos clamores, interim quam certissime affirmans constans Dei erga suos consilium: sensus itaque est: *Quicquid illi blaterant, hoc quidem certe omni controversia majus est, Dei solidum stare fundamentum hoc habens sigillum: Novit Dominus, qui sui sint.*

IX. Nihil magis est pervulgatum, quam τῷ μέντοι adsignare potestatem adversativam, quæ tamen, si stricte loquimur, nulla est; si vero ad usum respicimus, dicendum, μέντοι adversativum videri, quoniam adversam partem confirmat, ut cum legimus apud Aristoph. in Ran. v. 61.

—Οὐκ ἔχω φράσαι·

Ὅμως γε μέντοι σοὶ δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.

Non possum dicere: per ænigmata tamen tibi dicam. Ubi ὅμως comparat τὸ οὐκ ἔχω φράσαι et τὸ ἐρῶ, quæ inter se opposita ita firmat μέντοι, ut ipsum adversari videatur, et commode reddatur *tamen*. Affirmat autem hoc modo, ut μέν illud ἐρῶ restringat, et modum dicendi circumscribat, scilicet *per ænigmata;* quam restringendi actionem τοὶ confirmat: et hinc fit, ut totum illud μέντοι recte *tamen* vertatur.

X. Præcipue præstat usum, quando vicem τοῦ δὲ implet post μὲν in apodosi, id quod supra tetigi. In eo tamen differt μὲν a δὲ ἀποδοτικῷ, ut δὲ adversa simpliciter opponat, at μέντοι oppositæ parti additum, eam affirmet περιγραφικῶς. Atque ita non est vox formalis, quippe ambæ voces suo, si diligenter attendimus, officio funguntur. Sic Isocr. ad Demon. pag. 19. Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις· ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ τὸν ἐκείνων τρόπον. *Legibus quidem a regibus latis etiam obtempera: firmissimam tamen legem esse putato ipsorum mores.* Adde Lucian. in Lapith. Tom. III. pag. 426. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἀναίσχυντα ἐδόκει πεποιηκέναι———ἐς μέντοι τὸ φανερὸν οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν. *Plerisque igitur impudenter fecisse videbatur: nemo tamen aperte dicere audebat.*

XI. Sæpe etiam μέντοι hoc in sensu invenitur, non præcedente μὲν, sed suppresso. Sic Plato in Euthyphronis principio: Οὐδ' αὐτὸς πάνυ τοι γιγνώσκω, ὦ Εὐθύφρον, τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τίς μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλιτον. Pro, οὐδ' αὐτὸς μέν. *Ne ipse quidem, o Euthyphro, admodum novi hominem: esse enim juvenis videtur mihi et ignotus: nominant tamen, si recte puto, eum Melitum.* Idem in Phædro pag. 228. [T. X. p. 283. ed. Bip.] Τάγε ῥήματα οὐκ ἔμαθον· τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος, ἢ τὰ τοῦ μὴ, ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι. *Verba quidem non edidici: sententiam tamen fere omnium, quibus dicebat amantium mores differre a non amantium, singulatim ordine assequor.*

XII. Est et ubi μὲν cum voce aliqua ex præcedentibus repetitur, ut apud Plat. in Phædr. pag. 263. extr. [T. X. p. 357. ed. Bip.] ubi rogat Socrates: *Visne legamus exordium?* respondet Phædrus: Εἰ σοί γε δοκεῖ· ὃ μέντοι ζητεῖς, οὐκ ἔστ' αὐτόθι. ubi supple: Ἀναγνῶμεν μέν. *Legamus; quod tamen quæris, illic non est.*

XIII Subjungitur τῷ μέντοι ἐναντιωματικῷ etiam ὅμως, quod cum et ipsum sensum adferat adversativum, possit videri alterutrum abundare, nisi suspicamur, ὅμως, quamvis reducto accentu, aliquam tamen τοῦ ὁμῶς notionem retinere, ut ostendam infra in ὅμως. Certe sic intelligo illud apud Xenophont. Cyrop. II. 3. 22. Sermo est de ordinatione militari. *Si quidem*, inquit præfectus, *or-*

Digitized by Google

tum versus procedimus, ego præire soleo, et primus manipulus locum primum obtinet, secundus itidem suum, et tertius, et quartus, et tum decuriæ, tum pentadarchæ, donec signum a me datur. Quum vero versus occidentem recedimus, tum uragus et postremi sunt duces primi: ἐμοὶ μέντοι ὅμως πείθονται ὑστέρῳ ἰόντι, ἵνα ἐθίζωνται καὶ ἕπεσθαι καὶ ἀφηγεῖσθαι ὁμοίως πειθόμενοι. *Mihi tamen similiter,* vel *non alio tamen modo mihi in postremis eunti dicto sunt audientes, ut consuescant et sequentes et præeuntes parem præstare obedientiam.* h. e. *Pari tamen modo mihi postremo parent, ac si inter primos incederem.*

XIV. Cicero de senectute cap. 14. μέντοι ex Platone reddit *vero,* quum ait: *Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam affecta ætate quæreret, uteretur ne rebus Venereis: Dii meliora, inquit: libenter vero isthinc tanquam a domino agresti ac furioso profugi.* Sunt autem verba Platonis in primo de Rep. pag. 329. [T. VI. p. 150. ed. Bip.] Καὶ δὴ καὶ Σοφοκλεῖ ποτε τῷ ποιητῇ παρεγενόμην, ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος, Πῶς (ἔφη) ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ᾽ εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; Καὶ ὅς, εὐφήμει (ἔφη) ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Manifestum est, hic μὲν usum præstare περιγραφικὸν, et τοὶ βεβαιωτικὸν, atque ideo totum hoc μέντοι inferre confirmationem limitatam, qua usos esse, qui serio loquuntur, supra patuit. Cæterum, quia Latini hanc potestatem suæ particulæ *vero* tribuerunt, ideo recte satis Cicero hic μέντοι reddit *vero.*

XV. Tribuitur et huic particulæ alia versio, nempe *vice versa, rursus,* in quem sensum a Budæo pag. 481. affertur locus Aristophanis in Plut. v. 554.

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστιν μηδὲν ἔχοντα·
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα,
Περιγίγνεσθαι δ᾽ αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ᾽ ἐπιλείπειν.

Sed non video, quare hic non possit reddi *tamen* ἐναντιωματικῶς. *Vita egeni, quem tu dicis, talis est, ut vivat nihil habens: at pauperis est parce vivere, et res suas diligenter obire, ita ut, cum nihil ipsi supersit, nihil tamen desit.*

XVI. Nonnullos quoque interpretari *porro,* ait H. Steph. in isto Xenophontis loco: Οἱ μέντοι ἀγαθοὶ οἰκονόμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῇν πρίασθαι, τότε φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι. Sed, cum neque certus Xenophontis locus designetur, et nuda verba necessario orationis complexu destituantur, veraque particularum notio ex præcedentibus sæpe erui debeat; hinc certum de hoc loco judicium fieri nequit.

XVII. Μέντοι γε interruptum aliqua vocula, quam restringit γε, non semel invenio apud Thucydidem. Sic lib. IV. cap. 72. extr.

postquam dixerat, Athenienses post prœlium cum Bœotiis statuisse tropæum, addit: Οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ βεβαίως οὐδέτεροι τελευτήσαντες ἀπεκρίθησαν. Hic μέντοι præbere possit usum ἐναντιωματικὸν, et γε περιγραφικὸν, limitans τὸ, ἐν παντὶ ἔργῳ. Innuit, *licet Athenienses aliqua in parte superiores dici potuerint, tamen, quod ad totum prœlii eventum attinet, neutros enim certum adeptos, fuisse diremtos.* Q. d. *Si aliqua, saltem non omni tamen in parte fuerunt victores.* Et cap. 78. ubi Brasidas Thessalis, ipsum transitu prohibere cupientibus, ait, nullas se scire tantas esse inter Thessalos et Lacedæmonios inimicitias, quæ impediant, ne alteri alterorum solo utantur; seque illis invitis non ulterius progressurum, neque enim posse, οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἴργεσθαι. *Tamen orare saltem, ne prohiberetur.* Idem lib. I. cap. 3. inquirit in nomen Ἕλληνες, unde illud adepti fuerint Græci; nempe ab Hellene, quem narrat rerum in Phthiotide potitum, propter diurnum cum ipsis reliquis Thessalis convictum, nominis hujus auctorem fuisse. Tum addit; Οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. Non simpliciter negat, illud nomen dehinc obtinuisse, sed τὸ γε limitat temporis spatium, idque longum satis. Reddo itaque: *Non tamen, nisi post longum saltem temporis intervallum* etc. Cum igitur τὸ γε referatur ad illud, quod restringit, per se spectari debet, neque afficit μέντοι neque ab eo afficitur.

XVIII. Præcedente ἀλλὰ, potest esse vicarium τοῦ ἀλλὰ μὴν in assumtionibus, cujus exemplum est apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 9. ubi agit Cyrus de supplicio patris Tigranis: *Si justum est*, inquit, *injuste agentem supplicio afficere, puniendus est pater tuus.* Cui Tigranes: *Utrum ducis consultius pœnas cum commodo tuo sumere, an cum damno?* Tum Cyrus: *Nimirum hoc pacto me ipsum punirem.* Quod assumens ille subjicit: Ἀλλὰ σὺ μέντοι μεγάλα γ' ἂν ζημιοῖο, εἰ τοὺς σεαυτοῦ κατακαίνοις τότε, ὁπότε σοι πλείστου ἄξιοι εἶεν κεκτῆσθαι. *Atqui tu quidem in maximum damnum incurreres, si occideres tuos tunc, quum maximi pretii essent, quos in potestate habes.* Quæ possunt sic συλλογιστικῶς formari: Qui necessarios sibi perdit, sibi ipse nocet. Atqui tu patrem necans necessarium tibi perdes. Ergo tu patrem necans tibi ipse nocebis.

MH'.

I.

De Primitiva hujus particulæ Potestate, actus certitudinem tollente per se.

I. Primitiva particulæ μὴ est potestas, quæ indicat animum sollicitum in cavendo, serium in dehortando et prohibendo, ardentem

Digitized by Google

in deprecando, vehementem in aversando, cupidum in interrogando.

II. Hi affectus cum non inveniantur in particula οὐ, quæ simpliciter negat, hinc perspicuum est inter utrumque discrimen: estque τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν et τὸ οὐ ἀρνητικὸν, plane ut apud Latinos *ne* et *non*, de quibus ita Quintilianus Instit. lib. I. cap. 5. An *et* aut *conjunctiones sunt: male tamen interroges*, hic aut ille sit. *Et* ne *ac* non *adverbia: qui tamen dicat pro illo*, Ne feceris, Non feceris. *in idem incidat vitium: quia alterum negandi est, alterum vetandi.*

III. Tollit autem actus certitudinem trifariam: vel ipsum per se, vel junctum voci actum tollenti, vel denique cum vocula actum tollens reticetur. Cum per se actum tollit ἀπαγορευτικῶς, præcedentibus imperativis βλέπε, ὅρα, πρόσεχε, construitur, vel *cum aor. ά. subjunctivi*, ut in Evang. Marc. cap. XIII. comm. 5. Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. *Videte, ne quis vos in errorem trahat.* Vel *cum imperativo* construitur in Evang. Matth. cap. XXIV. comm. 6. Ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε. *Videte, ne turbemini.* Vel, quia futuri talis est natura, ut de actu demat tantum, quantum est spatium inter præsentis et futuri temporis terminum, ut supra jam observatum in particula ἂν, hinc, ut ἂν, ita etiam μὴ ἀπαγορευτικὸν post se *futurum indicativi* admittit. Exemplum est in epist. Pauli ad Coloss. cap. II. comm. 8. Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας. *Videte, ne quis vos tanquam prædam abripiat per philosophiam.* Sed crebrius in sensu prohibendi absunt illi imperativi ὅρα etc. Sic μὴ habet sequentem *subjunctivum* in ep. ad Rom. cap. X. comm. 6. Μὴ εἴπῃς. *Ne dicas.* Et ad Coloss. cap. II. comm. 21. Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς. Sequentem habet imperativum apud Plat. lib. de Rep. IV. pag. 420. [T. VI. p. 328. ed. Bip.] Μὴ οἴου δεῖν ἡμᾶς οὕτω καλοὺς ὀφθαλμοὺς γράφειν, ὥστε μηδὲ ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι, μηδ' αὖ τἄλλα μέρη. *Ne puta, oportere nos tam pulcros oculos pingere, ut neque oculi esse videantur, neque rursus reliqua membra.* Et paulo post: Μὴ ἀνάγκαζε ἡμᾶς τοιαύτην εὐδαιμονίαν τοῖς φύλαξι προσάπτειν. *Ne coge nos talem felicitatem custodibus attribuere.*

Ita videmus, μὴ hoc sensu promiscue adhiberi cum imperativo et subjunctivo; licet enim utrumque dicere, μὴ ἅψῃ et μὴ ἅπτου· μὴ κρίνῃ, μὴ κρινέτω· μὴ ἀγαπήσητε, μὴ ἀγαπᾶτε. Sed non promiscua tamen sunt tempora; nam probe observandum, construendum esse μὴ cum præsenti imperativi, aut cum aoristo subjunctivi; non autem cum præsenti subjunctivi. Hoc docet Thom. Mag. in h. v. cujus hæc verba: Τὸ μὴ ἀπαγορευτικόν ἐστιν· καὶ ἐπὶ μὲν ἐνεστῶτος προστακτικῷ συντάσσεται· ἐπὶ δὲ ἀορίστου καὶ τῶν ἄλλων ὑποτακτικῷ. Οὐ γὰρ ἐρεῖς ἐπ' ἐνεστῶτος, μὴ τύπτῃς, ἀλλὰ μὴ τύπτε· μὴ τύψῃς δὲ ἐπὶ ἀορίστου καὶ τῶν ἄλλων χρόνων. ἔδειξε δὲ ἀμφότερα Ἀριστείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀχιλλέα πρεσβευτικῷ, εἰπών· Μηδ' ἀπέχου μὲν ὡς φίλων, πρόῃ δὲ ὡς πολεμίους· ἐπὶ μὲν τοῦ ἐνεστῶτος προστακτικὸν θεὶς τὸ ἀπέχου, ἐπὶ δὲ παρῳχημένου ὑποτακτικὸν ἐπενεγκὼν τὸ πρόῃ. i. e. Μὴ *prohibentis construitur vel cum præsenti imperativi, vel cum aoristo aliisque temporibus subjunctivi: non*

Digitized by Google

enim dices in præsenti, μὴ τύπτῃς, *sed* μὴ τύπτε. *Sed dices* μὴ τύψῃς *in aoristo et aliis temporibus. Utrumque ostendit illud Aristidis in oratione nomine legatorum ad Achillem, dicentis:* Μηδ' ἀπέχε μὲν *etc. in præsenti ponentis* τὸ ἀπέχε *et in præterito subjunctivi addentis* τὸ πρόῃ. Aristidi addo Aristoph. in Pace v. 381.

Μὴ νῦν λακήσῃς, λίσσομαί σ', ὦ 'ρμίδιον.
Εἰπέ μοι, τί πάσχετ', ἄνδρες, ἕστατ' ἐκπεπληγμένοι;
Ὦ πονηροί, μὴ σιωπᾶτε. —

Ne nunc indices, oro te, o Mercuriole. Dicite vos mihi, o viri, quid statis perculsi? O perditi, ne silete. Cum Thom. Magister dicit, ἐπὶ μὲν ἐνεστῶτος προστακτικῷ συντάσσεται, videtur excludere aoristum; et mox cum ait: ὁ γὰρ ἐρεῖς ἐπ' ἐνεστῶτος, μὴ τύπτῃς, ἀλλά, μὴ τύπτε, non addit μὴ τύψον, quod tamen, si rite superiora opponuntur, excludere videtur. Fortasse hoc tempus imperativi admitti possit; certe in tertia persona, cujus exemplum est in Evang. Matth. cap. XXIV. comm. 18. Ὁ ἐν ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. *Qui fuerit in agro, ne retro revertitor, ut tollat vestimenta sua.* Non ἐπιστρεφέτω.

IV. Affectum auget, quando post μὴ ἀπαγορευτικὸν imperativus vel subjunctivus verbi reticetur. Sic Joannem, volentem adorare angelum, prohibet ille dicens: Ὅρα μή, supple προσκύνει, sive προσκυνήσῃς. Confer Apocal. XIX. 10. et. XXII. 9. Adde Aristid. Orat. ad Achill. Tom. II. pag. 426. ex edit. Jebbii: Ὥστε διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ τοὔνειδος γίγνεται· καὶ γὰρ μισεῖν τοὺς ὁμοφύλους δόξεις, καὶ φοβεῖσθαι τὴν μάχην. Μὴ σύ γε. *Ita ut duplex pro simplici probro nascatur: nam et odisse populares videris, et timere pugnam. Tu vero cave. s. ne hoc fiat.*

V. In orationibus bimembribus complectitur protasin et apodosin, in utramque prohibendi vim exercens, ut in non semel laudato Theognidis loco:

Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ.

Hic μὴ non singula vetat, sed totum hoc, quod per μὲν et δὲ tanquam unum quippiam comprehenditur: non enim vetat ἔπεσι στέργειν, sed totum illud, ἔπεσι στέργειν καὶ νόον ἄλλῃ ἔχειν, i. e. falsam amicitiæ speciem.

VI. Infinitivus si sequatur, ille dependet a causa antecedente, ut cum oratio est obliqua, et tunc μὴ vetat illud, quod per infinitivum exprimitur v. Eurip. Med. v. 274.

Σὲ τὴν σκυθρωπὸν, καὶ πόσει θυμουμένην,
Μήδειαν, εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾶν
Φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα,

Digitized by Google

Καὶ μή τι μέλλειν. —

Te torvam et marito succensentem Medeam jubeo ex hac regione abire exulem, assumtis duobus filiis tecum, et nihil cunctari. ubi non licet dicere, οὐ μέλλειν. Sic in Evang. Matth. cap. II. comm. 12. Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην. *Et divinitus per quietem admoniti, ne reverterentur ad Herodem.* Non οὐκ ἀνακάμψαι.

VII. Non alio modo infinitivis apponi, docet Devarius. Dicunt tamen Græci, et præcipue poëtæ, μὴ τοῦτο ποιεῖν, ita ut infinitivus ille absolute pro imperativo poni videatur; idque fit in præceptis ἀπαγορευτικοῖς. Talia sunt apud Phocyliden et Pythagoram multa, ut:

> Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν·
> Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
> Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.

Extra poësin utitur Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. IV. §. 14. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι, καὶ ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν. *Non vagandum, sed in omni impetu justitiæ habenda ratio, et servanda facultas comprehendendi omnia, quæ sensui se offerunt.* Adde lib. VI. §. 15.

VIII. Ubi vero imperativo postponitur, non vetat actionem per imperativum indicatam, sed adjunctam actionis partem, vel agendi modum, ut cum Archimedes ait de Sphær. et Cylindr. πρότασ. I. Τετμήσθω σφαῖρα· μὴ διὰ τοῦ κέντρου. Non vetat secari sphæram; sic potius dixisset, μὴ τετμήσθω· sed contra jubet: vetat autem sectionem fieri per centrum.

IX. *Secundo* tollitur actus certitudo post voces metum et sollicitudinem significantes, et tunc construitur μὴ fere cum aoristis, præsertim cum aoristo α΄. ut apud Dem. de Classib. pag. 73. Δέδια, μὴ τούτους μετ' ἐκείνου πολεμεῖν ἀναγκασθῶμεν. *Vereor, ne hos una cum illo debellare cogamur.* Et apud Lucian. Dial. Jun. et Laton. Φοβηθεῖσα, μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς. *Verita, ne adolescens probrum suum evulgaret.*

X. Cum aor. β΄. tunc potius construi videtur, cum verbum vel hoc tempore caret, vel saltem minus frequens est aor. α΄. Ita Plat. in Phædon. pag. 78. Δεδιέναι, μὴ πάθῃ αὐτό. *Timere, ne illud patiatur.* Et Demosth. Olynth. I. pag. 3. Ὀκνῶ, μὴ μάταιος ἡμῖν ἡ στρατεία γένηται. *Vereor, ne irrita futura sit expeditio nostra.* Et paulo post: Δέδοικα, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥᾳθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπά, ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα, ὕστερον εἰς

Digitized by Google

ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. *Vereor, ne, quemadmodum illi, qui temere pecuniam magno fœnore mutuo sumunt, brevi tempore locupletati, postea etiam sorte excidunt, sic etiam nostra nobis ignavia appareat magno emta, et ne omnia ad voluptatem referentes, postea ad eam redigamur necessitatem, ut faciamus multa et gravia, quæ antehac facere noluimus, et dimicandum sit de ipso agro.* ubi notanda verba φανῶμεν, ἔλθωμεν et κινδυνεύσωμεν. Habetque aoristus incerti temporis futuri significationem.

XI. Hactenus cum Græcis consentiunt Latini, quibus post verba timendi sequitur *ne* cum subjunctivo in futuri significatione: at dissentiunt Græci, cum more Latinis insueto μὴ post timendi verba cum indicativi præterito construunt, nempe cum loquuntur de re, acta quidem, sed cujus tamen effectus a metuente ignoratur. Exempla, quia non subeunt in præsentia, ex Budæo affero. Ita Demosthenes: Καὶ τὸ χρόνον γενέσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, δέδοικα, μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποίηκε. Longum tempus, quod post legationem erat elapsum, veterum injuriarum oblivionem intulerat vel non intulerat: alterutrum erat certum, quia res erat peracta: incertum tamen, utrum esset verum, quare prius timet στοχαστικῶς. Idem rursus: Τὴν δὲ εἰρήνην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ τοκλῷ, ἄγοντες. *Vereor, ne non intelligamus, nos pacem ita agere et colere, ut qui versuram magno fœnore faciunt.* Thucyd. Νῦν δὲ φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν. *Nunc vero veremur, ne utroque exciderimus.* Locus est lib. III. c. 53.

XII. Ubi cum optativo construitur, videtur supprimi ἂν δυνητικὸν, ut apud Hom. Il. Φ. vs. 329.

Ἥρη δὲ μέγ' ἄϋσε, περιδδείσασ' Ἀχιλῆϊ,
Μή μιν ἀποέρσειε μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

Juno vero magnum sustulit clamorem, metuens Achilli, ne ipsum absorberet magnus fluvius vorticibus profundis, vel *absorbere posset.* Aliud exemplum dat Thom. Mag. ex Aristidis Serm. Sacr. 1. pag. 278. ex edit. Jebb. Καὶ σφόδρα δεῖσαι (sc. ἐδόκουν), μὴ ἐπιθοῖντό μοι. Intelligit locum minime tutum, utpote in quo facile possent invadere ipsum.

XIII. Aliquando φοβοῦμαι vel cognatæ significationis verbum exsulat, ut apud Eurip. Or. vs. 774. Μὴ λάβωσί σ' ἄσμενοι. *Vereor, ne te cupide sint damnaturi.* Scholiastes supplet ὅρα, quod si conceditur, tenendum tamen, nullam hic esse prohibitionem, sed metum. Sic narrat Appian. Al. B. C. lib. III. p. m. 558. Decimum Mutinam pervenisse, portas clausisse, annona Mutinensium ad exercitum alendum usum fuisse, carnes salivisse, μὴ χρόνιος ἡ πολιορκία γένοιτο. *metuens, ne diuturnior foret obsidio.* Dubium eximit Homerus Od. Ε. v. 467. coll. v. 461.

XIV. Tertio tollitur actus certitudo, quando adhibetur ἀπευκτικῶς, sive in deprecationibus, cui usui appositissimus est optandi modus, cujus exemplum esto illud Homeri Od. Υ. vs. 344.

—Μὴ τοῦτο Θεὸς τελέσειεν.

Hoc Deus ne perficiat.

XV. Cum subjunctivo construitur apud Aristoph. in Pac. vs. 376.

— Μὴ, πρὸς θεῶν,
Ἡμῶν κατείπῃς, ἀντιβολῶ σε, δέσποτα.

Per ego te deos oro, ne nos deferas, here. Et Plat. lib. V. de Rep. pag. 506. Μὴ, πρὸς Διὸς, ἀποστῇς. *Per Jovem, ne desistas.* Sequitur secunda persona futuri indicativi apud Eurip. in Heracl. vs. 272.

Μὴ, πρὸς θεῶν, κήρυκα τολμήσεις θένειν.

Ne, per deos, legatum sustineas percutere.

XVI. Ut prohibentium, ita et deprecantium affectus augetur, quum post particulam verbum subticetur, ut apud eundem in Med vs. 324. ubi Medea jussa in exilium abire, ita παθητικῶς:

Μὴ πρός σε γονάτων, τῆς τε νεογάμου κόρης.

Ne fiat, oro te per genua et nuper nuptam filiam.

XVII. Sed imprimis deprecantium impetus una cum particula geminatur, ut, cum apud Aristoph. in Vesp. vs. 1409. Euripides dixerat, προςκαλοῦμαί σε ὕβρεως· his minis perterritus Bdelycleon, deprecans ait: Μὴ, μὴ καλέσῃς, πρὸς τῶν θεῶν. *Ne, per deos, ne me postules injuriarum.* Sic geminat *ne* Virg. Æn. XI. vs. 278.

Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.

XVIII. Quarto tollitur certitudo rei, cum eam, quantum in nobis est, longissime amovemus, et ut abominabilem aversamur; construiturque tunc μὴ cum optativo, et, quoties in superioribus res ipsa dicta est, fere sequitur γένοιτο, ut in ep. ad Rom. cap. VI. comm. 2. Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο. *Quid igitur dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia fiat plenior? Absit.* Sic comm. 15. Τί οὖν; Ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο. *Quid igitur? Peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.* Et

Digitized by Google

cap. XI. comm. 1. Μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; Μὴ γένοιτο. *An abjecit Deus populum suum? Absit.*

XIX. Repetitur et hic ἐμφατικῶς, suppressa re, quam aversamur. Ita apud Aristoph. in Pac. vs. 456. Trygæo jubente io canere Mercurio, Gratiis, Horis, Veneri et Amori, rogat Chorus: Ἄρει δέ; *An etiam Marti?* respondet ille: Μὴ, μή. Sic pro μηδαμῶς eleganter poni, docet Budæus pag. 479. ex his Dinarchi verbis, quæ occurrunt in edit. Demosth. pag. 103. Ἐπειδὴ δ' εἰς τὰς ἡμετέρας ἥκει χεῖρας, τί ποιήσετε; Προήσεσθε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν; Μὴ, ὦ Ἀθηναῖοι, μή· δεινὸν γὰρ καὶ αἰσχρόν. *Postquam in vestram venerit potestatem, quid facietis? An religionem projicietis? Absit, Athenienses, absit: improbum enim et turpe est.* Μὴ tamen repetitum nervosius quid habet, quam μηδαμῶς. Utitur utroque Aristoph. in Pac. vs. 926. ubi roganti Trygæo chorum, Num velint facere bove? respondet chorus: Βοΐ; Μηδαμῶς. Subjicienti rursus: Ἀλλ' ὑὶ παχείᾳ καὶ μεγάλῃ; *At sue pingui et magna?* respondet: Μὴ, μή.

XX. Quinto, tollit μὴ actum præsentem, quando, præcedente negatione, vel pro ea interrogatione, tanquam pars negandæ totius propositionis adhibetur: ut, Οὐδεὶς δύναται δοῦναι ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός· non enim certa quædam et terminata persona negatur aliquid habere; sed ponitur casus, qui re vera in actu non est: et hæc est causa, quare Latini hic subjunctivo utantur: *Nemo potest dare alteri, quod ipse non habeat.* Non, *non habet.* Græci autem indicativo utuntur. Interrogando effert Epict. Enchir. cap. 31. Τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; Negatio præcedit apud Xen. Cyrop. VIII. 1. 37. Οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆν, ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων. *Censebat, imperium nemini convenire, qui non sit præstantior iis, quibus præsit.* Εἴη pro ἂν εἴη.

XXI. Sexto, negat aliquid de re, quæ ponitur tanquam re vera existat, sive, qua vera non est in actu, tanquam in actu esset. Convenitque optime positionibus, et comparationibus. ut Matth. III. 10. et VII. 19. Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. *Omnis arbor, quæ non fert fructum bonum, exciditur, et in ignem conjicitur.* Et cap. XVIII. comm. 13. Χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις. *Gaudet ea magis, quam illis nonaginta novem (ovibus), quæ non aberraverant.* Et Marc. VI. 34. Ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. *Intima super iis commiseratione tactus est, quia erant instar ovium pastore carentium.* Distinguuntur οὐ et μὴ apud Xenoph. Memorab. I. 2. 10. Βία δὲ καὶ ἀνομία τί ἐστιν; ἆρ' οὐχ, ὅταν ὁ κρείττων τὸν ἥττω μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος ἀναγκάσῃ ποιεῖν ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκῇ; *Vis vero et contemtio legum quid est? An non, quum potentior minus potentem, non ratione persuadens, sed vi cogens, adigat facere, quodcunque ipsi libuerit?*

Digitized by Google

XXII. Et sic aliquam habet similitudinem conditionis, cujus hæc quoque est natura, ut ponat rem, quæ in actu non est, quasi sit in actu, quale est illud superius, μὴ ποιῶν καρπὸν καλὸν, quod potest explicari, ἐὰν μὴ ποιῇ. Imprimis μὴ hunc usum habet, præpositum participio διὰ πλεονασμοῦ, pro quo Latini habent ablativum, quem absolutum vocant: quale est illud Nazianzeni:

> Θεοῦ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει φθόνος,
> Καὶ μὴ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει πόνος.

h. e. Ἐὰν ὁ Θεὸς διδῷ, et ἐὰν δὲ μὴ διδῷ. *Deo dante, nihil valet invidia, et, non dante, nihil valet labor.* Et Isocr. in Nicocl. pag. 56. Εἰ μὲν γὰρ, ἐμοῦ μὴ δηλώσαντος, ἃ βούλομαι ποιεῖν ὑμᾶς, διαμαρτάνοιτε τῆς ἐμῆς γνώμης, οὐκ ἂν εἰκότως ὑμῖν ὀργιζοίμην. *Nam, si, non explicante me, quæ a vobis fieri volo, a mea sententia aberraretis, non jure vobis succenserem.* Pro ἐὰν μὴ δηλώσω vel δηλώσαιμι, quod dici potuisset, nisi εἰ præcederet.

II.

De Particula ΜΗ' *juncta aliis actus certitudinem tollentibus.*

I. Vidimus, particulam μὴ per se actus certitudinem variis modis tollere, unde cognoscere non est difficile, quare amet jungi aliis particulis, quarum similis est natura. Sic commode adjicitur τῷ ἂν ἀοριστολογικῷ apud Plat. in Euthyphr. [C. 18. ed. Fischer.] Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὅ, τι ἂν μὴ ἐκεῖνοι δῶσιν. *Nullum enim nobis est bonum, quod illi non dederint.* Apte quoque sequitur post ὅταν, conflatum ex ὅτε ἂν, quod hoc incertum tempus notat. ut apud Plat. in Theæt. Ὅταν γε ἀληθῆ μὴ οἴηται οἰόμενος. *Tum certe, cum, qui putat, vera non putat.* Item post ὃς ἐὰν in Evang. Luc. VII. 13. Μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. *Beatus est, qui non offensus fuerit in me.* Conf. cap. VIII. comm. 18. Idem quando ἂν alio usu totam orationem afficit, cujus partem constituit μὴ cum voce, cui adjicitur, ut apud Aristot. lib. I. de Rep. pag. 178. Οὕτω γὰρ ἂν ἀποτελοῖτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἑνὶ δουλεῦον. *Sic enim optima ratione perfectissimum fuerit unumquodque instrumentum, non multis rebus, sed uni tantum inserviens.* Quanquam et hic alia potest τοῦ μὴ esse ratio, quod ipsum per se conditionem inferens actum tollat; nam potest exponi per εἰ μή. Et quando non cadit in conditionem, οὐ adhibetur. ut: Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. Non, μὴ ἂν ἀπέθανε.

II. Res certior est in conditionibus, quarum constans est potestas incertum aliquid notare, quare aptissime particula hæc subjungitur conditionalibus, εἰ, ἐὰν et similibus. Sic 1 Cor. XIII. 1.

Digitized by Google

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν. *Si linguis hominum et angelorum loquar, et charitatem non habeam, factus sim æs resonans.* Aristot. lib. I. de Rep. cap. 9. Κἂν μὴ διὰ τῆς χρηματιστικῆς δύνωνται πορίζειν, δι' ἄλλης αἰτίας τοῦτο πειρῶνται. *Et, si per rem pecuniariam non possunt, alia id ratione consequi tentant.*

III. Ita eleganter claudit sententiam in gemina conditione apud Plat. in Phædr. pag. 277. Εἴ τί τις φησιν, εἴ τε μή. intellecto verbo præcedente.

IV. Post ἐφ' ᾧ τε, similiter conditionali, eleganter claudit sententiam apud Aristoph. Acharn. v. 722.

Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πελοποννησίοις
Ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις,
Ἐφ' ᾧτε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ μή.

Negotiari hic licet Peloponnesiis, et Megarensibus, et Bœotiis hac conditione, ut mihi vendant, non vero Lamacho.

V. Quia, quod spectamus, nondum consecuti sumus, hinc amat μὴ subjungi particulis, causam finalem indicantibus. Sic dicitur non ἵνα οὐ, sed ἵνα μή. Sic Aristoph. Vesp. v. 70.

Οὗτος φυλάττειν τὸν πατέρ' ἐπέταξε νῷν
Ἔνδον καθείρξας, ἵνα θύραζε μὴ 'ξίῃ.

Hic nos jussit patrem intus conclusum custodire, ne prorumpat foras. Et Paulus 1 Cor. XII. comm. 24. Ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι. *Deus temperavit corpus, ampliorem tribuens honorem ei, quod hoc destitutum est, ne sit in corpore dissidium.*

VI. Ob eandem causam ὅπως μὴ dicitur, non ὅπως οὐ, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 8. Ἐν νῷ εἶχον τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. *In animo habebant ora portus obstruere, ut ne Athenienses possent in eum impetum facere.*

VII. Et intercedente ἂν δυνητικῷ, apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 494. extr. [T. VII. p. 91. ed. Bip.] Οὐ πᾶν μὲν ἔργον, πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τε καὶ πράττοντας, καὶ περὶ αὐτὸν, ὅπως ἂν μὴ πεισθῇ, καὶ περὶ τὸν πείθοντα, ὅπως ἂν μὴ οἷός τ' ᾖ; *Nonne et omni ope, omnique eloquentia enixuros, ut nec adolescens pareat, nec monitor quicquam promoveat?* i. e. *possit parere alter, et alter promovere.*

VIII. Optativus ubi sequitur, dissimulari videtur ἂν δυνητικὸν, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 4. Πηλὸν, εἴ που δέοι χρῆσθαι, ἀγγείων ἀπορίᾳ ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον, ἐγκεκυφότες τε, ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν, καὶ τὼ

Digitized by Google

χεῖρε ἐς τὐπίσω ξυμπλέκοντες, ὅπως μὴ ἀποπίπτοι. *Lutum, sicubi opus esset, propter vasorum inopiam dorso gestabant, et procumbentes, ut commodissime posset permanere, et consertis a tergo manibus, ne decidere posset.*

IX. Sed et ὅπως μὴ cum futuro indicativi construitur, vid. Thom. Magist. in v. μὴ, et ibidem exempla ex Æschylo, Aristophane et Platone, quibus adde Aristoph. in Vesp. v. 141.

—Ἀλλ' ἄθρει,
Κατὰ τῆς πυέλυ τὸ τρῆμ' ὅπως μὴ 'κδύσεται.

Sed vide, ne per foramen solii erumpat. Ratio futuri indicativi, si rem diligenter examinamus, proprie non est causa finalis; sed ὅπως indicat modum, quo possit evadere, ut cum reddimus: *Vide, sive diligenter attende; quomodo non evadet.* i. e. *Hoc modo, si rite observabis, non evadet.*

X. Causa finalis quoque indicatur per præpositionem εἰς cum articulo τὸ et infinitivo, sequente μὴ, ut in ep. pr. ad Cor. cap. X. comm. 6. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν. *Hæc nobis sunt documento, ne nos teneat malorum cupido.* Non εἰς τὸ ὀκ εἶναι.

XI. Voces, actum tollentes, nonnunquam dissimulantur: exempla dedi §. 8. at in quibus, citra hanc dissimulationem, tamen μὴ utendum fuisset propter particulam adjectam ὅπως. Sed ἂν supprimitur, quum μὴ sequitur post ὁπότε, vel, quod eodem redit, ὁπότε tunc ponitur pro ὁπόταν, sive sensu δυνητικῷ, sive ἀοριστολογικῷ, sequente optativo: ut apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 20. Ἀεὶ, ὁπότε μὴ ἄλλό τι σπυδαιότερον πράττοιεν, ταύτη τῇ παιδιᾷ ἐχρῶντο. *Quandocunque non aliam rem magis seriam tractarent, hoc ludo utebantur.* Et lib. VIII. 1. 38. Ἐπὶ θήραν τὺς μὲν ἄλλυς ἐξῆγεν, ὁπότε μὴ μένειν ἀνάγκη τὶς εἴη. *Ad venatum eos eduxit, quotiescunque domi manere nulla coëgit necessitas.*

XII. Cum participio ubi construitur, infinitam notat personam, clanculum latente τῷ ἂν, quod prodit, quum participium in verbum resolvitur, præmisso ὃς ἂν vel ὃς ἐάν· ut in Evang. Matth. cap. VII. comm. 19. Πᾶν δένδρον, μὴ ποιῦν (pro ὃ ἐὰν μὴ ποιῇ) καρπὸν, ἐκκόπτεται. *Quæcunque arbor non fert fructum bonum, exscinditur.* Similiter cap. XII. comm. 30. Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμῦ, κατ' ἐμῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμῦ, σκορπίζει. *Quicunque mecum non est, mihi adversatur: et quicunque mecum non colligit, dissipat.*

XIII. Dissimulatur ἵνα vel ὅπως apud. Ies. Sir. cap. XXXIV. comm. 16. Φάγε, ὡς ἄνθρωπος τὰ παρακείμενά σοι, καὶ μὴ διαμασῶ, μὴ μισηθῇς. *Vescere, ut homo, tibi appositis, et ne gulosius manduca, ut ne in odium incurras.*

Digitized by Google

XIV. Nec ἵνα tantum, cum subjunctivo constructum, desideratur, verum etiam, ubi sequitur optativus, particula ἂν δυνητική. Exemplum habet Hom. Il. E. v. 845.

—Αὐτὰρ Ἀθήνη
Δῦν' Ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.

Sed Minerva nebulosa se texit umbra, ne ipsam Mars posset videre. ut fere explicat Eustathius pag. 613. δῦναι Ἄϊδος κυνέην.

III.

De Particulæ ΜΗ' *usu* ἀρνητικῷ *sive* Negativo, *et simul* Elliptico.

I. Sed et usum habet τὸ μὴ negativum, ut οὐ, nec tamen temere confundi debent; nam negant quidem ambo, sed οὐ totum, et μὴ partem, quod serio tenendum, ne fallamur; cf. quæ supra monui sect. I. 1. §. 2. Hic vero speciatim observabimus usum ellipticum; nam crebro vox supprimitur repetenda ex præcedentibus. Sic Plat. in Phædr. pag. 237. [T. X. p. 301. ed. Bip.] Τὸν ἐρῶντά τε, καὶ μὴ, κρινοῦμεν. ubi κρινοῦμεν complectitur totum; partes sunt ἐρῶντα καὶ μὴ ἐρῶντα, repetito illo ἐρῶντα. Si enim dixisset καὶ οὔ, non τὸ ἐρῶντα, partem constituens, sed verbum κρινοῦμεν, totum designans, repetendum fuisset. Talis frequentissimus usus est ἐν ταῖς ἀντιθέσεσι. Rursus pag. 238. [Bip. 304.] Λέγωμεν, τίς ὠφέλεια ἢ βλάβη ἀπό τε ἐρῶντος, καὶ μὴ, τῷ χαριζομένῳ ἐξ εἰκότος συμβήσεται. *Dicamus, quod commodum aut damnum ab amante, et non amante, obsequenti merito eveniat.* Hic iterum non dicit ἐρῶντος καὶ οὔ, sic enim repetendum foret συμβήσεται, sed καὶ μὴ, ut pars totius propositionis intelligatur, quæ est ἐρῶντος.

II. Vel, quod eodem redit, negat τὸ μὴ prædicatum, non vero subjectum. Sic dicit idem ibid. pag. 238. Τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε, καὶ μὴ γράφειν; *Quæ igitur ratio est scribendi recte, et minus recte?* καὶ μὴ, scil. καλῶς.

III. Hic eleganter τὸ μὴ claudit sententiam, ut apud Plat. in Phædr. pag. 263. [T. X. p. 356. ed. Bip.] Ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ πλῆθος πλανᾶσθαι, καὶ ἐν ᾧ μή. *In quo necesse est vulgus errare, et in quo non item.* Et paulo post: Τὸν ἔρωτα πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή; *Amorem num dicimus esse ex ambiguis, an vero secus?*

IV. Negat etiam prædicatum suppressum, quod in priori subjecto fuit expressum affirmative: ut apud eundem lib. VI. de Rep. pag. 486. init. [T. VII. p. 73. ed. Bip.] Ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε, καὶ μή. *Quum discernes inter ingenium philosophicum, et non philosophicum.*

Digitized by Google

V. Sapit intimam Græcitatem, quando μὴ præmisso articulo præpositivo in oratione μονοκώλῳ negando repetere jubet antecedens affirmatum. Ita Plato alibi, citante Devario: [locus est de Rep. lib. VI. T. VII. p. 75.] Ὥςπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν, οἱ μὴ, τελευτῶντες ἀποκλείονται. Pro οἱ μὴ δεινοί. *Uti in ludo calculorum a peritis tandem excluduntur minus periti.*

VI. Ellipsis ex præcedentibus exemplis satis est manifesta; si quis tamen ejus suppletæ exemplum desideret, consulat eundem Plat. in Apol. Socr. pag. 29. [c. 15. ed. Fischer.] Εἰ δ' αὖ οἱ δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινὲς, ἢ ἐκ νυμφῶν, ἢ ἔκ τινων ἄλλων, ὧν δὴ καὶ λέγονται, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; *Si porro dæmones deorum filii sunt spurii quidam, sive ex nymphis, sive ex aliis quibusdam, qualescunque tandem sunt, quis hominum censeat, deorum quidem filios esse, deos vero non esse?*

VII. Pateat hic differentia τῶν μὴ καὶ οὔ· nam οὐ adhibent, quando vel præcedens totum ex opposito negatur, vel a præcedenti diversum. *Prioris* exemplum esto illud Platonicum: Φῄς, ἢ οὔ; *Ain', an negas?* in Apol. Socr. pag. eadem: ubi non dicunt Græci, ἢ μή. *Alterius* exemplum est in illo Socratis apud Epict. in Enchir. extremo: Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναί με δύνανται, βλάψαι δ' οὔ. *Anytus et Melitus interficere me possunt, lædere vero non possunt.* ubi ἀποκτεῖναι et βλάψαι sunt diversa. Sin voluisset dicere: *Anytus et Melitus alios quidem lædere possunt, me vero non possunt;* ut posterius illud maneret pars propositionis; hoc sic protulisset: Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἄλλους μὲν βλάψαι δύνανται, ἐμὲ δὲ μή.

VIII. Infinitivis etiam adhæret, parti propositionis præfixum, non vero toti propositioni, ita ut negativum quidem sensum præbeat, nec tamen pro οὐ ponatur: nempe quando cum affirmativo notat idem, quod negativum. Quale est illud Aristophanis in Acharn. v. 1112.

Ὦ 'νθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;

Non dicit οὐ προσαγορεύειν, et tamen μὴ est ἀρνητικόν. Neque reddendum puto: *An non vis me compellare?* sed: *An vis non compellare?* ita ut τὸ μὴ non neget τὸ βούλει, sed τὸ προσαγορεύειν. q. d. *An vis abstinere a compellatione mei?* Simile fere illud ejusdem in Vesp. v. 1086.

Ἄρα δεινὸς ἦ τόθ', ὥστε πάντα μὴ δεδοικέναι.

Ergo tunc acer eram, ita ut omnia non timerem. h. e. *ut omnia pericula spernerem.* vel, *ut nihil timerem.*

IX. Naturam infinitivi sequitur participium, quod et τὸ μὴ amat. Lucian. tom. III. in Conviv. pag. 429. Τῷ δὲ Κλεοδήμῳ, καθ'

ἂν ὁ ψόφος ἐγίνετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόῤῥιψιν. *Cleodemo, apud quem fuerat strepitus, abjectos a se* (nummos) *dissimulante.* Idem in dial. Panopes et Galenes: Τί δ᾽ ἂν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; *Quid igitur fecit Discordia, non præsens?* h. e. quia non invitata erat.

X. Neque tamen hæc ita ἁπλῶς dicta velim, ut plane negem οὐ cum participio construi posse: potest enim, quando ita construitur, ut non pars, sed totum quid negetur, ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 49. Ἑώρα——οὓς εἰδεῖεν φιλοῦντας αὐτοὺς, τούτους μισεῖν οὐ δυναμένους. *Videbat, eos non posse odisse, quos scirent amare se.* ubi non spectat τὸ οὐ δυναμένους solum, sed totum hoc μισεῖν δυναμένους. Et Lucian. in Timon. cap. 14. Ἄτοπα γοῦν ποιεῖν ἔφασκες αὐτοὺς, ἐρῶντας μὲν εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δ᾽ ἀπολαύειν, οὐ τολμῶντας, οὐδὲ ἐπ᾽ ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι. *Absurda itaque eos facere dicebas, qui supra modum amantes, cum liceret amore potiri, non auderent, neque secure frui.* ubi post τολμῶντας intelligitur ἀπολαύειν, quod totum negat οὐ.

XI. Quæ hactenus dicta sunt de particula μὴ, et quomodo distinguenda sit ab οὐ, eadem dicta putantor de ipsius compositis μηδεὶς, μηκέτι, μηδαμῶς, μηδέποτε etc. eodemque modo has distinguendas ab οὐδεὶς, οὐκέτι, οὐδαμῶς, οὐδέποτε etc. Longum enim est singula exemplis per singulos usus illustrare: repetantur illa ex Evang. Marci: Μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. item hæc ex ep. ad Timoth. Μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε διὰ τίνων διαβεβαιοῦνται. Adjicere tamen liceat, quæ in procinctu sunt. Sic Epict. Enchir. cap. 18. ἀπαγορευτικῶς· Μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. *Nullius rei præ te feras scientiam.* Non οὐδέν. Act. Apost. cap. XXVIII. comm. 18. Ἀνακρίναντές με ἐβούλοντο ἀπολῦσαι διὰ τὸ μηδεμίαν (non οὐδεμίαν) αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί. Quod etiam sic efferri potuisset: Ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπῆρχεν ἐν ἐμοί. *Quæstione de me habita, voluerunt me absolvere, quod nullum capitale crimen in me erat.*

Quam constanter sit a Græcis observata, et religiose habita hæc, quam nunc fusius notavi, inter μὴ et οὐ distinctio, unus Xenophontis locus documento sit, qui est in Cyrop. III. 3. 50. ubi, cum retulissent exploratores, quanto cum fructu rex Assyriorum ad pugnam cohortatus esset suos, Chrysantasque moneret Cyrum, ut regis Assyriorum exemplo suos quoque milites, in aciem ducturus, ad prœlium habita oratione inflammaret, iisque animos adderet; tum ille: Ὦ Χρυσάντα, ΜΗΔΕ´Ν σε λυπούντων αἱ τοῦ Ἀσσυρίου παρακελεύσεις· ΟΥ´ΔΕΜΙ´Α γὰρ οὕτως ἔσται καλὴ παραίνεσις, ἥτις τοὺς ΜΗ` ὄντας ἀγαθοὺς αὐθημερὸν ἀκούσαντας ἀγαθοὺς ποιήσει. ΟΥ´Κ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ ΜΗ` ἔμπροσθεν τοῦτο μεμελετηκότες εἶεν· ΟΥ´Δ᾽ ἀκοντιστὰς, ΟΥ´ΔΕ` μὴν ἱππέας γε· ΟΥ´ΔΕ` μὴν τά γε σώματα ἱκανοὺς πονεῖν, ἢν ΜΗ` πρόσθεν ἠσκηκότες ὦσιν. i. e. *O Chrysanta, ne moveant te Assyrii cohortationes; nulla enim tam pulcra erit adhortatio, quæ milites non bonos eodem die, audita oratione, bonos sit redditura: non*

Digitized by Google

igitur bonos sagittarios, nisi antea artem exercuerint; non jaculatores, neque profecto equites; ne corpora quidem laboribus ferendis valida reddet, nisi antea fuerint exercita. Mire hic variantur οὐ et μὴ cum compositis. Μηδὲν λυπέντων dicit, non οὐδὲν, quia prohibet, non negat. Οὐδεμία παραίνεσις, inquit, non μηδεμία, quia diserte negat. Porro τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς, non οὐκ ὄντας, propter naturam participii. Contra Οὐκ ἂν τοξότας, non μὴ, quia plane negat: similiter οὐδ' ἀκοντιστάς· οὐδὲ μὴν ἱππέας· οὐδὲ μὴν τά γε σώματα· sed ἢν μὴ et non ἢν οὐ, quia cadit in conditionem, ut et illud superius εἰ μὴ ἔμπροσθεν etc. Confer sect. I. 2. in principio.

IV.

De Particulæ ΜΗ' *usu* πευστικῷ.

I. Μὴ in interrogationibus positum habet ἐνέργειαν, cum rogamus cognita, et commode redditur, *numquid? an?* Exempla ubivis obvia. Sic Plat. de Rep. lib. VI. pag. 486. [T. VII. p. 74. ed. Bip.] Μή πη δοκοῦμέν σοι οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι; *An aliqua ratione tibi videmur non singula necessaria oratione percurrisse?* Rursus in ep. ad Rom. cap. III. comm. 3. Μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει;

II. Ἐνέργεια augetur, quando habet amarorem, ut in Act. Apost. cap. VII. comm. 18. Μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; *Num interficere me studes, quomodo heri Ægyptium interfecisti?* Et in Evang. Joann. cap. VIII. comm. 53. ubi Judæi Christo: Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ; *Num videlicet tu major es patre nostro Abraamo?*

III. Verum quoniam conjicientibus et suspicantibus, atque sciscitantibus id fere commune est, ut eadem cognoscendi cupiditate ferantur, hinc στοχαστικαῖς particulis commode præfigitur ἆρα vel ποτέ· de hoc infra dicetur in μή ποτε· hujus, sequente subjunctivo, exemplum est apud Lucian. Tom. III. in Lapith. pag. 441. Ἔπειτα δὲ εἰσῄει με, μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ. *Deinde mihi in mentem venit, num forte id, quod vulgo fertur, verum sit.*

ΜΗ ΓΑΡ *cum Adjunctis.*

I. Particulæ μὴ γὰρ aggregantur ex μὴ deprecationem notante s. ἀπευκτικῷ, et γὰρ ratiocinativo. Utroque ἐλλειπτικῶς in responsione utitur Plat. lib. VI. de Rep. pag. 509. ubi dicenti: Ὅσον ἐν τῷ παρόντι δυνατὸν, ἑκὼν οὐκ ἀπολείψω. *Quantum in præsentia fieri poterit, sponte nihil prætermittam.* respondet Glauco: Μὴ γάρ. *Absit enim.* ubi μὴ deprecantis est; γὰρ reddit rationem, quæ latet propter in-

Digitized by Google

tricatiorem ellipsin, per quam extrinsecus aliquid petendum est. Suppleri itaque oratio hoc modo potest: Καλῶς εἶπας, ὅτι ἐὰν οὐκ ἀπολείψω. ἱκετεύω γὰρ, μή τι ἀπολείψῃς. Perspicua magis res erit, si, mutata deprecatione in negationem, dicas: Καλῶς εἶπας· οὐ γὰρ ἀπολειπτέον οὐδέν. Ellipsin suppletam dedi supra cap. XII. sect I. §. 4. Supplet ellipsin Lucianus in usu ἀπαγορευτικῷ in Dial. Menel. et Prot. Dixerat Menelaus, intelligere se, eum posse. Potuisset respondere Proteus breviter, Μὴ γάρ. Sed plenius, repetitis ex superioribus verbis θαυμάζειν et γίγνεσθαι, respondet: Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ.

II. Jungitur etiam τὸ γὰρ causativum τῷ μὴ interrogativo non sine ellipsi, in Evang. Joann. cap. VII. comm. 41. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Ellipseos ratio superiori erit planior, si pro μὴ γὰρ, ἐρωτηματικῶς, ponamus οὐ γὰρ, ἀρνητικῶς, suppleta ex opposito oratione hoc modo: *Alii dicebant: Hic non est Christus; nam Christus non veniet ex Galilæa.* ita ut οὗτος οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, ex præmissis repetatur. quod quia interrogative potius, quam negative proferunt, neque Latini solent hæc jungere *an enim;* hinc proclive est reddere *an ergo?* ita ut sensus collectivus sit clarior, ratiocinativus verior.

III. Μὴ γάρ γε tanquam formalem notam ex Budæo affert H. Stephanus, reddit enim simpliciter, *Absit, Dii avertant, Dii prohibeant.* Tangit has particulas Budæus p. m. 480. quas pro μὴ δῆτα poni ait, sed reddit tamen *Absit enim,* neglecta plane particula γε, quæ, quia ad vocem interjectam referri debet, τῷ μὴ γὰρ aggreganda non fuisset. Locum Demosthenis affert Budæus in orat. pro Ctesiph. Εἰ γὰρ ταῦτα προεῖτο ἀκονιτί, περὶ ὧν οὐδένα κίνδυνον ὅντιν' οὐκ ὑπέμειναν οἱ πρόγονοι, τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἂν σοῦ, μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε, μηδ' ἐμοῦ; Nulla non particula suam servat potestatem: ἀπαγορευτικὸν τὸ ΜΗ, αἰτιολογικὸν τὸ ΓΑΡ, reddit enim rationem, quare dixerit σοῦ, et τὸ ΓΕ restringit πόλεως. Servatis rite omnibus, sic reddi possit: *Quis non despuisset in te; non enim dixerim in civitatem saltem, neque in me?* Q. d. per repetitionem pronominis, σοῦ λέγω, μὴ γένοιτο γὰρ τῆς πόλεώς γε. Nempe σοῦ, ἐμφατικῶς, quare suum ipsi accentum tribui æquum putem.

IV. Superiori simile est μὴ γὰρ δὴ, in quibus Budæus negligit τὸ δὴ, Stephanus utrumque. Verba sunt Synesii, quem affert Bud. l. c. Ἀλλά τό γε προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα ὁ δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται, μὴ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν οὐ κατισχύσει. *At optimam vitæ institutionem non adimet fortuna, enimvero non dixero consilio nostro prævalebit.* ubi δὴ puto esse ὑπερθετικὸν, quo de supra h. v.

V. Denique dicunt quoque μὴ γὰρ οὖν, in quibus τοῦ γὰρ vis causativa est obscurissima. Verba sunt Pyladæ apud Eurip. in Orest. v. 1147. postquam dixerat, non oportere Menelaum esse fortu-

Digitized by Google

natum, cum Orestæ pater, soror et mater periissent, ipse autem Agamemnonis hasta uxorem recepisset: quibus subjungit:

— Μὴ γὰρ ἂν ζῴην ἔτι,
Εἰ μὴ 'πὶ κείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν.

In his μὴ est ἀπευκτικόν: *Non vivam* sive *dispereamn:* ἂν conclusivum: *Quare dispeream, nisi in istam atrum strinxero gladium.* At ad asserendam vim αἰτιολογικὴν τοῦ γὰρ opus videtur Œdipo, nisi aliquid extrinsecus in subsidium vocantes, tali periphrasi eruamus: Non oportet Menelaum esse fortunatum, et uxore securum frui, quare moriendum est Helenæ, ut graviori calamitate oppressus doleat: est enim indignus, qui in mediis nostris malis solus suis fruatur gaudiis.

ΜῊ "ΟΤΙ, ΜῊ "ΟΤΙ ΓΕ, ΜῊ "ΟΤΙ ΔΉ.

I. Cum ex ΜῊ vel ἀρνητικῷ vel ἀπαγορευτικῷ, et "ΟΤΙ διηγηματικῷ, confletur μὴ ὅτι, quod redditur recte *non solum, non modo,* nec tamen unquam τὸ ὅτι pro μόνον ponatur, quærat quispiam, unde τὸ ὅτι in hoc aggregato significationem accipiat, quam respuit, quando solitarium est. Primo observandum, harum particularum nullum usquam usum esse nisi in orationibus bimembribus, quarum posterior pars priori semper prævaleat. Qui itaque sic loquitur, priorem partem omnino quidem non negligit, sed præfert tamen posteriorem. Itaque tanquam κατὰ παράλειψιν priori parti præmittit τὸ μὴ ὅτι, ἐλλειπτικῶς, suppresso λέξω vel λέγοιμι. Usus est, quoties quasi ex abundantia adjecta præmittuntur parti principali. Latini dicunt: *Non dicam.* vel *Ne dicam.* Atque ita differt μὴ ὅτι a μὴ μόνον, cum illud imparia conjungat, hoc paria committere possit. Exemplum esto illud Xenophontis Memorab. lib. I. pag. 731. Τόγε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλό τι ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν, ΜῊ "ΟΤΙ προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. i. e. μὴ λέγω, ὅτι προῖκα δοίης. Recte τὸ μὴ exprimit interpres: *Si vestem, vel domum, vel aliud quidpiam, quod in bonis tuis est, pretio dignum esse putares: non dicam gratis, sed ne minori quidem accepto pretio, quam quanti ea res esset, dares.* At ne τὸ ὅτι quoque negligatur, sic dicas: *Non dicam, te daturum.* Idem hoc Platonis Ep. VII. pag. 329. Διεκώλυέ με τὸν ἔκπλουν, εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν καὶ κατοικίσας, ὅθεν οὐδ' ἂν εἷς ἔτι με ναύκληρος, ΜῊ "ΟΤΙ κωλύοντος ἐξήγαγε Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντα ἐξαγαγεῖν ἐπέστελλεν. *Discessum mihi interclusit, in arcem me deductum habitare jubens, unde ne ullus quidem nauclerus, non dicam vetante Dionysio, me abduceret, sed nec nisi ipse disertis per epistolam mandatis mitteret, qui juberet me abduci.* Adde Xenoph. Cyrop. III. 2. 21. Οὐδ' ἂν ἡμεῖς ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα, μὴ ὅτι τὴν τούτων, ἀλλ' οὐδ' ἂν

Digitized by Google

τὴν ἡμετέραν. *Non poterimus tuto colere, non dicam horum, sed ne nostros quidem agros.*

II. Si rem tamen ad justam judicii lancem revocemus, neque ὅτι pro μόνον ponitur, neque μὴ ὅτι significat *non solum*, sed vocula μόνον potius supprimitur, ut cum Plato dicit in Conviv. pag. 207. [T. X. p. 240. ed. Bip.] Νέος ἀεὶ γιγνόμενος, τὰ δὲ ἀπολλὺς, καὶ κατὰ τρίχας, καὶ σάρκα, καὶ ὀστᾶ, καὶ αἷμα, καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα, καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν· οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, λῦπαι, φόβοι, τούτων ἕκαστα οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ. *Semper novus, hæc amittit, nempe quod attinet ad capillos, carnem, et ossa, et sanguinem, et totum corpus, et non solum corpus, sed et animam: mores, consuetudines, opiniones, cupiditates, voluptates, dolores, timores, horum singula nunquam eadem singulis, adsunt.* ubi oratio deficiens sic suppleri possit: καὶ μὴ μόνον λέγοιμι, ὅτι τὰ δὲ ἀπολλὺς κατὰ τὸ σῶμα etc. Imo, ut suppleatur ellipsis, vocula μόνον additur in epist. ad Philippens. cap. II. comm. 12. Καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, κατὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. *Sicuti semper auscultavistis, non (dicam) in præsentia mea solum, sed etiam in absentia mea, cum timore et tremore vestram ipsorum salutem conficite.* ubi μὴ ὡς pro μὴ ὅτι.

III. Separantur particulæ, interposita vocula, ut γὰρ apud Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 28. Μὴ γὰρ ὅτι τὸν ἄρχοντα, ἀλλὰ καὶ οὓς φοβοῦνται, μᾶλλον τοὺς αἰδουμένους αἰδοῦνται τῶν ἀναιδῶν οἱ ἄνθρωποι. Ita interpres: *Etenim, non dicam, principem, sed illos etiam, quos alioquin non metuunt, magis reverentur homines, si verecundi sint, quam si inverecundi.*

IV. Adjicitur sæpe particula γε, ut fiat μὴ ὅτι γε, ubi τοῦ γε usus videtur esse βεβαιωτικὸς, de quo supra in ΓΕ. Ita Heliod. Æthiop. lib. VII. cap. 11. Οὐ γὰρ θέμις, μὴ ὅτι γε θύειν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπιβαίνειν τοῦ νεώ. *Non enim fas est, non profecto dicam sacrificare, sed ne templum quidem ingredi.*

V. Ex superioribus liquet, in quibus potior sententia sequitur, si prior pars est affirmativa, in posteriori sequi ἀλλὰ vel ἀλλὰ καὶ, ut in postremo ex Platone exemplo: Μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Sin prior pars est negativa, in posteriore sequi ἀλλ᾽ οὐδὲ, ut in primis exemplis Xenophonteis. Ast, ubi potior sententia præcedit, sequitur μὴ ὅτι vel μὴ ὅτι γε, evanescente ἀλλὰ, redditurque in parte negativa Latine *nedum*, sive *non solum non*. ut apud Aristid. pro Quatuorvir. pag. 429. *Tantum*, inquit, *aberat, ut exercitum totum numerarent*, ὥστε οὐδὲ ὁπόσοι τινὲς αὐτοῖς εἰσιν οἱ βασιλεῖς, ἔμελλον εὑρήσειν, μὴ ὅτι τὴν στρατιάν· *ut neque, quot reges haberent, invenire possent, nedum exercitum numerare.* Quod si hic μὴ ὅτι στρατιὰν præcessisset, τῷ ἀλλ᾽ οὐδὲ in posteriori parte locus fuisset: ὥστε μὴ ὅτι τὴν στρατιὰν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁπόσοι τινὲς αὐτοῖς εἰσιν

Digitized by Google

βασιλεῖς, ἔμελλον εὑρήσειν. Gregorius, citante Budæo, pag. 479. Μέγα σοι μαθεῖν, ὅτι γεγένηται· τὸ δὲ πῶς, οὐδὲ ἀγγέλοις ἐννοεῖν, μὴ ὅτι γέ σοι συγχωρήσομεν. *Res magna tibi est, didicisse, hæc facta esse: quomodo vero facta sint, ne angelis quidem, nedum certe tibi intelligere concedamus.*

VI. Adjicitur et alia particula βεβαιωτικὴ, nempe δὴ, ut fiat μὴ ὅτι δὴ, apud Plat. in Phædr. pag. 240. [T. X. p. 308. ed. Bip.] Ἃ καὶ λόγῳ ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπὲς, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ. *Quæ vel auditu non sunt jucunda, nedum re ipsa profecto.*

ΜῊ ΟΥ̓. ΜῊ ΟΥ̓Κ.

I. Μὴ οὐ, μὴ οὐκ ante vocalem, vel diphthongum, μὴ οὐχ ante vocalem vel diphthongum adspiratam, item μὴ οὐχὶ, sunt aggregata, quorum prius non uno modo destruit, quod per posterius sit negatum, rem negatam modo in dubium revocando, modo avertendo et prohibendo, quod nisi rite observatur, sæpe μὴ οὐ turbas dabit, cogetque confugere ad exterminandum illum otiosum et inertem pleonasmum. Et primum quidem utrumque suo perspicue fungitur officio, quoties μὴ interrogat directe, ut in Ep. ad Rom. Μὴ οὐκ ἤκουσαν; *An non audiverunt?* cap. X. comm. 18. Et mox: Μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; *An non novit Israël?* Et in Ep. pr. ad Cor. IX. comm. 4. Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πίνειν; *An non habemus facultatem edendi et bibendi?* Quare in hujusmodi locutionibus μὴ potius, quam ἆρα adhibeatur, ratio patet ex iis, quæ supra de μὴ πευστικῷ dicta sunt.

II. Secundo, μὴ, στοχαστικῶς adhibitum, infirmat suspicando id, quod per verbum aut nomen sequens negatur, ut apud Thucyd. lib. III. cap. 53. Ὑποπτεύομεν καὶ ὑμᾶς, μὴ οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε. *Suspicamur et vos non æquos fore judices.* Usus τοῦ μὴ clarius patebit, si reputamus, suspicantem rem malam non differre a metuente, atque ita τὸ μὴ οὐκ idem erat, quod Latinorum *ne non.* ut sit sensus: *Suspicamur metuentes, ne non futuri sitis æqui judices.* Ita μὴ post verba vel nomina metuendi suspicionem indicat ad partem pejorem vergentem, non omnino quidem destruens rem negatam, sed de ea dubitans, ut apud Xenoph. Memor. II. 3. 10. Δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω τοσαύτην σοφίαν. *Timeo, ne non mihi adsit tanta sapientia.* Contra, si res affirmata sequitur, abest τὸ οὐ. Sic Thucyd. l. c. Φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν. *Veremur, ne utroque simul exciderimus.* vide supra sect. I. §. 14. etc. Interdum verbum timendi, aut cognatum ὅρα vel simile supprimitur, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 506. [T. VII. p. 115. ed. Bip.] Ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι. *Sed (timeo,) ne non huic rei sufficiam.* Sic ap. Homer. Il. Α. 28.

Digitized by Google

Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.

h. e. *ne tibi non prosit sceptrum et corona dei.*

III. At μὴ οὐ cum infinitivo constructum varios habet usus, in quibus alterutrius particulæ ratio aliquando obscurior est: clarior tamen, quando effectus significatur, quo videtur res fugienda. Tale est illud Platonis in Phædr. pag. 240. [T. X. p. 307. ed. Bip.] Τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ ποῖον δὴ παραμύθιον, ἢ τίνας ἡδονὰς διδοὺς, ποιήσει τὸν ἴσον χρόνον συνόντι, μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν ἀηδίας. Loquitur de senili amore. *At vero amasio quale solatium, aut quas præbebit voluptates, quibus consuetudinis æqualia reddat tempora, quo minus in extremum incidat tædium?* Sic μὴ οὐ, mea quidem sententia, recte redduntur *quo minus*, s. *ne non* semper sic aggregata.

IV. Idem etiam præstat cavendo apud Aristoph. in Acharn. v. 310.

Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται,
Μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα;

Dic mihi, quid parcimus lapidibus, o populares, (quasi caventes) quominus homo hic cruentetur purpuræ in modum? Cavendi verbum addit Plat. in Phædr. pag. 277. [T. X. p. 386. ed. Bip.] Τὸ γὰρ ἀγνοεῖν ὕπαρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι, καὶ κακῶν, καὶ ἀγαθῶν, οὐκ ἐκφεύγει τῇ ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι. *Nam ignorantia veri et falsi de rebus injustis, de malis, et bonis, non potest effugere, quin digna sit probro.*

V. Præstat idem prohibendo, quod verbum addit Eurip. in Phœniss. v. 1183. cum articulo τό·

— Τόσον δ' ἐκόμπασε,
Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς,
Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.

Superbum hoc protulit verbum, ne venerabilem quidem Jovis ignem ipsum prohibiturum, quo minus a summis arcibus urbem capiat.

VI. Præstat idem, præcedente verbo prætermittendi, apud Sophocl. Electr. v. 136.

—Οὐδὲ θέλω προλιπεῖν τόγε,
Μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον.

Neque hoc prætermittere volo, quin meum lugeam patrem miserum.

VII. Item, præcedente verbo abstinendi, apud Aristid. Orat. in Apellam non longe a principio: Οὐκ ἀπέχονται μὴ οὐ πολίτην τιθέ-

ναι. *Non abstinent, quin*, i. e. *Non possunt non civitate eum donare.* Sic et præcedente verbo negativo: e. c. apud Lucian. Tom. I. Dial. Mort. pag. 94. Νῦν μὲν, ὦ Ἀλέξανδρε, ὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο μὴ ὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι. Mens est: *Nunc certe palam profiteberis, te esse filium meum*, et ap. eundem in Lapithis pag. 440. Οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο μὴ ὐχὶ φάρμακον ἀποδεδόσθαι Κρίτωνι ἐπὶ τὸν πατέρα. *Non negabis, venenum te Critoni vendidisse patri propinandum.*

ΜΗΔΈ ET ΜΗ΄ΤΕ.

I. Duas particulas μηδὲ et μήτε, compositas, quod ex prioris accentu liquet, (nam prior etiam disjunctim scribitur μὴ δὲ·) ob vicinitatem conjungo, non confundo tamen. Nec moveor auctoritate eruditissimi H. Stephani, qui utramque plane confundit, imo has quatuor, μηδὲ, μήτε, ὐδὲ, ὔτε. De differentia inter μὴ et ὐ observanda satis multa dicta sunt supra;, omnia hic sunt gemina. Differunt quoque μηδὲ et μήτε, quorum alterum est ἀναφορικὸν, alterum συμπλεκτικόν· ita tamen, ut, quemadmodum δὲ nonnunquam assumere usum συμπλεκτικὸν et pro καὶ vel τὲ poni, supra non negavi, ita negare non ausim, aliquando μηδὲ poni pro μήτε. Post μὴ vel μήτε sequitur μήτε, ut post ὐ vel ὔτε sequitur ὔτε, quoties oratio eodem tenore procedit, quem nova partitio non interrumpit, ut in oraculo de Æginetis, quod Suidas profert:

Ὑμεῖς δ᾽ Αἰγινέες ὔτε τρίτοι, ὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, ὔτ᾽ ἐν λόγῳ, ὔτ᾽ ἐν ἀριθμῷ.

Vos autem, Æginetæ, neque tertii, neque quarti, neque duodecimi, neque in ulla ratione, neque in numero estis. Notanda itaque hæc.

Primo, quando post ὐ vel μὴ sequitur ὐδὲ vel μηδὲ, tunc in superiori parte intelligendum latet μὲν, ad quod τὸ δὲ, quod composito inest, referatur, ut apud Phocyl. v. 95.

Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ᾽ ἀθέατα
Δείξῃς ἠελίῳ. —

i. e. μὴ ἀνορύξῃς μέν. *Ne tumulum refodias, neque soli ostendas, quæ non sunt adspicienda.* Adde Matth. VII. 6. 1. Johan. 11. 15. Pythag. v. 37.

Secundo post propositionem affirmativam, aut saltem negantem, aut prohibentem μηδὲ et ὐδὲν sequuntur potius quam μήτε et ὔτε. v. Hom. Il. I. v. 12. ubi Achilles:

Φεύγετε, χηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κελεύων,
Κλήδην εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν ἄνδρα ἕκαστον,
Μὴ δὲ βοᾶν.—

Nam invenitur etiam μὴ δὲ pro μηδὲ, ut cognoscas, τὸ δὲ referri ad μὲν, in superioribus latens, κικλήσκειν μὲν, μὴ βοᾶν δέ.

Tertio, si oratio sit πολύκωλος, semel invenitur μὴ, et sæpius sequitur μηδέ· ut apud Phocylidem v. 168. sqq.

Quarto, quando duo vel plura integra proposita prohibentur, aut unius præpositionis duæ vel plures partes negantur, utuntur μήτε, μήτε, non οὔτε, οὔτε. Ita idem in principio Νουθετικῶν·

> Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν,
> Μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.

Neque furtiva matrimonia ineas, neque venerem masculam concites, neque dolos nectas, neque manus sanguine macules. Et in Evang. Matth. cap. XI. comm. 18. Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης, μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων. *Nam venit Joannes neque edens, neque bibens.*

Quinto, quando tria vel plura neganda veniunt, quæ ὁμογενῆ sunt, negantur per μήτε, quæ non, per μηδέ. ut in Act. Apost. cap. XXIII. comm. 8. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα. Ecce duas rerum classes, quarum altera doctrinam spectat, altera creata. Posterior duo comprehendit, quæ sunt ejusdem generis, nempe angelos et spiritus; quare hi junguntur per μήτε· in priori vero intelligitur μὲν, (nam τῷ μὲν post Σαδδουκαῖοι respondet δὲ in Φαρισαῖοι δὲ, quod sequitur mox) ut sit ἀνάστασιν μὲν μὴ εἶναι· cui respondet δὲ latens in μηδὲ, ἄγγελον.

Mirum in modum variata habes οὐ, οὐδὲ, οὔτε, οὐδὲ, μήτε, μήτε, οὔτε, οὔτε, οὐδὲ, μήτε, μήτε etc. ita ut aliud pro alio non ponatur, sed singula peculiares suos usus sortiantur, apud diligentissimum particularum observatorem Platonem in Parmenide pag. 150. [T. X. p. 124. ed. Bip.] Ἀλλὰ μὴν αὐτὸ μέγεθος, ΟΥ'Κ ἄλλου μεῖζον, ἢ αὐτῆς σμικρότητος· ΟΥ'ΔΕ' σμικρότης ἄλλου ἔλαττον ἢ αὐτοῦ μεγέθους. Οὐ γάρ. ΟΥ"ΤΕ ἄρα τἄλλα μείζω τοῦ ἑνὸς, ΟΥ'ΔΕ' ἐλάττω, ΜΗ'ΤΕ μέγεθος, ΜΗ'ΤΕ σμικρότητα ἔχοντα· ΟΥ"ΤΕ αὐτὼ τούτω πρὸς τὸ ἓν ἔχετον τὴν δύναμιν, τὴν τοῦ ὑπερέχειν καὶ ὑποδέχεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλω· ΟΥ"ΤΕ αὖ τὸ ἓν τούτοιν ΟΥ'ΔΕ' τῶν ἄλλων μεῖζον ἂν, ΟΥ'Δ' ἔλαττον εἴη, ΜΗ'ΤΕ μέγεθος, ΜΗ'ΤΕ σμικρότητα ἔχον. Οὐκοῦν φαίνεταί γε. Ἆρ' οὖν, εἰ ΜΗ'ΤΕ μεῖζον, ΜΗ'ΤΕ ἔλαττον τὸ ἓν τῶν ἄλλων, ἀνάγκη, αὐτὸ ἐκείνου ΜΗ'ΤΕ ὑπερέχειν, ΜΗ'ΤΕ ὑπερέχεσθαι; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν τό γε ΜΗ'ΤΕ ὑπερέχον, ΜΗ'ΤΕ ὑπερεχόμενον, πολλὴ ἀνάγκη ἐξ ἴσου εἶναι· ἐξ ἴσου δὲ ὄν, ἴσον εἶναι; Πῶς γὰρ οὔ; Καὶ μὴν καὶ αὐτό γε τὸ ἓν πρὸς ἑαυτὸ οὕτως ἂν ἔχοι· ΜΗ'ΤΕ μέγεθος ἐν ἑαυτῷ, ΜΗ'ΤΕ σμικρότητα ἔχον, ΟΥ"Τ' ἂν ὑπερέχοιτο, ΟΥ"Τ' ἂν ὑπερέχοι ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐξ ἴσου ὄν, ἴσον οὐδεὶ εἴη ἑαυτῷ. *Atqui ipsa magnitudo, non alia re major est, nisi ipsa parvitate: neque parvitas alia re minor, nisi magnitudine. Non enim. Neque igitur cætera majora uno, neque minora, neque magnitudinem, neque parvitatem habentia: neque his duobus ad unum facultas inest, qua superant, et superantur, sed mutua relatione. Rursus neque ipsum unum his duobus aut aliis majus erit aut minus, neque parvitatem habens. Nimirum apparet. Nonne igitur, si neque majus, neque minus unum est cæteris, necesse est, ipsum ea neque superare, neque ab iis*

Digitized by Google

superari? Necesse est. Nonne igitur omnino necesse, id, quod neque superat, neque superatur, ex æquo esse, et, cum sit ex æquo, æquale esse? Quidni? Quin etiam ipsum illud unum ad se habere se ita debet, in se ipso neque magnitudinem, neque parvitatem habens, ut neque se ipsum superet, neque a se superetur, sed, cum sit ex æquo, sibi semper sit æquale. Hic τὸ ἓ inchoat, suppresso μὲν, quod subsequente τῷ δὲ in composito ὐδὲ, duæ particulæ μὲν et δὲ mutuam relationem componunt τὸ μέγεθος, et τὸ σμικρότης. Deinde post ὐκ ἄλλυ μεῖζον etc. aliæ principales propositiones negantur copulative, Οὔτε ἄρα τἄλλα etc. Οὔτε αὖ τὸ ἓν etc. At post ὔτε ἄρα τἄλλα, secundam propositionem principalem, sequitur oratio bimembris, divisa per μείζω et ἐλάττω, quare post μείζω intelligitur μὲν, et sequitur ὐδὲ, quod relative negat, non ὔτε. Subordinata sunt μέγεθος et σμικρότης, quæ, quia constituunt partes præcedentis propositionis negatæ, negantur per μήτε, non per ὔτε. Tertia propositio principalis solitaria est, quæ ideo cum prima simpliciter copulatur per τὲ, latens in composito ὔτε. Οὔτε αὐτὸ τῦτο etc. Sequitur quarta propositio principalis, Οὔτε αὖ τὸ ἓν τύτοιν etc. iterum copulative negans, sed in his, quæ statim sequuntur, τὸ μὲν intelligi nequit, ut in superioribus, ob variatam per πολυσύνδετον orationem; si enim dixisset: ὔτε αὖ τὸ ἓν τύτοιν τῶν ἄλλων μεῖζον ἂν, ὐδ᾽ ἔλαττον εἴη, post ἄλλων τὸ μὲν intelligendum fuisset, sed subsequentia, quia sunt subordinata, et negant partes totius, præfixum habent μήτε, non ὔτε· μήτε μέγεθος, μήτε σμικρότητα ἔχον. Et sic in reliquis.

VIII. Quando ex duobus propositis posterius priori minus est, quod vel negatur, vel prohibetur, emphasin habet τὸ μηδὲ; et commode a Latinis redditur *ne quidem.* Hic usus est ellipticus, et geminus quidem; nam propositum prius vel repetendum est ex superioribus, vel extrinsecus arcessendum. Prioris exemplum habet Demosth. de Rep. Ordin. pag. 68. Οἱ στρατηγοὶ μὴ ξένυς ἔχοντες τὺς μὲν συμμάχυς ἄγυσι καὶ φέρυσι, τὺς δὲ πολεμίυς μηδὲ ὁρῶσιν. *Duces peregrinis militibus socios ne vexent, hostes vero ne videant quidem.* Pro, *hostes vero non solum non vexent, sed etiam ne videant quidem.* Sic et 1 Cor. V. 11. Alterius exemplum est apud Xen. Cyrop. III. 3. 20. Ὅπως μὲν, ὦ Κῦρε καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ᾽ ὑπονοεῖτε. *O Cyre, et vos reliqui Persæ, me hoc modo graviter ferre, quod vos alam, ne suspicemini quidem.* Hic δὲ in μηδὲ nihil habet, ad quod referatur, nisi præcedat μὲν cum aliquo verbo extrinsecus arcessendo. Integra itaque esto oratio; Μὴ πιστεύετε μὲν, μηδ᾽ ὑπονοεῖτε. *Ne credite, imo ne suspicamini quidem.*

II. Fitque hoc modo, ut post μήτε sequatur μηδὲ, quod docemur ex Dem. adv. Mid. pag. 386. Μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρυ μηδὲ τῶν ὑπερημέρων. *Non licet,* inquit, *his diebus capere, quod sit alterius, ne illorum quidem, qui ad dictum diem non solverint.*

Digitized by Google

ΜΗ'ΠΟΤΕ.

I. Cum ποτὲ in μήποτε constanter servet suum officium, Devario assentiri non possum, qui μήποτε formalem notam statuit, in qua ποτὲ pæne otiosum sit, afferens illud Aristotelis, μὴ γὰρ, ἢ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. Nam, ut maxime μὴ ibi explicari debeat per μήποτε, quis negabit τὸ ποτὲ per ellipsin intelligi? Sed ordine procedamus.

II. Principio dubitari possit, utrum vox sit composita, an vero alteri altera adjecta et aggregata, cum etiam interjectis aliis vocibus disjunctæ inveniantur, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 1. Φοβούμενοι Ἀθηναίους, μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοί ποτέ σφισι μείζονι παρασκευῇ ἐπέλθωσιν. Et lib. IX. comm. 29. Αἱρεῖ, ἀφυλάκτους τε ἐπιπεσὼν, καὶ ἀπροσδοκήτους μὴ ἄν ποτέ τινά σφισιν ἀπὸ θαλάσσης τοσοῦτον ἐπαναβάντα ἐπιθέσθαι. Et apud Aristoph. in Pace v. 487.

Τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαβεῖν ποτ' ἀσπίδα.

Sic μήτοι ποτὲ ex Synesio affert pag. 479. Ἀλλὰ μήτοι ποτὲ διάπειραν λάβοιμι.

III. Ποτὲ scimus adverbium esse χρονικὸν, quam potestatem vel perspicuam, vel involutam exercere, ostendendum est. Jungitur τῷ μὴ per omnes illos usus, quos supra in hac particula notavi, quam ostendi tollere actus certitudinem variis modis: huic potestati addit ποτὲ emphasin, indicans durationem, quam tamen non terminat, quia infert tempus incertum. Itaque, quæ differentia est apud Latinos inter *ne* et *ne quando*, eadem deprehenditur inter μὴ et μήποτε. Quando μὴ causam indicat finalem, quæ fugienda est, tantum derogat certitudini rei, quantum cautio potest prohibere: tunc ante μήποτε intelligi debet ἵνα vel ὅπως. Ut in Evangel. Matth. cap. V. 25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ. *Esto animo erga adversarium placido statim, dum es in via cum ipso, ne quando adversarius te tradat judici.* Pro ἵνα μήποτέ σε παραδῷ. Sic ibid. cap. XIII. comm. 29. qui sementem fecerat, vetuit famulos colligere lolium, quod nequam homo inter segetes seminaverat, addens causam, μήποτε (inquit) συλλέγοντες τὰ ζιζάνια ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. i. e. Ἵνα μήποτε. *Ne quando lolium colligentes, una cum iis frumentum eradicetis.* Conf. Hebr. II. 1.

IV. Quoque minus dubitemus de ellipsi particulæ ἵνα, ea additur in Evang. Luc. cap. XIV. comm. 28. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, ἵνα μήποτε, θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἐμπαίζειν αὐτῷ. *Quis enim vestrum, volens turrim ædificare, non prius sedens sumtum reputat, an habeat, quæ ad per-*

Digitized by Google

fectionem requiruntur, ne quando, ubi is fundamentum posuerit, neque consummare possit, omnes, qui vident, eum irrideant.

V. Quando μὴ ἀπαγορευτικῶς adhibetur, tunc ποτὲ minime otiosum est, sed omne tempus excludit, redditurque *ne unquam*, ut cum Theognis ait v. 333.

Μήποτε φεύγοντ' ἄνδρα ἐπ' ἐλπίδι, Κύρνε, φιλήσῃς.

Ne unquam exuli adhæreas ob spem. Et hic non ἵνα tantum, sed et βλέπε, ὅρα vel πρόσεχε reticetur.

VI. Ellipsis partim suppletur in ep. ad Hebr. cap. III. comm. 12. Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρά. *Videte, fratres, ne unquam in quoquam vestrum sit cor malignum.* Quanquam hic τὸ ἵνα abest, tamen intelligendi constat sana ratio: monentur enim, ut caveant, animadvertant, quid aut consequantur aut fugiant? nempe cor malignum. ubi notetur simul τοῦ μήποτε cum futuro indicativi constructio, cujus rationem vide supra in μὴ sect. I. 1. §. 3. et confer Evang. Luc. XXI. 34. Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι. *Cavete vero, ne unquam graventur corda vestra.*

VII. Cum infinitivo constructum in oratione obliqua habes apud Eurip. in Or. v. 291.



Οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμὸν, εἰ κατ' ὄμματα
Ἐξιστόρουν νιν, μητέρ' εἰ κτεῖναί με χρὴ,
Πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτὰς,
Μήποτε τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος.

Arbitror enim, patrem meum, si coram ipsum interrogassem, an oporteret me interimere matrem, protensis ad hoc mentum manibus, multas effusurum fuisse preces, ne unquam adigerem gladium in jugulum genitricis.

VIII. Eandem potestatem, quam habet ποτὲ in causa finali aut prohibitione, exercet quoque post vocabula metum aut sollicitudinem notantia, sequente aoristo subjunctivi, plerumque priori, posteriori tunc, cum verbum aoristo priori est destitutum, aut minus usitatum. ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 465. [T. VII. p. 35. ed. Bip.] Τούτων μὴν ἐν ἑαυτοῖς μὴ στασιαζόντων, οὐδὲν δεινὸν, μήποτε ἡ ἄλλη πόλις πρὸς τούτους, ἢ πρὸς ἀλλήλους διχοστατήσῃ. *His inter se non dissentientibus, periculum nullum est, ne unquam alia urbs cum his, aut secum dissideat.* Adde lib. I. Macchab. cap. XII. comm. 40. Hebr. IV. 1.

IX. Ut μὴ, ita μήποτε adhibetur ἀπευκτικῶς, sequente optativo, in quo ποτὲ, ut officio suo fungatur, excludit omne tempus. Exempla habet Euripides in Phœniss. v. 579.

Digitized by Google

— Μήποτ', ὦ τέκνον, κλέος
Τοιόνδε σοὶ γένοιτ' ἂν ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.

Absit, o fili, ut unquam istiusmodi gloriam reportes a Græcis.

X. Non semper tamen temporis significationem infert ποτὶ, sed quia, si quid nunc non fit, hinc non sequitur, nunquam fore postea, et futura pleraque sunt incerta, nec nisi conjectura assequenda, hinc ποτὶ assumsit usum στοχαστικὸν sive conjecturalem, quod quum adjungitur τῷ μὴ sive prohibitivo, sive causali, nonnunquam fit, ut dubium sit, utrum temporis an conjecturæ notionem habeat, ut in Evang. Matth. cap. XXVII. comm. 64. ubi Pharisæi Pilato: Κέλευσον ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης, μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτόν. *Jube obfirmari sepulcrum ad diem usque tertium, ne quando* sive *ne forte ejus discipuli ipsum abreptum veniant.* Dubium, inquam, videri posset, utrum μήποτε hic sit, *ne quando*, ut habet Beza, an *ne forte*, ut reddit Castellio. Sed omnem dubitationem tollit illud, ἕως τῆς τρίτης, tempus terminatum, cui non convenit infinitum ποτέ· quare relinquitur sensus conjecturalis, suspicionem indicans in re metuenda. Confer Ies. Sirach. cap. XLII. comm. 9. 10. 11.

XI. Construitur hoc usu etiam cum indicativo, ita ut μὴ sit πυστικὸν, apud Athen. lib. XIII. pag. 586. Μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἄντειαν; *Num vero scribendum forte est pro Antheia Anteia?* Sic in Evang. Joann. VII. 26. Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός; *Numnam revera sciunt primores, hunc vere esse Christum?* i. e. *Fortasse sciunt;* nam dubii interrogant, vel, *Videndum, ne cognoverint*, ut intelligatur ὅρα, ut vult Devarius, afferens locum Athenæi. Sed simplicius ac proclivius est hic intelligere μὴ interrogativum.

XII. Quando optandi modus sequitur, commode intelligitur τὸ ἂν δυνητικόν· ut in Evang. Luc. cap. III. comm. 15. Διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός. *Omnibus animo reputantibus de Joanne, num ipse forte esset Christus.*

XIII. Convenit hæc particula suspicantibus ac circumspecte agentibus, construiturque cum subjunctivo. Exemplum est in lib. II. Macchab. cap. III. 32. Ὕποπτος δὲ γενόμενος ὁ ἀρχιερεὺς, μήποτε διάληψιν ὁ βασιλεὺς σχῇ. *Pontifex autem veritus, ne quando*, vel *ne forte suspicionem rex susciperet.* Et in ep. ad Timoth. posteriori cap. II. 25. ubi plana est dubitatio, et redditur *si forte*, vel *si quando.* Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν. *Si forte largiretur Deus resipiscentiam.*

XIV. Quando ἄρα στοχαστικὸν accedit, ποτὶ potius servat usum χρονικὸν, ut apud Æl. V. H. lib. II. cap. 13. Τὸ μὲν γὰρ ἄντικρυς

Digitized by Google

ἀπηνέγκασθαι γραφὴν κατ' αὐτῦ παραχρῆμα ἐκ ἐδοκίμαζον, καὶ δι' ἐκεῖνα δὲ, μήποτε ἄρα ἀγριάναντες οἱ φίλοι τῦ Σωκράτυς ἐξάψωσι κατ' αὐτῶν τὺς δικαστάς. *Nam aperte eum illico deferre inconsultum statuebant, tum propter ea, quæ supra dixi, tum etiam, ne quando Socratis amici forte judices exacerbantes contra se irritarent.* Ita et Epictetus cap. 45. Ἐντετάσθω σοὶ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῆς εἰς ἰδιωτισμόν. *Cavendum est omnino, nequando ad vulgi mores forte prolabaris.*

XV. Μήποτε etiam nonnunquam non vere est dubitantis, sed dubitantis aut suspicantis tantum formam præfert ἐν τοῖς ὑποκοριστικοῖς, cujus exemplum obvium in Act. Apost. cap. V. comm. 39. Ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βυλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τῦτο, καταλυθήσεται· ἐὰν δὲ ἐκ Θεῦ ἐστιν, ὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεόμαχοι εὑρεθῆτε. *Si ex hominibus sit hoc consilium vel opus hoc, dissolvetur: sin sit ex Deo, non potestis dissolvere, ne forte cum Deo pugnare comperiamini.* Non dubitat Gamaliel, si conarentur frustra dissolvere opus divinum, ipsos quasi cum Deo impie pugnaturos; sed addit tamen μήποτε, dubitantis notam, quo exasperatis animis nec sani consilii capacibus scrupulum injiciat. Exacerbasset fortasse illos magis, si dixisset: Καὶ ὕτως θεόμαχοι εὑρεθήσεσθε.

XVI. Ut μὴ ὐ, ita μήποτε ὐ rem negatam non plane destruit, sed dubitat, στοχαστικῶς posito ποτὲ vel etiam χρονικῶς. ut in Evang. Matth. cap. XXV. comm. 9. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγυσαι· Μήποτε ὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν. Qui locus a me affertur solam ellipsin, quæ notanda visa est; nam ὐκ non est aggregatum τῷ μήποτε, sed pertinet ad verbum ἀρκέσῃ, ita ut, μήποτε ὐκ ἀρκέσῃ, idem sit, quod μήποτε ἀπολίπῃ. Ut autem τῷ μήποτε cum subjunctivo justa constet ratio, ante ipsum non tantum ἵνα, sed et ante hoc intelligo, μὴ γένοιτο, ut plena sit oratio: Μὴ γένοιτο, ἵνα μήποτε ὐκ ἀρκέσῃ. Insignis hæc ellipsis orationem reddit ἀποστατικὴν, indicans virginum prudentiorum non sollicitos solum animos in cavendo, sed serium etiam in denegando. *Absit*, inquiunt, *ne forte nobis vobisque non sufficiat.*

ΜΗ'ΠΩ, ΜΗ'ΠΩΓΕ, ΜΗ' ΠΩ'ΠΟΤΕ.

I. Attingam potius, quam explicabo hanc particulam, ne cogar repetere, quæ supra in μὴ prolixius enarrata sunt. Non itaque dicam, quomodo μήπω differat ab ὕπω, licet utrumque Latini reddant *nondum*. Τῷ μὴ adjicitur πω, itidem χρονικὸν, ut ποτὲ, sed, cum μήποτε fere futurum respiciat, μήπω terminat præteritum negando, et pro indole particulæ μὴ jungitur particulis actus certitudinem tollentibus, quales sunt εἰ, ἐὰν, κἂν et similes. Nam ut dicitur εἰ μὴ, non εἰ ὐ, sic dixerunt etiam εἰ μήπω, non εἰ ὕπω. v. Plat. in Cratyl. pag. 438. [T. III. p. 342. ed. Bip.] Εἴπερ τάγε πρῶτα (sc. ὀνόματα) μήπω ἔκειτο. *Si prima certe nomina nondum*

Digitized by Google

erant instituta. Et Dem. Philipp. III. pag. 46. Οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ. Non, κἂν οὔπω, quia præsentis actus certitudo tollitur per κἂν. *Hic mecum bellum gerit, quamvis nondum sagittis me petat.*

II. Sicut in oratione obliqua μὴ infinitivo præponitur, hanc legem quoque sequitur μήπω in ep. ad Hebr. cap. IX. comm. 8. Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδόν. *Hoc declarante Spiritu Sancto, nondum fuisse patefactam sacrarii viam.*

III. Et ut μὴ, ita et μήπω, jungi amat participio, non οὔπω. Plat. de Rep. lib. V. pag. 475. [T. VII. p. 56. ed. Bip.] Τὸν ἄρα περὶ τὰ μαθήματα δυσχεραίνοντα, ἄλλως τε καὶ νέον ὄντα, καὶ μήπω λόγον ἔχοντα, τί τε χρηστὸν καὶ μή, οὐ φήσομεν φιλομαθῆ οὐδὲ φιλόσοφον εἶναι. *Qui igitur disciplinæ obnititur, adolescentem præsertim, et nondum, quid utile sit, quidve minus, animo reputantem, non dicemus discendi cupidum, neque philosophum.* Sed et hæc reliqua, quæ de usu hujus particulæ fusius notari possunt, ex simplici μὴ in superioribus abunde innotescunt.

IV. Additur γε, ut fiat μήπωγε. Nec temere adjicitur γε, pro sua potestate restringens, remittensque majus, ut teneat et urgeat minus, ut, cum Socrates dicit apud Platonem in Phædro pag. 242. init. [T. X. p. 310. ed. Bip.] Καὶ ἐγὼ τὸν ποταμὸν τοῦτον διαβὰς ἀπέρχομαι, πρὶν ὑπὸ σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι. *Et ego, transmisso hoc flumine, discedo, priusquam majus quid mihi imponatur.* Ad quod respondet Phædrus: Μήπωγε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. *Nondum saltem, priusquam æstus præterierit.* Interpres simpliciter reddit, *Ne sane.*

V. Jungitur etiam particula τι, et μήπω τι invenitur apud Hom. Il. Δ. v. 234.

Ἀργεῖοι, μήπω τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς.

Nondum quicquam remittite de animorum strenuo impetu. q. d. *Quamvis Menelaus sit saucius, nondum tamen*, sive, *ne tamen adhuc quicquam remittite* etc. Ita usus χρονικὸς optime quadrat, et τι partem rei notans commode generandi casum acquirit.

VI. Denique μὴ πώποτε, quod fere redditur *nunquam*, plus significare autumo; est enim hoc μήποτε, et sic πω resideret otiosum. Ad verbum sonat, *adhuc nunquam*, sive *hactenus nondum*, et sic refertur ad tempus præteritum, de quo aliquid negatur. Utitur Cyrus apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 37. Ἀπάγου τὴν σήν· οὐδὲ γὰρ εἰλῆφθαι ἔγωγε αἰχμάλωτον ταύτην νομίζω, σοῦ γε μὴ πώποτε φυγόντος ἡμᾶς. *Abduc tuam: neque enim hanc captivam declaro, cum tu saltem*

Digitized by Google

hactenus nondum nos deserueris. Non dicit μήπετι, quod nimium est; nam suspicio erat gravissima, Tigranem deserturum fuisse Cyrum; non etiam dicit μόνον ὔπω, *tantum nondum*, ne videatur suspicionem suam prodere; medium ergo eligit, priori gravius quidem, sed mollius posteriori, μὴ πώποτε, *hactenus nondum*, i. e. Hactenus dicere possum, te nondum descivisse.

ΜΗ'ΠΩΣ.

I. Et hic brevis ero, quandoquidem in μὴ, dominante particula, omnia supra fusius explicata: tantummodo πως adjectum novam τῷ μὴ formam addit, et ut μήποτε futurum tempus indicabat, et μήπω præteritum, ita hic πως notat modum infinitum, qui vel cavendus est, vel de quo dubitatur, fereque adhibetur μήπως elliptice, dissimulato ἵνα, aliquando ὅρα, vel ὅρα ἵνα, δείδω, vel simili. Quod ad usum attinet, convenit imprimis caventibus. Sic ἵνα intelligitur apud Hom. Od. E. v. 147.

— Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν,
Μήπως τοι μετόπισθε κοτεσσάμενος χαλεπαίνῃ.

Jovis gravem reverere iram, ut ne aliquo modo postea tibi iratus succenseat.

II. At ὅρα intelligitur in ep. ad Rom. cap. XI. comm. 21. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων ὐκ ἐφείσατο, μήπως ὐδὲ σῦ φείσηται. *Si enim Deus non pepercit ramis naturalibus, vide, ne quomodo nec tibi parcat.*

III. Potest et vel verbum vel nomen, metum aut sollicitudinem denotans, intelligi, ut apud Plat. Apol. Socr. pag. 19. Καὶ ὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην, εἴ τις περὶ τῶν τοιύτων σοφός ἐστι, μήπως ἐγὼ Μελίτυ τοσαύτας δίκας φεύγοιμι. *Nec ideo hoc dico, quod talem artem despectui habeam, et si quis in talibus est versatus, veritus, ne quomodo ego a Melito tanto crimine possim accusari.* Videtur hic potior τῦ δείσας, quam τῦ ἵνα ellipsis.

IV. Ellipsin supplet Homerus Il. E. v. 298.

Αἰνείας δ' ἀπόρυσε σὺν ἀσπίδι δυρί τε μακρῷ,
Δείσας μήπως οἱ ἐρυσαίατο νεκρὸν Ἀχαιοί.

Æneas vero irruit cum scuto et hasta longa, veritus, ne quomodo sibi eriperent cadaver Achivi.

V. In sensu dubitativo adhibetur a Theognide v. 506.

— Ἀλλά γ' ἀναστὰς

Πειρήσω, μήπως καὶ πόδας οἶνος ἔχῃ.

Sed surgens experiar, si quomodo vinum etiam pedes habeat. Sic proxime accedit ad μήποτε στοχαστικὸν, quare et redditur, *num forte:* imo et Hesychius alterum per alterum explicat, μήπως, μήποτε.

VI. Dubium esse potest, utrum metuendi an dubitandi usus præstet, propter vicinitatem; nam omni metui inest dubitatio: ut in ep. pr. ad Thessal. cap. III. comm. 5. Ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων. Beza habet: *Veritus, ne quomodo tentasset.* Castellio: *Ne forte vos tentasset.* Cæterum observandum, construi hic cum indicativo, quia res intelligitur præterita. Interim, si non hic metuentis, aut dubitantis, est saltem explorantis.

MH'TI.

I. Ut μήποτε et μήπω excludunt tempus, μήπως modum, ita μήτι quodlibet infinitum. Et principio quidem μή τι discretæ sunt particulæ, neque aggregatæ, i. e. quarum posterior priorem non afficit, sed referenda est ad verbum sequens, quo pertineat. Sic apud Hom. ἀπαγορευτικῶς Il. E. v, 252.

Μή τι φόβονδ' ἀγόρευε.—

Ne dicas mihi quidquam, quo fugam suadeas. Sic ad nomen, quod additur, refertur apud Plat. in Gorg. pag. 487. Μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι; Plane ut Latini, *Num quid aliud dicis esse justum?* πευστικῶς. Similiter in Phædr. pag. 273. [T. X. p. 376. ed. Bip.] Μή τι ἄλλο λέγεις τὸ εἰκός;

II. At, quum nihil habet, quo referatur, aut unde dependeat, τὶ particulæ naturam induit, τῷ μὴ aggregatum, cui prohibendi interminatam addit potestatem, ut cum Jupiter Junoni dicit apud Hom. Il. A. v. 551.

Μήτι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο.—

Non simpliciter prohibet singula percunctari, sed aliquid, quicquid illud est, de singulis, i. e. nihil prorsus. Similiter apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 38. Μήτι σύ, ὦ Τιγράνη, ἔφη, ὅτι ἀποκτενεῖ με, χαλεπήνῃς τῷ πατρί. *Ne quid succenseas patri, o Tigrane, cum me interficiet.* Non simpliciter, *Ne succenseas*, ne otiosum sit τὸ τί.

III. In interrogationibus figuratis, quibus ea rogamus, quæ putamus negatum iri, τὶ additur, quod, si interrogatio ad negationem reducatur, omnem rei speciem excludit, et emphasin habet non mediocrem: ut cum servator humani generis rogat in Evang.

Digitized by Google

Matth. cap. VII. comm. 16. Μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν; ad verbum: *Numquid uvarum colligunt ex spinis?* i. e. *Prorsus nullas.* Sic Petrus in Act. Apost. cap. X. comm. 47. Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις; Redditur: *Num quis aquam prohibere potest?* Recte quidem, quantum Latina patiuntur: interim non exprimunt illud τὶ, quod minime est otiosum, sed habet, quod, si interrogatio reducitur ad negationem, neget, quidquam esse, quod afferri possit, cur aquam quis prohibeat. Sed ne id quidem sufficit, verum negat prorsus aquam posse prohiberi.

IV. Ast, ubi interrogatio figurata non est, habet τὸ τὶ indicium serio opinari incipientis, si bonum quid sequitur; sin contra, serio metuentis. Prioris exemplum est in Evang. Matth. cap. XII. comm. 23. ubi multitudo, videns miracula Christi, serio incipit opinari, illum esse filium Davidis, quare dubitabundi quasi rogant: Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ; Perit tamen hæc seria opinio, quando quid σαρκαστικῶς profertur, ut in Evang. Joann. cap. VIII. comm. 22. ubi Judæi, cum Christus dixerat, non posse eos se sequi, quo abiturus erat, dubitationem fingentes per irrisionem dicunt: Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. *Numnam se ipse occidet?*

V. Alterius exemplum est: quum Servator in novissima cœna dixerat, unum esse ex accumbentibus, qui se proditurus erat, attonitus quisque rogat: Μήτι ἐγώ εἰμι; Confer Evang. Matth. XXVI. 22. et 25. et Marc. XIV. 19.

VI. Est et ubi admirantis signum afferat, ut apud Aristoph. in Pace v. 325. ubi chorum tripudiantem præ gaudio increpat Trygæus, metuens, ne hoc motu et tumultu novum bellum excitet. Respondet chorus, præ gaudio, ipso se non movente, sponte saltare crura: — Ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς Οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὰ τὰ σκέλη χορεύετον. Tum Trygæus: Μήτι καὶ νυνί γ' ἔτι; — *Quid etiamnum?*

ΜΗ'ΤΟΙ.

I. Aut nunquam, aut certe raro invenitur μήτοι solitarium: sicubi tamen occurrit, constabit ex μὴ ἀπαγορευτικῷ, et τοὶ βεβαιωτικῷ, prohibitioni vim addente. Affert tamen Budæus Synesii verba in Comment. pag. 475. Σὺ δὲ μηδέποτε πλεύσειας· εἰ δέ ποτε δέοι, ἀλλὰ μήτοι φθίνοντός γε μηνός. Locum non inveni: verum, cum sequatur τὸ γε interjecto φθίνοντος, ad μήτοι referri potest, ut sit μήτοιγε: *Tu nunquam naviges: verum si necesse fuerit, at ne saltem sub finem mensis fiat navigatio.*

II. Sed, quanto minus μήτοι, tanto crebrius occurrit μήτοι γε, ubi μὴ fere prohibet, τοι asseverat, et γε limitat, ut apud Xenoph. Cyrop. II. 3, 24. ubi Cyrus suis, quandoquidem omnia duplicia fa-

Digitized by Google

ciebant, promittit duplex epulum. Ad quod præfectus cohortis: Μήτοι γε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, εἰ μὴ καὶ διπλᾶς τὰς γαστέρας ἡμῖν παρέξεις. *Ne vel non sane uno saltem die, nisi etiam duplices nobis ventres dederis.* i. e. Si vel maxime duplex præbebis epulum, ne præbeas saltem eodem die.

III. Interdum μήτοι et γε, interposita aliqua vocula, interrumpuntur: ut lib. III. Platonis de Rep. pag. 388. [T. VI. p. 265. ed. Bip.] Πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα (Ὁμήρου) ΜΗ'ΤΟΙ θεούς ΓΕ ποιεῖν ὀδυρομένους καὶ λέγοντας· Ὤμοι ἐγὼ δειλή· ὤμοι δυσαριστοτόκεια. εἰ δ' οὖν θεούς, ΜΗ'ΤΟΙ τόν ΓΕ μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι. Præmiserat: Ὁμήρου δεησόμεθα, μὴ ποιεῖν τὸν Ἀχιλλέα etc. *Rogabimus*, inquit, *Homerum, ne Achillem faciat lateri incumbentem etc.* Tum mox: *Sed multo magis precabimur, ne sane deos saltem inducat lamentantes, et dicentes: O me miseram! Hei mihi, quæ optimum virum infelici fato peperi! Quod si deos eum lamentantes inducere patimur, at sane ne maximum saltem deorum audeat tam inique imitari.*

IV. Invenitur et μήτοιγε δὴ, quo utuntur, cum vehementissime aliquid aversantur, quasi τοῦ τοι, quamvis per se βεβαιωτικοῦ, tamen quia τῷ μὴ annexum ἐγκλίνεται, potestas una cum tono deprimatur, atque ita ipsi aliquid derogatum videatur: quare ad duplicandam βεβαίωσιν subjungitur δή. Utitur Aristides pro Quatuorv. pag. 368. Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄλλον τινὰ ἠξίουν ἂν ταῦτα ὀνειδίζειν, ΜΗ'ΤΟΙΓΕ ΔΗ' Πλάτωνα. Hinc redditur, ut μήτοιγε δὴ, *multo minus, nedum. Ego vero*, inquit, *ne ab alio quidem hæc objicienda censeo, nedum a Platone.* i. e. *Profecto saltem non a Platone.* Sic apud Heliod. Æthiop. lib. VII. cap. 10. laudatur forma juvenis, cujus præstantia ne hominem quidem agrestem, et ab amore prorsus alienum, lateat, μήτοιγε δή σε καὶ τὴν σὴν πολυπειρίαν. *nedum te* vel *profecto non te saltem tuamque multiplicem experientiam.*

M H' N.

I. Particula μὴν in eo videtur differre a τοὶ, quod illud simpliciter affirmat partem, cui apponitur: a δὴ, quod in aliqua re, quæ ad summum incrementum pervenerit, confirmata quasi triumphat: a γε, quod urget sequentia, sed remittendo priora: at μὴν ita affirmat posteriora, ut e prioribus nihil remittat; qualem ipsius potestatem et usum fere observavi, si non constantem et perpetuum, nempe quo nova rei confirmatæ asseveratio accedit. Quicquid id est, primam ejus potestatem βεβαιωτικὴν securus statuo, quia hanc quoque exercet, quum adversativa dicitur. Hesychius quoque βεβαίωσιν agnoscit, quum καὶ μὴν explicat ὄντως δή. Significat igitur, *revera, profecto.* [G. *Gewiss, denn gewiss.*] Exercet hanc in illo Platonis lib. V. de Rep. pag. 465. [T. VII. p. 35. ed. Bip.] Πανταχῇ δὴ ἐκ τῶν νόμων εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἄξουσι. *Ubique*

Digitized by Google

jam ex legibus viri inter se pacem habebunt. Respondet alter: Πολλήν γε. *Et multam quidem.* Tum confirmando pergit: Τούτων μὴν ἐν ἑαυτοῖς μὴ στασιαζόντων, οὐδὲν δεινὸν, μήποτε ἡ ἄλλη πόλις πρὸς τούτους ἢ πρὸς ἀλλήλους διχοστατήσῃ. *Re vera, his inter se non dissidentibus, nullum periculum est, ne unquam alia urbs cum his, aut ipsa sibi dissideat.* Et lib. VI. pag. 485. [Bip. p. 72.] postquam docuerat, vere illum esse philosophum, qui totus sit in iis, quæ non corpus, sed animam juvant, subdit: Σώφρων μὴν ὅγε τοιοῦτος καὶ οὐδαμῇ φιλοχρήματος. *Ille vero prudens et minime avarus.*

II. Quod si præcedat negatio, ipsum negativo appositum, negationem confirmat, ut cum dixerat Orestes ap. Eurip. in Or.

Καὶ μὴν τόδ' ἔρξας, δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι.

At sane, si hoc fecero, bis mori non recuso. respondet Pylades v. 1117.

Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μήν.—

Sed neque ego sane. [G. *Ja und ich gewiss eben so wenig.*]

III. Potestas βεβαιωτικὴ crescit, quando res præsenti exemplo, atque ita ipsa per se, confirmatur: ut apud Homer. Il. Α. v. 302. ubi Achilles Agamemnoni iratus dicit, se propter virginem neque cum ipso, neque cum alio esse pugnaturum: sed neminem quoque fore tam audacem, qui ex iis, quæcunque alia possidebat, quicquid rapiat. Tum pergit:

Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε·
Αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

Q. d. *Quanquam quid opus est verbis? experire, si quid animi tibi inest, ut et hi cognoscant. Statim tibi niger cruor fluet per hastam.* Hic igitur ἄγε μὴν est *age vero.* [G. *nun dann.*

ΜΩ͂Ν *cum Adjectis.*

I. Particula μῶν interrogat concludendo et significat *num igitur, an ergo?* Ita interrogat μῶν simul et concludit per accommodationem apud Aristoph. in Equit. v. 184. Rogat Agoracritus, quomodo, cum fartor esset, posset fieri vir maximus? Respondet Demosthenes, ob id ipsum, quod malus erat, evasurum illum esse magnum. Tum alter indignum se putat, qui sit potens. Quare Demosthenes, quasi timens, ne quid boni in ipso esset, qui se indignum fortuna censeret, tandem concludendo rogat:

Μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν;

Digitized by Google

An ergo e bonis et probis? Quorum verborum hic sensus est: Ex tuo hoc responso posset quis concludere, bonum te esse, quem credidi malum: si prius verum est, non recte dixi, evasurum te virum maximum: quare dic tu bona fide: Bonusne es, an malus? Ita chorus apud eundem in Acharn. v. 328. ex comminatione Dicæopolis, qui dixerat, se trucidaturum Acharnensium amicos, concludit, ipsum in sua potestate aliquem, qui ad Acharnenses pertineret, habere, quod tamen interrogat:

—Ὑμῶν μῶν ἔχει τυ παιδίον
Τῶν παρόντων ἔνδον εἵρξας;

An igitur puerum alicujus ex vobis hic præsentibus intus habet conclusum? Et in Pace v. 157. ubi alter alteri pugno ictum ingerens ait:

— Οὑτοσὶ γὰρ κόνδυλος
Ὡς δριμύς.—

Hem! accipe pugnum, quam acrem! Ex pugni acritudine colligens alter admixtum esse allium ait:

— Οἴμοι μοι τάλας, ὦ δέσποτα,
Μῶν τῶν σκορόδων ἐνέβαλες εἰς τὸν κόνδυλον;

Heu me miserum! O here! An ergo allium indidisti pugno? Et mox v. 280. cum Bellum misisset Tumultum Lacedæmonem, pistillum ut inde apportaret, et reversus ille absque pistillo lamentaretur, timens domini minas: hinc colligit, ipsum non habere pistillum, quod tamen sic rogat:

Τί ἐστι; Μῶν ὐκ αὖ φέρεις;

Quid est? An igitur iterum non adfers? Denique v. 1042. Trygæus instat famulo, ut properet. Respondet ille:

Ἰδὺ πάρειμι. Μῶν ἐπισχεῖν σοι δοκῶ;

En adsum. An igitur strigare tibi videor? h. e. Ex eo, quod adsum, colligere licet, me non strigasse.

II. Nonnunquam conclusio ex sequentibus petenda est, quibus tunc additur γὰρ, de qua inversa concludendi ratione supra me satis dixisse memini. Exemplo esto illud Platonis in Phædon. pag. 84. [C. 35. ed. Fischer.] Τί; ἔφη. Ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λέγεσθαι; Πολλὰς γὰρ δὴ ἔτι ἔχει ὑποψίας καὶ ἀντιλαβάς. *Quid? inquit. Nonne igitur dictis aliquid deesse vobis videtur? Nam sane adhuc habent multas suspiciones et exceptiones.*

Digitized by Google

III. At si μῶν μὴ in oratione bimembri dicitur, sequente ἢ in altero membro, μῶν μὴ nihil aliud est ac *utrum.* v. c. Plat. de Rep. I. p. 351. [T. VI. p. 200. ed. Bip.] Ἐὰν δὲ ἐν ἑνὶ ἐγγίνηται ἀδικία, μῶν μὴ ἀπολεῖ τὴν αὐτῆς δύναμιν (non αὑτῆς), ἢ οὐδὲν ἧττον ἕξει; Μηδὲν ἧττον ἐχέτω, ἔφη. Viden' duplicem esse interrogationem, cujus pars posterior negationem habet admistam, prior nullam? Ex illis, qui respondet, posteriorem partem concedit. Quare neque mentem Platonis capit, neque intelligenter loquitur, qui vertit: *Nonne suam vim amittit, an vero nihil minus eam exercet?* Reddo igitur: *Quæro ergo, utrum injustitia, si uni adfuerit, vim suam amittat, an vero nihilominus retineat? Nihilominus, inquit, retineto.*

IV. Idem censendum de μῶν μήτι, quod itidem reddunt *nonne?* illa ejusdem proferentes ex lib. VI. de Rep. pag. 505. [T. VII. p. 113. ed. Bip.] Τί δέ; Οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ὁριζόμενοι, μῶν μήτι ἐλάττονος πλάνης ἔμπλεοι τῶν ἑτέρων; ἢ οὔ; ubi iterum interrogatio est bimembris, cujus non prior, sed posterior pars negationem habet admistam. *Quid? Qui igitur voluptatem definiunt esse bonum, rogo, utrum in minore versantur errore, quam alii? an vero non?*

V. Ast, ubi negationem postulat interrogatio, additur οὐ. Vide Aristoph. præter locum modo ex Pace v. 280. allatum, etiam alterum in Pluto v. 372. quem Devarius affert:

Μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας;

Num non furatus quidem es, sed rapuisti? Recte hoc redditur: *nonne?* Vid. Plat. Ep. III. pag. 316. Ἐν οἷς τί χρῆν ποιεῖν ἐμέ; Μῶν οὐχ, ὅπερ ἐποίουν; *In his quid me facere oportebat? Nonne, quod feci?*

NAI' ET NH'.

I. Particulæ Ναὶ prima ac perpetua potestas est βεβαιωτικὴ, non qualis est τοῦ δὴ, aut γὲ, aut τοὶ, aut μὴν, quorum diversas confirmandi potestates supra attigi in particula μήν; sed talis, quæ affirmando alterius aut dubitantis, aut rogantis, aut denique aliquid statuentis sententiam stabiliat, confirmetque. Et, cum duo sint stabiliendi modi, alter affirmando, quo alterius sententiæ assentimur, alter confirmando, quo vel ejusdem verba vel nostra firmamus; hinc duo præcipui particulæ usus sunt observandi; uterque, sed prior maxime, versatur circa responsiones. Atque ita unica vocula utuntur Græci, cum Latini fere interrogantis verba affirmative repetant. Sic Plato lib. V. de Rep. pag. 449. [T. VII. p. 3. ed. Bip.] Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναὶ, ἦδ' ὅς. *Recte, inquit ille.* Et in Phædr. pag. 266. [Bip. X. 363.] Ἢ γὰρ τὰ κομψὰ τῆς τέχνης; *Nam an hæc sunt artis ornamenta?* Respondet Phædrus Ναί. *Sunt hæc.*

Digitized by Google

II. Sed et rem negatam interrogative propositam ita τὸ ναὶ affirmat, quasi neget et ipsum, ut apud eundem lib. de Rep. II. pag. 381. [T. VI. p. 254. ed. Bip.] roganti: ψυχὴν, δ' αὐτὴν ἀνδρειοτάτην καὶ φρονιμωτάτην ἥκιστ' ἄν τι ἔξωθεν πάθος ταράξειέ τε καὶ ἀλλοιώσειε; *An ipsam autem animam fortissimam et prudentissimam nequaquam id, quod extrinsecus accidit, turbare aut immulare possit?* respondetur Ναί. *Sic est, ut dicis.* h. e. Nequaquam potest. Ubi ναὶ non negat, sed affirmat sententiam interrogantis, quam ex forma interrogationis satis liquet esse negativam. Citra interrogationem apud eundem in Lysid. pag. 215. 'Αδικοῦντας δὲ καὶ ἀδικουμένους ἀδύνατόν που φίλους εἶναι. *Qui injuriam inferunt et accipiunt, fieri, ni fallor, non potest, ut inter se sint amici.* Sequitur responsum, Ναί, affirmans illud ἀδύνατον, et sic negationem adjuvat: vel latet ellipsis, cujus supplementum sit: Ναὶ, τοῦτό γε καλῶς vel ἀληθὲς εἶπας. Ecce ellipsin suppletam in Platonis Euthyphrone pag. 9. [c. 9. ed. Fischer.] ubi dicenti Socrati: Οὐδεὶς οὔτε θεῶν, οὔτε ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν, ὡς οὐ τῷ γε ἀδικοῦντι δοτέον δίκην. *Nemo neque deorum, neque hominum dicere audet, injuste agentem non oportere dare pœnas.* respondet Euthyphro: Ναί, τοῦτο μὲν ἀληθὲς λέγεις. *Næ hoc quidem vere dicis.*

III. At, non præcedente interrogatione, assentiuntur τῷ ναὶ confirmando, idque vel aliena, vel nostra verba. Aliena, ut apud Æschin. advers. Ctesiph. pag. 281. 'Επειδὰν τοίνυν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς λέγωσιν, ὡς προσγέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ἐξεῖναι στεφανοῦν, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβάλλειν· ναί. *Cum igitur decipientes vos dixerint, adscriptum esse legibus, coronari licere, si populus sciverit; mementote illis respondere, Ita est.*

Sed plane est βεβαιωτικὸν, quando non aliena, sed nostra verba confirmamus. Atque hic propter emphasin τὸ ναὶ aliquando geminatur, ut apud Callim. Hymn. in Cerer. v. 64.

Ναί, ναί, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ᾧ ἔνι δαῖτας
Ποιήσεις· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι.

Sane, sane, strue domum, canis, canis, in qua epulas parabis: frequentes enim in posterum erunt tibi epulationes.

Utuntur et obtestantes, quo βεβαιωτικῶς indicent ardens desiderium rei petitæ. Sic Apostolus scribens Philemoni v. 20. Ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ. *Certe frater, hunc ego a te fructum consequar in Domino. Refocilla mea viscera in Domino.* Confirmantis simul et obtestantis notam habet in Apocalypsios fine: Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. Ναὶ ἔρχομαι ταχύ. 'Αμήν. Ναὶ ἔρχου, Κύριε 'Ιησοῦ. *Certe venio cito. Amen. Certe veni, Domine Iesu.*

IV. Apponitur etiam particula δὴ, ut fiat καὶ δὴ, quod assentientis est cum confirmatione. Explicat Hesychius ναὶ δὴ, ὄντως δή. Sed et hic sequitur particula ἀλλὰ, ut instituatur ἀνθυποφορὰ constans ex ναὶ assentiente, δὴ confirmante, et ἀλλὰ objiciente. Exemplum est apud Hom. Il. A. v. 286.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων·
ΝΑΙ` ΔΗ` ταῦτά γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες·
ἈΛΛ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων.

Nestor nempe festinans componere litem inter Agamemnonem et Achillem, salubre dederat consilium; hoc probat Agamemnon, non tantum assentiens per particulam ναὶ, sed et confirmans per particulam δὴ, ac simul novam format objectionem per particulam ἀλλά. *Ita profecto, si quid aliud, hoc certe recte dixisti, senex: sed hic vult supra omnes alios esse.* Sic Il. Ψ. v. 627.

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπας.

Tandem apponitur quoque βεβαιωτικὸν μὴν, et ναὶ μὴν plane ut ναὶ δὴ Hesychius explicat ὄντως δή. Utitur Oppian. Halieut. lib. III. v. 482.

V. Particula νὴ confirmat, affirmat, et annuit κατωμοτικῶς, utunturque vel quando quis propria verba confirmat cum aliqua κατωμοσία, ut cum Dicæopolis apud Aristoph. in Ach. v. 751. rogat, quid agant Megarenses? respondet Megarensis: Διαπεινᾶμες ἀεὶ ποττὸ πῦρ. *Esurimus semper ad ignem.* Tum alter:

Ἀλλ' ἡδύ τοι, νὴ τὸν Δί', ἢν αὐλὸς παρῇ.

At suave hoc est, per Jovem, si tibicen adsit. Similiter in jurejurando Atheniensium apud eundem in Pace v. 217.

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, νὴ Δί', οὐχὶ πιστέον.

Per Minervam, per Jovem, nulla fides est habenda.

VI. Vel utuntur, quando alienam opinionem probant κατωμοτικῶς, nempe cum alterius sententiam sua adjuvant, atque ita νὴ fit assentientis et adstipulantis, ut apud Plat. in Euthyphr. [cap. 4. ed. Fischer.] dicenti Socrati: Οὐ γὰρ οἶμαι γε τοῦ ἐπιτυχόντος εἶναι ὀρθῶς αὐτὸ πρᾶξαι, ἀλλὰ πόῤῥω που ἤδη σοφίας ἐλαύνοντος. *Non enim opinor vulgaris esse certe hominis hoc rite facere, sed ejus, qui multum jam in studio sapientiæ progressus sit.* respondet Euthyphron: Πόῤῥω μέντοι, νὴ Δία, ὦ Σώκρατες. *Multum profecto, ita me Jupiter amet, o Socrates.*

VII. Usus etiam frequens est in responsionibus affirmativis post interrogationes. Ita in tab. Cebetis, citante H. Stephano: Πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; Νὴ Δία, καὶ ὧδε. *An etiam huc ingrediuntur? Per Jovem, etiam huc.* Sic roganti Socrati apud Plat. in Phædr. pag. 263. [T. X. p. 357. ed. Bip.] Ἀλλ' εἰπὲ καὶ τόδε, εἰ ὡρισάμην ἔρωτα ἀρχόμενος τοῦ λόγου; *Sed et hoc dic, an definierim amorem in principio disputationis?* respondet Phædrus: Νὴ Δία, ἀμη-

Digitized by Google

χάνως γε ὡς σφόδρα. *Ita me amet Jupiter, quam egregie, ut nihil supra.*

VIII. Usum præstat in oratione, sicubi poscitur post interrogationem, quam ipse sibi fingit orator, tunc illud νὴ Δία, vel νὴ τοὺς θεοὺς aculei instar excitat auditores, quando sequitur aliquid, quod maxime animo velit inhærere. Exemplum illud esto Demosthenis Philipp. pag. 28. Τί σοὶ ταῦτα νῦν λέγω; καὶ καλεῖν φημι δεῖν τούτους; Ἐγώ, νὴ τοὺς θεούς, ἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι etc. *Quorsum hæc nunc dico? et citari hos volo? Ego, ita me dii ament, vobis libere vera dicam, et non celabo.*

IX. Videtur et ironice adhiberi in illo Demosthenis de Cherson. haud ita longe a principio: Πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι, νὴ Δία, ἕως ἂν ἀπέχηται τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Πειραιῶς ὁ Φίλιππος, οὔτ' ἀδικεῖ τὴν πόλιν, οὔτε ποιεῖ τὸν πόλεμον. *Nisi hoc dicunt, si Dîs placet, quamdiu abstineat ab Attica et Piræo Philippus, eum neque offendere urbem, neque bellum movere.*

X. Ἁπλῶς nimium docere mihi videtur Phrynichus, cum ait, Νὴ τὼ θεὼ mulierum esse juramentum, neque viros ita jurare, nisi mulieres imitari volunt. Non dubium est, quin τὼ θεὼ intelligat deas, non deos, sive, ut vult interpres, Cererem et Proserpinam: nam viros jurantes dixisse νὴ τὼ θεώ, intelligentes Castorem et Pollucem, liquet ex Aristophane in Pace v. 213. ubi ait Lacedæmonios jurare solitos: νὴ τὼ σιώ, ubi Scholiastes: Οὕτω τοὺς Διοσκούρους οἱ Λακεδαιμόνιοι σιοὺς ἔλεγον.

XI. Non jurisjurandi, sed obtestationis potius formam accipit, quando non Dei nomen, sed appellativum sequitur, ut in priori ad Corinth. ep. cap. XV. comm. 31. Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. *Quotidie morior, quod testor per meam de vobis gloriationem, quam habeo in Christo Iesu, Domino nostro.*

XII. Habet et usum præclarum ἐν ἐπιτροπαῖς, ubi sequens particula γε nova accessione adversarii argumentum juvat: ut in verbis Demosthenis, supra allatis, nempe ex orat. pro Cor. pag. 348. Ναί, φησιν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φεύγειν. *Ita est, inquit. Sed pulcrum interim illud Cephali nunquam fuisse reum.* Sequitur, νὴ Δί', εὔδαιμόν γε. quo non tantum concedit, pulcrum esse, sed et addit fortunatum esse. *Ita me Jupiter amet, et fortunatum quidem.*

XIII. At plenior est ἀνθυποφορά, quando ἀλλὰ sequitur, ut in allato Demosthenis loco, ubi post νὴ Δί', εὔδαιμόν γε, sic pergit: Ἀλλὰ τί μᾶλλον ὁ πολλάκις μὲν φυγών, μηδεπώποτε δὲ ἐξελεγχθεὶς ἀδικῶν, ἐν ἐγκλήματι γίγνοιτ' ἂν διὰ τοῦτο δικαίως; *Sed cur magis ille, qui cum sæpe sit reus actus, nunquam tamen injuriæ condemnatus, ob id ipsum jure criminandus sit?*

Digitized by Google

Neque sequens ἀλλὰ semper est ἀνθυποφορικὸν, cum et possit esse ἐλλειπτικὸν, suppresso in superioribus οὐ μόνον. Usi sunt, cum præmissis potiorem partem addebant. Sic apud Aristoph. in Vesp. v. 907. Labetem accusans ait: *Audistis, judices, quam dicam huic scripserim; nam plurimum caseum devoravit.* Respondet Philocleon: Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστιν. Quæ oratio ut sit plenior, ita suppleatur: Νὴ τὸν Δί', οὐ μόνον ἤκουσα, ἀλλὰ καὶ δῆλός ἐστι. *Per Jovem, non modo audivi: sed et manifesto apparet.*

XIV. Differunt Νὴ Δί' ἀλλὰ et Ἀλλὰ νὴ Δία, quod ἐν ταῖς προλήψεσιν hoc aptius est objectionibus formandis, sive ταῖς ὑποφοραῖς· illud ἀνθυποφοραῖς, sive respondendo ad objectiones. Demosthenis sunt, quæ affert Budæus pag. 473. ex orat. adv. Leptin. sub principium: Ἀλλὰ νὴ Δία, ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα. *At per Jovem, illud fortasse ad hæc dicet.*

ΝΥ', ΝΥ'Ν, ΝΥΝΙ', ΝΥ͂Ν.

I.

De Particulis ΝΥ' *et* ΝΥ͂Ν.

I. Particulæ νὺ primaria est potestas individuum temporis punctum notare, adeoque præsentissimum; nam cum præteritum ac futurum extensionem patiantur, hoc, dum loquimur, effugit ac præteriit.

II. Ex νὺ enclitico et poëtico, addito ν, quod Eustathius pag. 52. lin. 22. ἐφελκυστικὸν vocat, fit νυν, itidem encliticum ac fere poëticum. At extra poësin νῦν δίχρονον circumflectitur, pro quo Attici dicunt νυνί. Et, quia νὺν corripitur, νῦν autem producitur, hinc dubitat Eustathius, an νῦν sit adverbium temporis, et an non potius παραπληρωματικὸν ἐπίῤῥημα, pag. 1312. ad locum Hom. Il. Ψ. v. 485.

Δεῦρό νυν, ἢ τρίποδος περιδώμεθα, ἠὲ λέβητος.

Non dubito, quin temporis significationem ibidem servet, ut sit: *Age nunc deponamus vel tripodem vel lebetem.* In simillimo enim casu νῦν producit Aristoph. in Nub. v. 644.

ΣΩΚΡ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ 'νθρωπε. ΣΤΡ. Περίδου νῦν ἐμοί.

SOCR. Nihil dicis, mi homo. STR. Depone nunc mihi pignus. [Germ. *Nun so wette dann.*]

III. Νὺ igitur absolute pro præsenti tempore a poëtis adhiberi videtur. Ita Hom. Il. Η. v. 353. Antenorem inducit, ex præ-

Digitized by Google

senti rerum conditione argumentantem, dicentemque, nihil Trojanos profecturos, nisi Helenam reddant.

Δεῦτ' ἄγετ' (inquit) Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
Δώομεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν. Νῦν δ' ὅρκια πιστὰ
Ψευσάμενοι μαχόμεσθα, τῷ ὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν
Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

Agite, Argivam Helenam, et opes una cum ipsa reddamus Atridis abducendam. Nunc vero pactorum fidem fallentes pugnamus: quare nunc nihil agi arbitror, quando ista non faciemus. Nisi quis malit hic τὸ νὺ συμπερασματικῶς κεῖσθαι, ut de νῦν postea videbimus. Et sic τῷ ὔ νυ diceretur pro τοίνυν ὔ per tmesin: nam sane τοίνυν nihil aliud est quam compositum ex τοὶ, unde τῷ natum, et νυν enclitico. Atque ita τὸ νυ concludit et causam perorat. Huc referri quoque potest illud Α. v. 383.

Ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος· οἱ δέ νυ λαοὶ
Θνῆσκον ἐπασσύτεροι —

Veni autem adversus Argivos nocens telum: quare milites moriebantur frequentes.

IV. Particulam νῦν ut probem præsens tempus significare, nemo, opinor, postulabit, cum plena exemplis sint omnia. Sed videamus, an pereat notio temporis præsentis, quando cum præterito et futuro construitur. Diserte Eustathius dicit: ὅτι τὸ νῦν κατὰ τὺς παλαιὺς τὺς τρεῖς χρόνυς δηλοῖ, τὸν ἐνεστῶτα, τὸν παρῳχημένον καὶ τὸν μέλλοντα. vid. eum ad Hom. Il. Β. pag. 164. lin. 20. et ad Od. Σ. pag. 1840. init. Verum aliud est construi cum præterito et futuro, aliud significare præteritum et futurum. Contendo, τὸ νῦν præsentis, aut saltem exigui temporis notionem nunquam amittere prorsus, sive cum præterito, sive cum futuro constructum: neque enim unquam cum præterito ita construitur, ut indicetur tempus dudum elapsum; aut cum futuro, ut intelligatur tempus longius protractum; sed tantum non præsens, sive ita præteritum, ut vix elapsum sit, et ita futurum, ut jam jam adsit: atque ita pulcre servat τὸ νῦν, ut et de νυ modo dictum, primariam suam notionem temporis individui. Atque ita pro ἀρτίως poni, docent grammatici, *modo, paulo ante,* [Germ, *so eben.*] Ut apud Platonem Phædr, pag. 259. [T. X. p. 349. ed. Bip.] Οὐκῦν, ὅπερ νῦν πρὐθέμεθα, σκέψασθαι τὸν λόγον, ὅπη καλῶς ἔχει λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ ὅπη μὴ, σκεπτέον. *Quod igitur modo proponebamus disquirendum, qua ratione recte aliquis dicat et scribat, et qua non, videndum est.* Sic in Evang. Joann. cap. XI. comm. 8. Νῦν ἐζήτυν σὲ λιθάσαι οἱ Ἰυδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; *Modo studebant te lapidare Judæi, et rursus eo proficisceris?* Hic tempus quidem longiusculum intercesserat, sed id dissimulant discipuli κατὰ ταπείνωσιν loquentes, quasi paulo ante accidisset: atque ita vis præsentis non perit.

Digitized by Google

V. Cumque ita figurata loquuntur Græci, intelligimus κατὰ τὸ λεγόμενον præsens, κατὰ δὲ τὸ νοούμενον præteritum. Hæc loquendi vis perit, quando pro νῦν ponitur ἀρτίως. Itaque eatenus non dico pro ἀρτίως poni νῦν, a quo diserte distinguitur Aristoph. in Acharn. v. 337.

ΔΙ. Οὐδ' ἐμοῦ λέγοντος ἀρτίως ἠκούσατε.
ΧΟ. Ἀλλὰ νῦν λέγ', εἴ σοι δοκεῖ. —

DI. Neque, cum modo dicebam, audivistis. CHO. At nunc dic, si tibi videtur.

VI. Exemplum futuri habet Homerus Il. E, v. 279.

Ἦ μάλα σ' οὐ βέλος ὠκὺ δαμάσσατο πικρὸς ὀϊστὸς,
Νῦν αὖτ' ἐγχείῃ πειρήσομαι, αἴ κε τύχωμι.

Certe te non domuit telum, amara sagitta: at nunc experiar, num ferire possim lancea. Hic τὸ νῦν revera non notare futurum, quamvis cum futuro constructum, sed verius præsens, hinc liquet, quod simul hæc dicebat, et simul hastam vibrabat: sequitur enim:

Ἦ ῥα καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
Καὶ βάλε Τυδεΐδαο κατ' ἀσπίδα. —

Dixit, et vibrans conjecit longam hastam, feriebatque Tydidæ clypeum. Appositum futuro notat tam breve spatium, quod supersit, ut instar puncti videatur.

VII. Ad νυνὶ quod attinet, Atticum est, quod observat Eustathius tantum de præsenti dici; cum enim dixerat pag. 1840. Τὸ νῦν κατ' Ἡρακλείδην ἐνεστῶτί τε ἁρμόττεται, οἷον· Νῦν ἦλθεν ὁ ἀγών. καὶ παρῳχημένῳ, οἷον· Νῦν παρῆλθεν ὁ ἀγών. καὶ μέλλοντι, οἷον· Νῦν ἔσται ὁ ἀγών. Τὸ δὲ νυνὶ μόνου ἐνεστῶτος· τῶν Ἀττικῶν καὶ ταῦτα. dubium est, utrum hæc postrema ex sua, an ex Heraclidæ sententia doceat.

VIII. Eodem modo, quo ex particulæ δὴ primaria potestate temporis indicandi fluere usum παρακελευστικὸν supra h. v. dictum, particulæ quoque νῦν notio χρονικὴ acquirit etiam *usum adhortandi;* qui enim serio hortatur et alterum impellit, omnem excludi vult moram. Hinc convenit imperativis, ut apud Euripid. in Orest. v. 251.

Σὺ νῦν διάφερε τῶν κακῶν· —

Tu nunc dissimilis esto malis. Et Aristoph. in Vesp. v. 30.

Λέγε νῦν ἀνύσας τι τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος.

Digitized by Google

Dic nunc confestim a principio rei. Sic Ies. Sir. cap. L. comm. 22.

Sic νυν encliticum adhibet Euripid. in Or. v. 1101.

Πιθȣ̃ νυν· ἀνάμεινον δὲ φασγάνȣ τομάς.

Explicat Schol. Πείσθητι δή· καὶ τὴν σφαγὴν ἀναβαλȣ̃.

Nihil quoque frequentius est, quam subjungere νῦν imperativis ἄγε, ἴθι, φέρε, plane ut ἄγε δὴ, ἴθι δὴ, φέρε δή. Ἄγε νῦν habes apud Aristoph. in Vesp. v. 1255. Ἄγε νῦν, ἴωμεν, μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω. *Age nunc, eamus, nihil nos detineat.* Iterum in Pac. v. 851. Ἄγε νῦν, ἴωμεν.—Confer Epist. Jacobi cap. V. comm. 1.

Ἴθι νῦν invenies apud eundem in Pac. v. 669. Ἴθι νῦν, ἄκουσον, οἷα ἄρτι μ' ἤρετο. *Age nunc, audi, quid modo ex me quæreret.*

Φέρε νῦν est apud eund. in Vesp. v. 54. Φέρε νῦν, κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον. In quibus ἄγε νῦν etc. et ἄγε δὴ etc. usu sunt inter se simillima, potestate vix quoque differunt, nisi quod ἄγε δὴ actum vult maturari, ἄγε νῦν instat præsenti actui, quem etiam temporis punctum differri vetat. Utraque sunt παρακελευστικά.

IX. Cognata etiam sunt in interrogationibus, notantque et νῦν et δὴ animum cognoscendi cupidissimum, moræque impatientem: utque frequenter τί δή; cujus exempla supra dedi in ΔΗ, ita τί νῦν; cupide interrogat: ut apud Hom. Il. Α. v. 414. ubi Thetis Achilli;

Ὤμοι, τέκνον ἐμὸν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκȣ̃σα;

Eheu! mi fili, cur tandem educavi te, quem malo fato peperi?

X. Ita νῦν, sive apud poëtas νυ, et δὴ sunt vicina, ut etiam pro composito ἐπειδὴ adhibeant ἐπεί νυ. vid. Hom. Il. Α. v. 416.

Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων
Ἧσθαι, ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, ὅτι μάλα δήν.

Ubi τὸ νυ vel συμπερασματικῶς adhibetur, vel ponitur ad imitationem τȣ̃ δὴ βεβαιωτικȣ̃ in ἐπειδὴ, cujus potestatem et usum vide supra h. v. ne molesta repetitione fatigemur. Certe ἐπεί νύ τοι expl. Schol. ἐπειδή σοι. *Utinam,* inquit Thetis, *apud naves sedeas sine lacrymis, et sine noxa: nam profecto brevem tibi vitam fata dederunt.*

II.

De Particulis cum ΝΥ͂Ν *Conjunctis.*

I. Crebro particulæ νῦν et δὲ conjunguntur, ex quibus τὸ δὲ diversa, nonnunquam et adversa respicit, dum τȣ̃ νῦν temporis notio

Digitized by Google

aliquando servatur, aliquando obscuratur, et ita fit, ut totum hoc νῦν δὲ adhibeatur in adversationibus s. ἐναντιώμασι. Cum νῦν perspicue servat notionem temporis, refertur plerumque ad præteritum, cui τὸ δὲ opponit præsens, ut apud Eurip. in Orest. v. 1096.

Ὅς, πρὶν μὲν ὑμᾶς δυστυχεῖν, φίλος παρῆν,
Νῦν δ' οὐκέτ' εἰμὶ δυστυχοῦντί σοι φίλος;

Qui priusquam eratis infelices, vobis aderam amicus, ego idem tibi infelici non amplius sim amicus? ubi πρὶν μὲν et νῦν δὲ opponuntur, ut τότε μὲν et νῦν δὲ apud Apostolum Galat. cap. IV. comm. 9.

II. Sed necesse non est, ut semper præteritum respiciat, cum etiam ad futurum referri possit, cujus exemplum est apud Plat. in Euthyphr. pag. 6. [c. 7. ed. Fischer.] Ταῦτα μέν μοι εἰσαῦθις ἐπὶ σχολῆς διηγήσει· νυνὶ δὲ, ὅπερ ἄρτι σε ἠρόμην, πειρῶ σαφέστερον εἰπεῖν. *Hæc quidem alias, ubi otium erit, expones: at nunc, quod modo te rogabam, conare clarius dicere.*

III. Interdum diserta quidem temporis significatio abest, ob loquendi tamen formam præcedenti præterito respondet ἐναντιωματικῶς νῦν δέ. ut cum Achilles ait apud Hom. Il. A. v. 355.

Τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισεν.

Honorem mihi debuit tribuere Olympius Jupiter altitonans: nunc vero ne tantillum quidem me honoravit. ubi νῦν refertur ad præteritum ὄφελλεν.

IV. Sæpe ita temporis notio obscuratur, ut plane evanuisse videatur; si tamen attente inquirimus, licet præteritum præcedat nullum, non prorsus deletur omne temporis vestigium, ut apud Theogn. v. 739. Ne filii, inquit, qui, cum sint patre malo nati, justa tamen meditantur faciuntque, luant pœnam ob crimina parentium: tum pergit:

Ταῦτ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς φίλα· νῦν δ' ὁ μὲν ἔρδων
Ἐκφεύγει, τὸ κακὸν δ' ἄλλος ἔπειτα φέρει.

Utinam hæc sint diis beatis grata! nunc vero qui (scelus) *committit, pœnam effugit, quam alius postea luit.* Præteritum tempus hic latet in voto; nam ταῦτ' εἴη φίλα, perinde est ac si dixisset, ταῦτ' ὤφελεν εἶναι φίλα. *Deberent* vel *debuissent hæc placere diis: nunc vero* etc. Usus propter δὲ est ἐναντιωματικός.

V. Frequentissimus hic usus adversativus est, quando εἰ vel ἂν præcedit conditionale, ut apud Euripid. in Phœniss. v. 504.

Digitized by Google

Εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ, σοφόν θ' ἅμα,
Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις·
Νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς.

Si omnibus idem esset pulcrum et simul sapiens, non foret ambigua inter homines contentio: nunc vero nihil simile, nihil æquale mortalibus. ubi omittitur μὲν, ut sit εἰ μὲν, νῦν δὲ.

VI. Hæc ellipsis suppletur non raro. ut in Orest. v. 1134.

Εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν
Ξίφος μεθεῖμεν, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος·
Νῦν δ' ὑπὲρ ἁπάσης Ἑλλάδος δώσει δίκην.

Nam si mulierem honestiorem gladio confoderemus, ignominiosa foret cædes: at nunc universæ Græciæ dabit pœnas.

Non, opinor, observatione dignum, in hoc exemplo εἰ μὲν post se habere γὰρ, in aliis οὖν, quasi necessario his suffulciri debeat, cum εἰ μὲν sine γὰρ Thucydides dixerit lib. IV. cap. 126. Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον, ὑμᾶς τῷ τε μεμονῶσθαι, καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες, καὶ πολλοὶ, ἔκπληξιν ἔχειν, οὐκ ἂν ὁμοίως διδαχὴν ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐποιούμην· νῦν δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόλειψιν τῶν ἡμετέρων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, βραχεῖ, ὑπομνήματι καὶ παραινέσει τὰ μέγιστα πειράσομεν πείθειν. *Nisi suspicarer, vos esse perculsos, et quod derelicti estis, et quod barbari, iique magno numero instant, non similiter vos docerem et exhortarer: nunc vero, quod ad desertionem nostrorum, et hostium multitudinem attinet, brevi admonitione et exhortatione ea, quæ maxima sunt, persuadere conabor.* Adde epist. ad Hebr. cap. XI. comm. 16. Εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι· νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τοῦτ' ἔστιν ἐπουρανίου. *Si illius patriæ fuissent memores, ex qua exierant, revertendi ipsis occasio fuisset: nunc vero meliorem desiderant, hoc est, cœlestem.*

VII. Νῦν οὖν transitivam vim et sequente imperativo simul adhortativam habet, ut apud Plat. Euthyphr. p. 5. [c. 6. ed. Fischer.] Socrates ait: Νῦν οὖν, πρὸς Διὸς, λέγε μοι, ὃ νῦν σαφῶς εἰδέναι διϊσχυρίζου ποῖον δή τι τὸ εὐσεβὲς φὴς εἶναι καὶ τὸ ἀσεβές. *Nunc igitur, per Jovem, dic mihi, quod perspicue te scire modo asseverabas, quale tandem statuas pium esse et impium.* Hic observandum primo, transire a præmissis ad rem ipsam, propter quam totus erat institutus dialogus. Secundo, τὸ οὖν ex dictis Euthyphronis concludit, eum, si vera prædicet, de sancto optime disserere posse. Νῦν vero in utraque acceptione indicat omnia ad propositam dissertationem esse parata, nec ullam moræ causam subesse, quare simul transit, et, sequente imperativo, impellit ad dicendum.

VIII. Ast, ubi brevior est oratio, non tam vis transitiva quam impulsiva et conclusiva spectatur: ut quum Cyrus apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 4. brevi proposita quæstione, aliorum sententiam expe-

Digitized by Google

tit. Hic est finis, quare ita claudit orationem: Νῦν οὖν λεγέτω τις ἐνθάδε ἀναστὰς περὶ αὐτοῦ τούτου. *Nunc igitur surgat hic aliquis, et super hac re dicat.* ubi νῦν χρονικὸν ostendit orationem conclusioni maturam, et simul παρακελευστικὸν hortatur ad dicendum. q. d. Φέρε νῦν, λεγέτω τις.

IX. Similem habent usum particulæ καὶ νῦν apud Thucyd. lib. IV. cap. 63. init. ubi Hermocrates, allatis, quæ pacem et concordiam suadebant, argumentis, accedens ad id, quod imprimis spectabat, ita pergit: Καὶ νῦν——αὐτοὶ μάλιστα μὲν ἐς ἀΐδιον ξυμβῶμεν etc. *Et nunc ipsi quidem fœdus æternum ineamus.* Sed de his fusius actum est supra cap. XXIV. sect. 2. 7.

ΟἸ ET ΟἸ ΜΟΙ.

I. Dolentis adverbio οἴ utitur, cui quid gravius incommodat, constructo sæpe cum nominativo, ut οἴ ἐγὼ, apud Euripidem in Oreste v. 1018.

> Οἴ ἐγώ· πρὸ τύμβου γάρ σ' ὁρῶσ' ἀναστένω,
> Ἀδελφὲ, καὶ πάροιθε νερτέρων πυρᾶς.

Hei mihi! Ante bustum enim te videns gemo, frater, et ante rogum inferorum. Et v. 1347.

> Οἴ ἐγώ. Τίνας τούσδ' εἰσορῶ; —

Hei mihi! Quos hic video?

II. Rarius sequitur accusativus, cujus ex epigrammate exemplum affert H. Stephanus: Οἴ ἐμὲ δειλήν. *Hei miseræ mihi!*

III. Sed frequentissima cum dativo μοὶ constructio est, et in unam tanquam vocem coalescit, οἴμοι, non plane quidem compositam, sed potius ex duabus appositis constantem, quod liquet ex accentu, ut recte monet Devarius. Invenitur autem οἴμοι extra constructionem addita, tantum ut particula dolorem indicans, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 845.

> Οἴμοι, διατρίψεις, κἀπολεῖς τρίψημερῶν.

Hei mihi! obteres, et occides tempus terens. Verum induit tamen naturam compositi, quod ad usum attinet, quando construitur cum nominativo, ut apud Aristoph. Plut. v. 851.

> Οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος.

Hei mihi misero! quam misere perii! Et v. 881. Οἴμοι τάλας. *Heu misero mihi!*

Digitized by Google

IV. Quando genitivus sequitur, is dependet a dissimulata vocula ἕνεκα, ut apud eundem in Plut. v. 389. Οἴμοι τῶν κακῶν, i. e. ἕνεκα τῶν κακῶν. *Me miserum, propter mala!* et apud Lucian. in Piscat. Tom. I. pag. 573. et in Catapl. pag. 642. Οἴμοι τῶν κτημάτων. Οἴμοι τῶν ἀγρῶν. *Hei mihi divitias! Hei mihi agros!*

V. Pro οἴμοι invenitur et ὤμοι apud Eurip. in Phœniss. v. 1545. Ὤιμοι ἐμῶν παθέων. *Hei mihi calamitates!* Et Apollon. Rhod. lib. I. v. 290. Ὤιμοι ἐμῆς ἄτης. *O me miseram propter damna!*

VI. Geminatur et dativus μοι apud eundem ibid. v. 1465.

Ἁ δ' ἴαχεν, ἴαχεν, ὤμοι μοι.

Illa vero clamavit, clamavit, hei mihi! mihi!

In principio dixi, οἴ dolentis esse, id quod exempla allata satis confirmant: sed quod mireris, lætanti etiam convenire aiunt, allato Aristophanis loco in Nub. v. 771. ubi Strepsiades, invento, quomodo creditores scite eludat, qui modus etiam Socratis applausum merebatur, dicentis: Σοφῶς γε, νὴ τὰς Χάριτας. *Sapienter id quidem, ita me Gratiæ ament!* exsultat dicens:

— Οἴμ' ὡς ἥδομαι,
Ὅτι πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη,

O quam gestio, quod quinque talentorum dica mihi sit expuncta! Ut id, quod sentio, dicam, singularis hic Aristophanis locus non obstat, quominus dolentis esse adverbium quis contendat: videturque mihi illud οἴμοι genium sapere plane comicum, quem secutus Aristophanes, imitatus fuerit consuetudinem negligenter et prope incondite loquentium, quos impellit repentinum gaudium: quo sensu οἴμοι particula dolentibus familiaris hic καταχρηστικῶς ovanti tributa, nihil aliud quam immodicum notaret gaudium.

ὍΜΩΣ.

I. Cum ὅμως, ὁμῶ, ὁμῶς et ὁμοίως ejusdem sint originis, quarum communis notio est similitudinis, credibile est ὅμως natura sua vel *similiter* vel *simul* indicare. Illius notionis exemplum est apud Lucian. Dial. Menel. et Prot. ubi in principio Menelaus, non mirari se, dicit Proteo, ipsum in aquam et arborem mutari, pergitque: Καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. *Et cum converteris in leonem, similiter ne hoc quidem fidem excedit.* Item in priori ad Corinth. epist. cap. XIV. comm. 7. Νυνὶ δὲ, ἀδελφοὶ, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω; ὅμως τὰ ἄψυχα, φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον, ἢ τὸ κιθαριζόμενον; *Nunc, fratres, si venero vos compellans linguis peregrinis, quam vobis utilitatem afferam?*

Digitized by Google

nisi vobis loquar vel ex revelatione, vel cognitione, vel vaticinatione, vel doctrina. Similiter res inanimæ, vocem mittentes, sive tibia, sive cithara, nisi sonorum discrimina dederint, quomodo cognoscetur id, quod tibia vel cithara canitur?

II. Quo manifestius pateat τοῦ ὅμως et ὁμῶς sive ὁμοίως cognatio, ecce ὁμοίως plane pro ὅμως adhibitum in Tab. Ceb. pag. m. 220. Οὐδὲν γὰρ κωλύει, εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι. *Nihil enim impedit, quo minus quis sciat literas, et teneat disciplinas omnes, et tamen sit ebriosus et intemperans.*

III. His rite cognitis, nullius jam laboris est invenire, quo pacto ὅμως inter particulas adversativas recenseatur, siquidem præcedentia simul et sequentia cum aliqua similitudine vel comparatione affirmat, sive potius utriusque vel alterutrius propositi affirmationem aut negationem suo quasi calculo fulcit. [Germanice redditur *gleichwol.*] Quando itaque ὅμως tam præcedentia, quam sequentia æque esse vera asserit, et Latini in ejusmodi casu *tamen* utuntur, hinc fit, ut ipsa particula vel adversativam notionem assumat, vel saltem sexcenties *tamen* reddatur: id quod exemplis confirmare, utpote satis tritis, supersedeo. Ex comparativorum natura liquet, τὸ ὅμως requirere orationem bimembrem, ex protasi et apodosi constantem, serviente illi καίτοι, καίπερ, εἰ καὶ, ὡς aut simili; huic ὅμως· plenaque oratio est, v. c. εἰ καὶ οὐκ ἔχω φράσαι, ὅμως ἐρῶ σοι δι' αἰνιγμῶν. Et hic exempla ubivis obvia. Sed non solum καίτοι, aut aliud huic æquipollens, sæpe a priori membro abest, verum et non ineleganter in ipsa oratione μονοκώλῳ adhibetur ὅμως, cujus ut perspicua constet ratio, sententia in sua membra est dividenda. Sic lego apud Lucian. Tom. III. adv. Indoct. pag. 115. Εἰς τὰ μηδὲν σοι χρήσιμα, ὅμως ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀναλίσκεις. *In ea, quæ ad nullam partem tibi sunt utilia, ex affluentia tamen multa aliquid impendis.* Erit δίκωλος καὶ ἀνταποδοτικὸς ὁ λόγος, si ita explicatur: Εἰ καὶ ἔνια μηδὲν σοι χρήσιμά ἐστιν, ὅμως ἐκ πολλῆς περιουσίας εἰς αὐτὰ ἀναλίσκεις. Idem fit, cum antecedens verbum in participium mutatur, ut apud Thucyd. lib. VI. cap. 5. init. Λάμαχος μὲν ταῦτα εἰπὼν, ὅμως προσέθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ. Pro καίτοι ταῦτα εἶπεν, ὅμως etc. *Lamachus licet hæc dixisset, in sententiam tamen Alcibiadis ibat.*

IV. Etiam particulæ εἰ καὶ, καίτοι etc. una cum tota protasi repetenda intelligi ad orationis plenitudinem possunt, quum ἀλλὰ præfigitur, ut apud Plat. in Euthyphr. [c. 16. ed. Fischer.] Καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ, ὦ φίλε· ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ῥᾳδίως ἂν εἴποις, ὅτι νίκην ἐν τῷ πολέμῳ ἀπεργάζονται. Εὐ. Πῶς δ' οὔ; Σωκρ. Πολλά γε, οἶμαι, καὶ καλὰ καὶ οἱ γεωργοί· ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστι τῆς ἀπεργασίας ἡ ἐκ τῆς γῆς τροφή. *Etenim duces, o amice,* (nempe, *multa agunt et pulcra*)*: attamen id, quod summum est in iis, facile dixeris, quum ipsorum opera in bello victoria venit. Eu. Quidni? Socr. Multa quoque et præclara etiam agricolæ: attamen eorum operum summa*

Digitized by Google

est, ut e terra alimentum suggerant. Plena sit oratio: Ἀλλ', εἰ καὶ πολλὰ καὶ καλὰ οἱ στρατηγοὶ ἀπεργάζονται, ὅπως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν etc. Rursus: Ἀλλὰ κἂν πολλὰ καὶ καλὰ οἱ γεωργοὶ, ὅμως τὸ κεφάλαιον etc.

V. Vel pro ἀλλ' ὅμως dicitur ὅμως δὲ frequenter simili ellipsi. vid. Tab. Ceb. pag. 219. Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι· ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν. *Licet etiam sine his meliores evadere: non tamen inutilia et illa sunt.*

Adjicitur et particula ἂν, ut fiat ὅμως δ' ἂν. ubi particula ἂν collectivam vim non deponit, quæ ex adjecta propositione elicienda est. E. g. Plato ep. III. scribens Dionysio narrat, se in Siciliam invitatum non venisse, causam adjiciens, et alia, quæ suam profectionem adhuc dubiam reddiderunt: tum pergit: Ὅμως δ' ἂν πάντα χαίρειν ἐάσας ἦλθον. Sola transpositio, quæ hic admittenda est, rem dabit perspicuam, et clara erit sententia, si participium ἐάσας in verbum mutatur, repetita, ut supra monitum, vel extrinsecus advocata protasi; id quod novum habet Græcorum βραχυλογίας exemplum. Integra igitur esto oratio: Τούτων δὲ καίπερ οὕτως ἐχόντων, ὅμως ταῦτα χαίρειν εἴων· ἦλθον ἄν. Sic τὸ ἂν ex eo, quod hæc obstacula prætermittebat, colligit, eum venisse: quid enim, illis sublatis, restabat, quod impediret?

VI. Dicunt etiam ὅμως μέντοι, quæ duo si sint adversativa, ecce alterutrum plane superfluum, quod absit. Quid tum? Alterum inter duo, quæ adversa videntur, comparationem instituit, quam alterum confirmat vi βεβαιωτικῇ, quam ei assignavimus supra h. v. vid. Dem. adv. Nausimach. pag. 634. extr. Ἔστι μὲν οὐκ ἴσον, (πῶς γάρ;) πρὸς τοὺς πράξαντας διαλυσαμένους τῶν οὐκ εἰδότων κατηγορεῖν· ὅμως μέντοι, ὦ Ξενοπείθη καὶ Ναυσίμαχε, εἰ μεγάλα ὑμῖν καὶ θαυμαστὰ τὰ δίκαια εἶναι ταῦτα ὑπολαμβάνετε, ἀποδόντες τὰ τρία τάλαντα, περαίνετε. *Est quidem hoc non æquum, (quid enim?) eos, qui cum facti auctoribus controversiam transegerunt, accusare rei ignaros: attamen vero, o Xenopithe et Nausimache, si magna et admirabilia hæc jura vestra esse putatis, reddite tria talenta, et sic causam perorate.* Hic ὅμως comparat τὸ, οὐκ ἴσον τῶν οὐκ εἰδότων κατηγορεῖν, καὶ, τὸ ὑπολαμβάνειν ταῦτα δίκαια ἔχειν, quam collationem stabilit τὸ μέντοι. quæ tamen propter adversarii opinionem a conditione dependet.

VII. Additur et γε limitativum, fitque ὅμως μέντοι γε, in Tab. Ceb. pag. 219. Δι' ἑρμηνέως συμβάλλομεν τὰ λεγόμενά ποτε· ὅμως μέντοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν. ubi transpositio admitti potest, ut dicatur pro ὅμως μέντοι οὐκ ἄχρηστόν γε, elliptice pro εἰ μὴ ἁπλῶς ἀναγκαῖον· ἀλλά γε οὐκ ἄχρηστον.

VIII. Dicunt etiam ὅμως γε μέντοι, ut apud Aristoph. in Ran. v. 61. et in Vesp. v. 1335. quæ loca supra vide sis exposita in γε μέντοι cap. XIII. sect. 3. §. 1. et. 2.

IX. Si spectamus usum, pro ὅμως γε μέντοι dicitur etiam ὅμως γε

Digitized by Google

μήν. Sin ad justam judicii lancem rem revocamus, singulæ particulæ suo funguntur officio: nempe ὅμως duo vel diversa vel adversa confert, γε limitat, et μὴν serio affirmat. Exemplo esto illud Aristophanis in Nub. v. 631. ubi taxat Socrates Strepsiaden, quippe qui

— Σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέληνσται, πρὶν μαθεῖν· —

additque,

— Ὅμως γε μὴν
Αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.

Quanquam, inquit, *dum discit exiguas nonnullas nugatorias præceptiunculas, eas obliviscitur priusquam didicerit: tamen eum huc foras evocabo.* [G. *gleichwol aber will ich ihn denn doch herausrufen.*] Diversa duo sunt, ἐπιλέληνσται, πρὶν μαθεῖν, et, καλῶ θύραζε. Hæc duo confert τὸ ὅμως. q. d. Hæc æque vera sunt: *Obliviscitur, antequam didicerit*, et, *evocabo foras*. Τὸ γὲ limitat τὸ καλῶ, indicans, quamvis homini bardo opera frustra impendatur, saltem, quod in ipso erat, eum facturum, et foras hominem evocaturum; id quod τὸ μὴν confirmat.

ὍΠΗ, ὉΠΟ'ΤΕ, ὉΠΟ'ΤΑΝ, ὍΠΟΥ.

I. Cum ὅπη, ὁπότε, et ὅπου proprie adverbia, non conjunctiones sint, hic tantum eatenus ea persequemur, quatenus particularum naturam induunt. Ὅπη est *qua parte* vel *quâ*, ut ὅπη ἂν τύχωσι τῆς γῆς, *quacunque parte terræ occurrant*, apud Plat. in Phædone pag. 113. [c. 61. ed. Fischer.] Significat vero etiam *qua ratione, quatenus*, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 12. [c. 13. ed. Fischer.] ubi, allato poëtæ cujusdam dicto, ait: Ἐγὼ οὖν τούτῳ διαφέρομαι τῷ ποιητῇ· εἴπω σοι, ὅπη; *Ego igitur hac in re dissentio a poëta. Dicamne tibi, quatenus?* ubi, quamvis ὅπη non tam sit ἀναφορικὸν, quam oblique interroget, nihilominus spectatur usus metaphoricus, de quo hic agitur. Sic ibid. pag. 5. Εὕροιμ' ἄν, ὅπη σαθρός ἐστιν. *Qua parte, qua ratione putidus sit.* Hoc usu relata sunt ὅπη et ταύτῃ apud Plat. in Phædr. pag. 246. [T. X. p. 321. ed. Bip.] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ, ὅπη τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω. *Sed hæc quidem, quatenus Deo placitum, hactenus et habento et dicuntor.*

II. Est et ubi motus significatur, ut ibid. pag. 3. Τοῦτ' ἤδη, ὅπη ἀποβήσεται, ἄδηλον. *Hoc jam quorsum sit evasurum, incertum.*

III. Particula ἂν ἀοριστολογικῇ sequente, redditur *quacunque*, quo spectare potest, quod ex Platonis Phædone modo allatum est,

Digitized by Google

ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς, et quod Stephanus affert ex ejusdem lib. II. de Rep. Ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. *Quacunque via sermo nos tanquam spiritus ducit, hac eundem.* Nisi dicimus, ἂν potius referendum esse hic ad verbum φέρῃ, uti illic ad τὸ τύχωσι. Cæterum pro ὅπῃ ἂν poëticum ὅπῃ κεν est apud Hesychium.

IV. Additur et particula οὖν, ut fiat ὅπῃ οὖν, e. c. ap. Platonem in Theæt. pag. 187. [T. II. p. 146. ed. Bip.] Dubito, dicit Socrates, πότερον ἐάσομεν αὐτὸ, ἢ ἐπισκεψόμεθα ἄλλον τρόπον, ἢ ὀλίγον πρότερον. *Utrum hoc in medio relinquamus, an perpendamus alio modo, quam paulo ante.* Respondet Theætetus: Τί μὴν, ὦ Σώκρατες; εἴπερ γε καὶ ὁπηοῦν φαίνεται δεῖν. ubi, ne sua potestate omnino destitui cogatur τὸ οὖν, aliquid extrinsecus petendum est, atque integra hæc esto oratio: Εἴπερ γε, εἰ μὴ πάντη, ἀλλ' οὖν ὅπῃ φαίνεται δεῖν. sitque ordo: εἴπερ γε φαίνεται δεῖν, εἰ μὴ πάντη, ἀλλ' οὖν, ὅπῃ δεῖ. i. e. *Siquidem ita fieri oportet, si non ex omni, igitur qua ex parte oporteat.* Ita omnes aliæ partes excluduntur, ut una quæpiam teneatur. Neque quisquam hic excipiat, τὸ οὖν Atticum esse, et otiosam syllabæ productionem: nam, ut vel maxime concedamus, ὁπηοῦν ad dialectum Atticam pertinere, qualia sunt ὁπωοῦν, ὁστισοῦν, ὁπωσοῦν, ὁπωστιοῦν et similia; temere tamen ab Atticis fuisse adjectam, non ex origine significativa ortam, negari potest, et cur non debet?

V. Interjecto nomine τὶ fit ὁπητιοῦν, quod pro ὁπηοῦν accipi, docet Devarius, afferens locum Platonis in Apol. Socr. pag. 35. [c. 23. ed. Fischer.] Ταῦτα γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν, τοὺς δοκοῦντας καὶ ὉΠΗΤΙΟΥ͂Ν εἶναι, οὔτε, ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπειν. At sic perit particula τὶ, quæ tamen, vel ipso interprete, suam potestatem exercet: reddit enim: *Qui videmini et existimamini undiquaque* (malim *omni* vel *qualibet ratione) esse aliquid,* h. e. *alicujus auctoritatis vel ingenii et judicii.* Manifestius sese exserit, ubi in casu obliquo separatim invenitur, ut apud eundem in Soph. pag. 249. [T. II. p. 266. ed. Bip.] Πρός γε τοῦτον παντὶ λόγῳ μαχητέον, ὃς ἂν ἐπιστήμην ἢ φρόνησιν ἢ νοῦν ἀφανίζων, ἰσχυρίζηται περί τινος ὁπηοῦν. *Adversus hunc imprimis certandum est, qui scientiam, vel sapientiam, vel mentem tollendo, de qualibet alia re id quavis ratione affirmaverit.*

VI. Non minori jure ἀοριστολογίαν adfert particula περ, et ὅπηπερ notat *qualibet via, quavis ratione, quacunque parte,* respondens τῷ ταύτῃ. Ita apud Plat. epist. VII. pag. 339. Πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ Δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα, ὅπηπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. *Et primum quidem res Dionis hac ratione tibi constituentur, quacunque ipse volueris.*

VII. Particula ὁπότε construitur cum tribus modis, indicativo, optativo, et subjunctivo. Cum imperfecto indicativi apud Hom. Il. Α. v. 399. Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι. *Cum ipsum vincire cœlestes voluerunt alii.* Atque ita quidem tempus exactum certoque aliquid factum notat. At cum *imperfecto opta-*

Digitized by Google

tivi exactum quidem aliquid notat, sed non definito tempore: nec dubium, quin τὸ ἂν ἀοριστολογικὸν supprimatur, et sic pro ὁπόταν ponatur. Ut cum Xenophon ait Cyrop. II. 2. 1. Ἐπεμέλετο ὁ Κῦρος, ὁπότε συσκηνοῖεν, ὅπως εὐχαριστότατοί τε ἅμα λόγοι ἐμβληθήσονται, καὶ παρορμῶντες εἰς τἀγαθόν. *Id Cyrus agebat, quum eodem contubernio uterentur, ut sermones simul jucundissimi injicerentur, quique ad id, quod egregium est, excitarent.* Loquitur de re acta, adeoque certa, in optativo tamen, quia tempora non terminat: quare ὁπότε in talibus commode redditur, *quoties* vel *quotiescunque.* Hoc modo cum aoristo ά. optativi construit Lucianus in Lapith. Tom. III. pag. 432. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων, ὁπότε σκωφθεῖεν. *Atque alii quidem ridebant, quum* vel *quoties dicteriis petebantur.* Cum imperfecto vel aoristo optativi constructum, itidem pro ὁπόταν vel ὁπότε ἂν, notat tempus etiam non terminatum et mixtum, futurum quidem ratione temporis, quo quis loquitur; at præteritum ratione rei vel casus, qui ponitur. Latini utuntur tempore, quod Grammatici vocant futurum subjunctivi. Ita Plat. Apol. Socr. pag. 41. Ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδῃ καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν. *Mihi quidem et ipsi mirus et amabilis ibidem convictus esset, quum in Palamedem, et Ajacem, Telamonis filium, et si quis alius antiquorum judicio iniquo periit, incidero.* Simili sensu construitur cum aor. ά. subjunctivi apud Plat. in Tim. pag. 84. [T. IX. p. 417. ed. Bip.] Τὸ δὲ δὴ σάρκας ὀστοῖς συνδοῦν ὁπότε νοσήσῃ. *Jam vero id, quod ossibus carnes connectit, quum fuerit ægrum.* Et apud Hom. Il. Α. v. 163.

Οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

Non equidem tibi unquam æquale habebo præmium, quum Achivi expugnaverint Trojanorum urbem bene habitatam.

VIII. Mirum particulæ usum notat Eustathius ad Hom. pag. 710. monetque ὁπότε usurpari pro ποτὲ, additque id dici ἀσυνήθως, ideoque notandum. Revera ἀσυνήθως, et ob id ipsum vix credibile. Sed videamus ipsum locum, qui est Il. Θ. v. 230. Agamemnon Achivos increpans ita ait:

Πῆ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι,
Ἃς ὁπότ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράασθε;

Si ὁπότε pro ποτὲ poni dicamus, proclive erit reddere: *Quo abierunt illa gloriosa verba, quum dicebamus, nos esse optimos, quæ olim in Lemno vana jactantes loquebamini?* Mentem poëtæ satis exprimit hæc versio, sed particulæ vim facit, cui peregrinum plane atque alienum usum affingit. Sed supplendum est ἦτε post ὁπότε. Sic integra manet ἀνταπόδοσις, ordinatis hoc modo verbis: Ἃς τότε κενε-

Digitized by Google

αυχέες ἠγοράασθε, ὁπότε ἦτε ἐν Λήμνῳ. *Quæ tunc gloriose jactabatis, quum eratis Lemni.*

IX. Redditur etiam αἰτιολογικῶς propter cognationem, quæ est inter temporis et rationis consequentiam, ut apud Latinos *quando* pro *quoniam* positum: et tunc fere adjicitur particula γε, plane ut apud Latinos *quandoquidem.* Ita apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 7. Μέγας δὲ σύ γε, ὦ Φεραύλα, ὁπότε γε καὶ ἡμῖν τάξεις, ἃ ἂν δέοι ποιεῖν. *Magnus tu quidem, o Pheraula, quandoquidem etiam nobis præscribes, quæ facienda sunt.* Quæ, si ad temporis rationem reducere velis, ita sunt resolvenda: νῦν γε, ὁπότε. *Magnus es, nunc quidem, quum* etc.

X. Adscita particula ἂν, fit ὉΠΌΤΑΝ, quod nunquam cum indicativo construitur, nisi in futuro, cujus ratio mox constabit. Construitur, cum aoristo ά. optativi, nec tempus terminat, nisi dato casu, cui certum tempus non tribuitur; quare redditur vel conditionaliter *si quando*, vel ἀορίστως *quoties, quandocunque.* ut apud Plat. Symp. pag. 219. extr. [T. X. p. 266. ed. Bip.] Ὁπόταν γοῦν ἀναγκασθείημεν, ἀποληφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. *Ut, quotiescunque cogebamur, penuria laborantes, ut in castris fieri solet, carere cibo, alii nullo modo cum hoc in obdurando comparari possent.* Vel cum præsenti subjunctivi apud eundem in Sophista pag. 231. [T. II. p. 229. ed. Bip.] Οὐ γὰρ περὶ σμικρῶν ὅρων τὴν ἀμφισβήτησιν οἴομαι γενήσεσθαι τότε, ὁπόταν ἱκανῶς φυλάττωσιν. *Non enim de parvis terminis, opinor, controversiam futuram tunc, quandocunque satis sibi cavent.* Et Xenoph. Cyrop. III. 2. 7. Μισθοῦ στρατεύονται, ὁπόταν τις αὐτῶν δέηται. *Mercede conducti militant, quotiescunque eorum operam aliquis requirit.* Idem cum aoristo β'. subjunctivi apud Plat. in Phædr. [T. X. p. 328. ed. Bip.] Ὁπόταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν, ἐκπλήττονται. *Quoties earum rerum, quas illic viderunt, similitudinem vident, obstupescunt.* Cum futuro indicativi recte construitur, quoniam ex linguæ Græcæ genio ipsum futurum tantum tollit de actu verbi, quantum temporis interest inter præsens et casum futurum, qui ponitur. ut apud Hom. Il Φ. v. 341.

Μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος, ἀλλ' ὁπόταν δὴ
Φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἀκάματον πῦρ.

Neque prius compesce vim tuam, quam quum loquar ego vociferans: tunc cohibe indefessum ignem.

XI. ὍΠΟΥ locum designat, in quo fit actio: et relata inter se sunt ὅπου et ἐκεῖ, ut, ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Ubi est utilitas, ibi etiam pietas.* Sic apud Evang. Matth. cap. VI. comm. 21. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. *Ubi enim est thesaurus vester, illic etiam animus vester erit.*

Digitized by Google

XII. Neque sine relatione per se stare ὅπου potest; nam, ubi alterum relatorum deest, intelligitur, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 11. Οὐκ ἐθέλει μένειν, ὅπου ἂν ἱδρυσώμεθα αὐτό. *Non vult manere, quo loco statuerimus.* Cf. Matth. VI. 10.

XIII. Sed et motum ad locum notat in Evang. Joan. cap. VIII. comm. 21. Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. *Quo ego abeo, vos non potestis venire.* Et cap. XIV. 4. Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οἴδατε.

XIV. Neque est necesse, ut semper ei respondeat ἐκεῖ, nam et interrogationibus obliquis adhibetur, respondens τῷ ποῦ, ut apud Aristoph. in Nub. v. 214. laudante Stephano: Ἀλλ' ἡ Λακεδαίμων ποῦ 'στιν; respondetur itidem per interrogationem: Ὅπου 'στιν; ubi supprimitur ἐρωτᾷς; *an rogas, ubi sit?* quod additur a Xenoph. Cyrop. II. 4. 31. afferente eodem: Ἢν δ' ἐρωτᾷ, ὅπου εἰμὶ, λέγε τἀληθῆ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις.

XV. Hactenus de ὅπου, ut adverbio: sed particulæ verius vim et naturam accipit, quando ratiocinantis est, ut apud Latinos *ubi, cum, quandoquidem.* Ita Lucian. in Timon. pag. 103. non mirari se ait Salmonei tonitrua Jovis imitantis audaciam, ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις. *Cum tanquam vi mandragoræ correptus, obdormiscas.*

XVI. Imprimis hic usus frequens est, cum a majori ad minus argumentatur aliquis, aut contra. Ratio est, quod casus aut rei circumstantia similitudine loci exprimi solet. Ut Græci a loco, ita Latini a tempore similitudinem mutuantur: ubi enim illi dicunt ὅπου, hi habent *cum* vel *quando* pro *quandoquidem*, ut cum dicimus: *Non mirum est, invalidos hic succubuisse, ubi robustiores fuerunt impares.* Quod etiam sic effertur: *Non mirum, invalidos fuisse impares, cum robustiores succubuerint.* Exemplum habet Lucian. Tom. III. Adv. Indoct. pag. 116. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τοῦτο ἔπαθες ἀνάγωγος καὶ ἀπαίδευτος ἄνθρωπος, καὶ προήεις ἐξυπτιάζων καὶ μιμούμενος βάδισμα, καὶ σχῆμα, καὶ βλέμμα ἐκείνου, ᾧ σεαυτὸν εἰκάζων ἔχαιρες, ὅπου καὶ Πύῤῥον, φασὶ, τὸν Ἠπειρώτην, τὰ ἄλλα θαυμαστὸν ἄνδρα, οὕτως ὑπὸ κολάκων ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ ποτὲ διαφθαρῆναι, ὡς πιστεύειν, ὅτι ὅμοιος ἦν Ἀλεξάνδρῳ. *Et quid mirum, si hoc tibi accidit, homini insulso et indocto, et procedis supinus, et imitans gressum, et habitum, et intuitum illius, cui te assimilare gaudes, cum Pyrrhum narrent, Epirotam, admirabilem cæteroquin virum, ita ab adulatoribus similitudinis blandimento fuisse corruptum, ut Alexandro se similem esse putaret.*

XVII. Hoc sensu respondet ei ἦπου, *mirum ni.* ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 4, 31. Ἦπου αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δίδωσιν. *Mirum ni ipse quidem multa habet, cum saltem et cuique nostrum tot largitus sit.*

XVIII. Additur et οὖν, ut fiat ὁπουοῦν, quod quomodo sensum ἀο-

ριστολογικὸν inferat, paulo ante dictum in ὁπουοῦν. Omnia sunt gemina, quare hic repetere nihil attinet. Exemplum est apud Plat. in Soph. pag. 249. [T. II. p. 266. ed. Bip.] Τί δέ; ἄνευ τούτων νοῦν καθορᾷς ὄντα, ἢ γινόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν; *Quid? sine his mentem perspicis esse, aut futuram quocunque tandem loco?* Et in Cratyl. pag. 403. [Bip. III. p. 270.] Δεσμὸς ζώῳ ὁτῳοῦν, ὥστε μένειν ὁπουοῦν, πότερος ἰσχυρότερός ἐστιν, ἀνάγκη ἢ ἐπιθυμία; *Utrum vinculum firmius est ad cohibendum quodlibet animal quolibet loco, necessitas an cupiditas?* Cæterum dixere et ὅπου ἂν, ὅπου δὴ, ὅπου δήποτε, ὁπουπεροῦν, et similia, sed nullo peculiari sensu, nisi quem vel supra non semel explicui, et infra fortasse explicabo.

''Ο Π Ω Σ.

I. Primaria ''ΟΠΩΣ particulæ est potestas designandi modum, quo quid fiat, ἀναφορικῶς, sed id, ad quod refertur, nempe οὕτως, vel τρόπον, fere reticetur, ut apud Theogn. v. 1183.

Δημοφάγον δὲ τύραννον, ὅπως ἐθέλεις, κατακλῖναι.

Populivorum tyrannum dejice, quomodo volueris. Accusativus τρόπον ἐν τοῖς διαπορητικοῖς intelligitur apud Aristoph. in Pac. v. 615.

Οὐδ', ὅπως αὐτῇ προσήκοι Φειδίας, ἠκηκόειν.

Nec, quomodo ad eam pertineret Phidias, inaudiveram. Et Lucian. Tom. III. in. Lapith. pag. 434. ''Οπως ἔχω πρὸς δεῖπνα, ὁ παρεληλυθώς μου βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο. *De cœnis quomodo sim affectus, vita mea anteacta satis testimonii præbuerit.* Supplet ellipsin Plato, apud quem ἀνταποδοτικῶς respondet τῷ οὕτως. Locus est in Phædr. pag. 228. [T. X. p. 283. ed. Bip.] Νῦν ἤδη ποιεῖν ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν, οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν. *Nunc jam mihi revera multo præstantissimum est, sic, ut possum, dicere.* i. e. *eo modo, quo possum.* Et pag. 236. [Bip. X. 299.] Ῥητέον σοὶ παντὸς μᾶλλον οὕτως, ὅπως οἷός τε εἶ. *Dicendum tibi omnino est ita, ut potes.* i. e. *eo, quo potes, modo.*

II. Hæc potestas primaria non tollitur, quando sequens subjunctivus addit ei alteram, quæ est caussa finalis: et ita non differt ab ἵνα, non ἁπλῶς quidem, sed quatenus quidem ad finem propositum designatur; ut quum Latine dicas: *ut hoc modo.* ''Ινα οὕτως. quod scripserit fortasse Hesychius, apud quem lego: ''Οπως, ἵνα οὕτως. Construitur tunc cum *aor. ά. subjunctivi.* ut in Evang. Matth. cap. II. comm. 8. Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Non simpliciter hic finis indicatur, sed et medium additur, quare non simpliciter reddendum puto, *ut*, sed *ut sic*, vel *quomodo fiet, ut* etc. Sic comm. 23. Κατῴκησεν εἰς πόλιν, λεγομένην Ναζαρὲθ, ὅπως

πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν. *Ut hoc modo impleretur.* Plene: Καὶ οὕτως ἐγένετο ταῦτα, ὅπως etc. Et cap. XXII. comm. 15. Οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ. ubi ὅπως non tantum designat finem consilii Pharisæorum, sed et indicat, eos fuisse sollicitos de modo, quo Servatorem illaquearent. Vel construitur hoc modo cum *aor. β'. subjunctivi.* Sic Thucyd. lib. I. cap. 65. Ξυνεβούλευε, πλὴν πεντακοσίων, ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις ἐκπλεῦσαι, ὅπως ἐπὶ πλέον ὁ σῖτος ἀντίσχῃ. *Auctor erat, ut, exceptis quingentis, reliqui captato vento secundo navibus abirent, ut hoc modo diutius commeatus suppeteret.* Aoristo, inquam, secundo utuntur Græci, ubi primus non est in usu; et hoc liquet in his, ubi duo sunt verba, quorum alterum caret aoristo primo: ut apud Dem. Olynth. I. sub principium: Ἔστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα, ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε, καὶ μὴ πάθητε ταὐτὸν, ὅπερ καὶ πρότερον. *Hæc mea quidem est sententia, ut decernatis jam auxilia, eaque quamprimum comparetis, quo inde succurratis, nec vobis idem eveniat, quod prius.* Ubi cum optativo construitur, intelligitur ἂν fere δυνητικόν. Ita Hom. Il. Φ. v. 548.

— Πὰρ δ' οἱ αὐτὸς
Ἔστη, ὅπως θανάτοιο βαρείας χεῖρας ἀλάλκοι.

Et juxta ipsum stetit, quo posset mortis graves manus propulsarè. Sic Æschin. Socrat. dial. de Morte, initio: Ἔδοξεν οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπαντᾷν αὐτοῖς, ὅπως ῥᾷστα ὁμοῦ γενοίμεθα. *Visum igitur est mihi, relicta recta via, ipsis occurrere, ut facillime convenire possemus.* Neque amittit, quantumvis recte per *ut* redditur, modi designandi potestatem, quoties cum *futuro indicativi* construitur, potestque reddi vel *quomodo*, vel *ut hoc modo:* prius et genuinæ potestati magis congruum, a qua non abeundum, nisi aliqua necessitas jubet. Et primo quidem manifeste futuri ratio est, quando tota oratio tempus futurum spectat, ut apud Xenoph. Cyrop. II. 1. 15. Ὅπως μὲν ταῦτα ἕξετε, ἐμοὶ μελήσει. Reddi quidem potest: *Ut vos hæc habeatis, mihi curæ erit.* Convenientius tamen potestati genuinæ particulæ: *De modo, quo vos hæc habeatis, ego prospiciam.*

III. Proprie igitur et per se ὅπως causam finalem non significat, sed modum, quo quid fieri potest. Non multum tamen aberraveris, si interdum per *ut* finale reddideris. e. c. apud Plat. in Euthyphr. non longe a principio: Ὀρθῶς ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι. *Æquum est primam juvenum curam suscipere, quomodo erunt optimi.* i. e. *Et hoc modo evadent optimi.* Interim fertur Serrani versio, *ut quam optimi evadant.* Neque enim læditur sensus, dummodo ὅπως per se non dicatur ἀποτελεστικόν. Nec hinc longe abit illud Creontis apud Euripid. in Med. v. 322.

Digitized by Google

— Κἀκ ἔχεις τέχνην, ὅπως
Μενεῖς παρ' ἡμῖν. —

Idem est ac si dicat: Οὐκ ἔσθ' ὅπως μενεῖς. *Non est quomodo manebis apud nos.*

IV. Hic differunt a Latinis Græci, quoties res facta narratur, et præmisso præterito, apud illos sequitur imperfectum subjunctivi, apud hos futurum indicativi. Ratio est, quod Latini respiciunt tempus, quo res facta narratur; Græci, quo res facta accidit: id quod relativis apud Græcos peculiare est, ut patebit infra, ubi de ὅτι dicemus. Vid. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. Ἀεὶ ἐπεμέλετο ὁ Κῦρος, ὁπότε συσκηνοῖεν, ὅπως εὐχαριστότατοί τε ἅμα λόγοι ἐμβληθήσονται. *Id curabat Cyrus, quum eodem tabernaculo utebantur, ut* (vel magis proprie *quomodo;* nam modus non excluditur.) *sermones jucundissimi injicerentur.* Thucyd. lib. III. cap. 4. extremo: Ἔπρασσον, ὅπως τὶς βοήθεια ἥξει. *Id egerunt, ut aliquod auxilium veniret.*

V. Idem observandum, quando post verba timendi sequitur, non addita negatione. ut apud Aristoph. in Plut. ubi Plutus ait: *Unum hoc vereor.*

Ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν, ἣν ὑμεῖς φατὲ
Ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσομαι.

Ubi, utut commode redditur, *Vereor, ut unquam consequar,* potius tamen sollicitum ipsum τὸ ὅπως arguit de modo, quo consequatur: reddo igitur, *Vereor, quo modo consequar.*

VI. Sed particulæ ὅπως cum futuro indicativi secunda persona constructæ affingitur usus præceptivus, nempe quando sequitur secunda persona futuri; qui tamen usus non quærendus est in ὅπως, sed in verbis ὅρα, φρόντιζε, et similibus, quæ vel adduntur, vel negliguntur. Et additur quidem φρόντιζε apud Aristoph. Equit. v. 685.

Ἀλλ', ὅπως ἀγωνιεῖ, φρόντιζε τὰ 'πί-
λοιπ' ἄριστα. —

Sed, cogita, quomodo reliqua optime depugnes. Quis non videt, præceptivam vim inesse verbo φρόντιζε, non in τῷ ὅπως, quod vide, quam tenaciter servet primam suam notionem. Sed fere omittuntur ejusmodi verba hortativa. Sæpe autem præmittitur ἄγε. Sic idem ait in Nub. v. 489.

Ἄγε νῦν, ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν
Περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει.

Digitized by Google

Age nunc, attende, quomodo, si quid sapiens de rebus sublimibus proposuero, id celeriter arripias.

VII. Rarius hoc modo cum conjunctivo constructum invenio. Ita apud eundem in Nub. v. 1179.

Νῦν οὖν ὅπως σώσῃς μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας.

Nunc igitur serva me, quoniam perdidisti. Cujus rei fortasse hæc est ratio. Imperativo modo utimur dupliciter, vel præcipientes, vel precantes: præcipientium est futuro indicativi pro imperativo uti, quando pro imperio loquuntur; non item orantium. At pater hic filium orat, non jubet: alioquin convenientius dixisset ὅπως σώσεις με. Cæterum ne pereat omnino *modi* significatio, intelligo, patrem orare filium, ut circumspiciat, quomodo se servet nunc, quem ante perdiderat.

VIII. Ubi interrogative positum videtur ὅπως, interrogatio non particulæ inest, sed in tota propositione latet, vel omissum est ἐρωτᾷς. ut apud Aristoph. Nub. v. 677. Strepsiades rogat πῶς με χρὴ καλεῖν; respondet Socrates ὅπως; scil. ἐρωτᾷς; *quomodo, rogas?*

IX. Datur etiam huic particulæ usus ἐν ταῖς παραβολῶν ἀποδόσεσιν, ut sic ponatur pro οὕτως, præcedente ὡς vel simili: quod mihi, ut verum fatear, a genuina particulæ potestate alienum videtur. Novam hanc rationem ei tribuit Thomas Magister in h. v. afferens illud Euripidis in Hecub. v. 398.

Ὁποῖα κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.

Exponit scholiastes: Ὥσπερ ὁ κισσὸς ἔχεται τῆς δρυὸς, οὕτως ἕξομαι αὐτῆς. Et reddit interpres: *Ut hedera quercui, sic huic adhærebo.* Quis non assentietur? omnia clara. Est tamen, quod dubito. Non enim facile adduci possum, ut credam, ita degenerare particulam, ut neglecto prorsus suo officio, quod esse ἀναφορικὸν, ex superioribus constat, fieret ἀνταποδοτική. Quid ergo? Profitetur Hecuba, velle se una cum filia mori. Rogat Ulysses: Πῶς; Respondet illa: Ὁποῖα i. e. ὡς κισσὸς etc. Admissa propositione, credidero, particulam ὅπως servare posse suam potestatem, quæ non semel supra defensa est. Sic enim respondet, non τῷ ὡς, ἀνταποδοτικῶς, sed τῷ πῶς, ἀναφορικῶς, ita ut οὕτως intelligendum potius sit. Est itaque perinde ac si dicat: Ἐρωτᾷς, ὅπως; Ὅπως τῆσδ' ἕξομαι οὕτως, ὡς ὁ κισσὸς ἔχεται τῆς δρυός.

X. Manifestior usus est ἐν ταῖς τῶν παραβολῶν προτάσεσι, quando adhibetur pro ὡς, *sicut:* nam sic suam primitivam potestatem servare potest. Et sic fere postponitur, ut λέων ὅπως, pro ὡς λέων· κάπρος ὅπως. *Sicut leo, veluti aper.* Sic apud Eurip. in Phœniss. v. 1389.

Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν,
Ξυνῆψαν, ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας.

Et, ut apri acuentes sævas maxillas, ita manus conseruerunt, spuma madentibus barbis. Hic ὅπως suum sapit genium, si ita rem concipimus: *conseruerunt manus eodem modo, quo apri.*

XI. Ex hoc usu fluxit et alius χρονικὸς, quo tempus indicatur comparatum, h. e. post quod aliquid factum dicitur; plane ut apud Latinos particula similitudinis *ut* tempus notat: ut in Nasonis notissimo illo:

Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.

Ἐσμὲν ὅπως ἐν Πόντῳ, ἐπὶ τρὶς πήγνυθ' ὁ Ἴστρος.

Construitur tunc cum præterito indicativi, quum tempus indicatur terminatum. Ita Euripid. in Phœniss. v. 1155.

Ἠχῆς δ' ὅπως ἤκουσαν, ἀργὸς οὔτις ἦν.

At postquam vocem audiverunt, nemo ignavus erat. Et v. 1464.

Μήτηρ δ' ὅπως εἰσεῖδε τήνδε συμφορὰν,
Ὑπερπαθήσασ', ἥρπασ' ἐκ νεκρῶ ξίφος.

Mater vero postquam vidit hanc calamitatem, attonita rapiebat ex cadavere ensem. Sic ponitur pro ἐπεὶ vel ἐπειδή.

XII. At subjunctivus sequitur, quum tempus non terminatur, ut cum res non narratur facta certo tempore, sed ponitur facta quodam tempore, et tunc adhibetur pro ἐπὰν, vel ἐπειδάν. ut apud Herod. in Euterp. citante Devario: Ἐπὶ Μοίριος βασιλῆος, ὅκως ἔλθη ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκεν Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος. *Imperante Mœri, quum, postquam,* vel *quoties accrevisset fluvius ad octo, minimum, cubitos, irrigabat Ægyptum, quæ est infra Memphim.* Cæterum in aliis editionibus invenitur ἔλθοι, nescio an recte. Locus est cap. 13.

XIII. Ὅπως ἂν potentialiter usurpatur, et significat *quo tandem modo* [G. *wie etwa*], ut cum optandi modo constructum apud Dem. de fals. Leg. pag. 202. Εἰ πολὺν χρόνον ἐσκόπει Φιλοκράτης, ὅπως ἂν ἄριστα ἐναντιωθείη τῇ εἰρήνῃ, οὐκ ἂν αὐτὸν ἄμεινον εὑρεῖν οἶμαι, ἢ τοιαῦτα γράφοντα. *Si diu meditatus fuisset Philocrates, quo maxime modo se paci opponeret, non meliorem puto eum fuisse reperturum, quam talia decernendo.* Potest etiam ἂν δυνητικῶς explicari, etiamsi ὅπως tanquam dominante regimine subjunctivum postulat sensu τελικῷ, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 11. extr. [c. 13. ed. Fischer.]

Digitized by Google

Αὐτός σοι ξυμπροθυμήσομαι δεῖξαι, ὅπως ἄν με διδάξῃς περὶ τοῦ ὁσίου. *Ipse una tecum operam dabo, ut me possis docere, quid sit sanctum.* [Ita sane hic locus verti potest, omisso verbo δεῖξαι, quod abest a cod. Flor. Sed illo servato vertendum: *Ipse conabor tibi ostendere, quo pacto me possis docere.*] Sic de Pharisæis Servator Matth. VI. 5. Ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Sed et ἂν additur ἀοριστολογικὸν, usumque (non potestatem) præstat eundem, quem ὁπωσοῦν, ὅπως δὴ, ὅπως δήποτε, et similia ἀοριστολογικὰ, de quibus singulis disserere longum foret, nec postulat necessitas, quia harum particularum potestates et usus singuli suis locis explicantur. Ultimo tamen sectionis §pho hæc verbulo tangam. Exemplum τοῦ ὅπως ἂν est apud Plat. in Euthyd. p. 288. [T. III. p. 40. ed. Bip.] Ἑξῆς πειράσομαι διελθεῖν. *Deinceps conabor, quomodocunque potero, explicare.*

XIV. Indicat et ὅπως ἂν proportionem, quale Latinorum est *prout*, apud Eurip. in Med. v. 331. Dixerat Medea, amorem esse mortalibus magnum malum: cui respondens Creon limitat illud generale pronunciatum, et tanquam nimis ἁπλῶς prolatum corrigit, dicens:

Ὅπως ἂν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.

Prout, opinor, res ceciderit.

XV. In usu χρονικῷ occurrit cum subjunctivo, ubi tempus significatur certis terminis non limitatum, reddique potest per plusquamperfectum subjunctivi, in Act. Apost. cap. III. comm. 19. Μετανοήσατε οὖν, καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως. *Resipiscite igitur, et vos convertite, ut deleantur peccata vestra, dum venerint tempora refrigerationis.*

XVI. Quoties ὅπως adhibetur τελικῶς et ἀποτρεπτικῶς, ei additur particula μὴ cum subjunctivo, quia actus tollitur, quæ particula μὴ vis est, ut supra vidimus cap. XXVII. E. g. apud. Thucydidem lego lib. IV. cap. 66. Ξυνέβησαν πρῶτα μὲν τὰ μακρὰ τείχη ἑλεῖν Ἀθηναίους, ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν ἐκ Νισαίας οἱ Πελοποννήσιοι. *Principio inter eos convenit, ut Athenienses muros longos expugnarent, quo minus ex Nisæa opem ferrent Lacedæmonii.* Non simpliciter, *Ne ferrent opem*, sed modus indicatur, quo prohiberentur Lacedæmonii opem ferre. Et lib. IV. cap. 8. Ἐν νῷ εἶχον τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. *In animo habebant oras portus obstruere, quo minus Athenienses possent in eum impetum facere.*

XVII. Modi quoque significationem non amittit, quando adhibetur post verba timendi, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 4. extr. [c. 4. ed. Fischer.] Οὐ φοβῇ δικαζόμενος τῷ πατρὶ, ὅπως μὴ ἀνόσιον πρᾶγμα

Digitized by Google

τυγχάνῃς πράττων; *Nonne times, ne, patrem in jus vocans, impiam rem committas? Ne committas*, vel potius *quomodo non committas, sive ne hoc modo committas.*

XVIII. Et, ut ὅπως cum verbo παραγγελματικῷ, i. e. in adhortando, ita ὅπως μὴ in prohibendo cum futuro indicativi construitur apud Dem. Olynth. II. pag. 7. Σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν. *Hoc tamen providete, Athenienses, quomodo non verba tantum legati nostri proferant, sed etiam rem aliquam ostendere possint.*

XIX. Et ut illic, ita et hic verbum ὅρα aut simile subticetur. Sic apud Aristoph. in Pac. v. 307.

> Οὐ σιωπήσεσθ'; ὅπως μὴ περιχαρεῖς τῷ πράγματι
> Τὸν πόλεμον ἐκζωπυρήσετ' ἔνδοθεν κεκραγότες.

Non tacebitis? Videte, ne nimio ob hanc rem gaudio effusi, bellum intus accendatis clamitantes. Pro, ὁρᾶτε, ὅπως μή.

XX. Res paulum diversa est, quando sequitur prima persona futuri indicativi, non sine ellipsi, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 506. [T. VII. p. 115. ed. Bip.] Ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι. supple βλεπτέον, εὐλαβητέον, vel etiam σκοποῦμαι, εὐλαβοῦμαι. Rogatus erat, qui loquitur, ut quemadmodum de justitia et temperantia disseruerat, ita nunc de bono disserat. Consentit ille, sed addit: Ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι. Plenius: ἀλλὰ σκοποῦμαι, ὅπως μὴ etc. i. e. Considero, perpendo, et id serio ago, quam potissimum rationem ineam, ut ad hoc non sim inhabilis. Brevius: *id ago, quomodo non sim inhabilis.*

XXI. Sed ὅπως οὐ construitur cum præsenti indicativi apud Isocr. in Nicocl. post principium: Θαυμάζω δὲ τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων, ὅπως οὐ καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὴν ἀνδρείαν κακῶς λέγουσιν. *Miror autem, quomodo illi, qui ita sentiunt, etiam divitias, et robur, et fortitudinem non traducant.*

Cæterum adnectuntur particulæ, τῷ ὅπως infinitam significationem tribuentes, quales sunt δή, δήποτε, ἄν, τιοῦν, περ, quarum rationem non exponam, quia hoc abunde fit in singularum explicationibus. Ὅπως δὲ ἀοριστολογικῶς adhibetur ab Herodian. lib. IV. c. 6. Τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως πάσης ἁμάξαις ἐπιτεθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπίμπρατο, ἢ ὅπως δὴ ἐρρίπτετο. *Cadavera omni contumelia affecta, plaustris imposita, extra urbem exportata, acervatim comburebantur, vel quomodocunque abjiciebantur.* Ὁπωσδήποτε dixit Dem. Olynth. III. pag. 11. Τοῦτο πέπρακται νῦν ὁπωσδήποτε. *Hoc nunc transactum est quomodocunque.* Ὁπωσοῦν habet Plato in Theæt. pag. 188. [T. II. p. 148. ed. Bip.] Ὁ τὰ μὴ ὄντα περὶ ὁτουοῦν δοξάζων, οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ ψευδῆ δοξάσει, κἂν ὁπωσοῦν ἄλλως τὰ τῆς

διανοίας ἔχῃ. *Qui ea, quæ non sunt, de qualibet re opinatur, nulla ratione falsa opinari non potest, quamvis quocunque modo animum ad cogitandum appulerit.* Ὁπωστιοῦν, sed præcedente μηδὲ, habes apud eundem in principio Apol. Socr. Μηδ' ὁπωστιοῦν δεινὸς λέγειν. *Nullo prorsus modo ad dicendum aptus.*

Ὅπως πῃ pro ὥσπερ adhiberi, liquet ex libro incerti auctoris de Anima Mundi, qui pro ea dialecto Locrensium dicit ὅκως πῃ, pag. 101. Τὸ μὲν ὦν λευκὸν διακρίνει τὴν ὄψιν, τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει, ὅκως πῃ τὸ θερμὸν διαχεῖ τὰν ἀφὰν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνάγειν δύναται. *Album igitur dissipat visum, at nigrum colligit, plane eodem modo, ut calidum diffundit tactum, et frigidum contrahere potest.*

ὍΤΕ ET ὍΤΑΝ.

I. Particula ὍΤΕ notans tempus certo limite terminandum, respondet adverbio τότε. Estque hic terminus certus, quando res transacta indicatur; construitur tunc vel cum præterito perfecto indicativi, vel cum aoristo, præteriti tempôris notam habente, ut apud Athen. Deipnosoph. lib. XI. pag. 505. Εἰπόντος Πλάτωνος, ὅτε ἴδεν αὐτὸν, Ἥκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας, ἔφη ὁ Γοργίας· ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. *Dicenti Platoni, cum videbat illum: Venit nobis pulcer et aureus Gorgias; respondebat Gorgias: Profecto pulcrum quidem et adolescentem hunc tulerunt Archilochum Athenæ.* Matth. XXI. 34. Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ. *Quum vero tempus fructuum opportunum appropinquabat, misit servos suos.*

II. Quando vero cum optativo construitur, dissimulatur particula ἂν ἀοριστολογικὴ, ut cum Minerva dicit apud Hom. Il. Φ. v. 429.

> Τοιοῦτοι νῦν πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοὶ,
> Εἶεν, ὅτ' Ἀργείοισι μαχοίατο. —

Tales nunc omnes sint, quotquot Trojanis opem ferunt, si quando cum Argivis pugnant. ubi ὅτε pro ὅτε ἂν, unde ὅταν, i. e. *quandocunque, quoties.* Sic tempus propter ἂν certum non habet terminum. Redditur tunc commode *quoties*, vel *quotiescunque*. Vid. Xen. Cyrop. II. 1. 30. Ἐκάλει δὲ καὶ ἐτίμα, ὅτε τινὰς ἴδοι τοιοῦτό τι ποιήσαντας. ubi aoristus ποιήσαντας adjuvat τὴν τοῦ ἂν ἀοριστολογίαν. *Invitabat et honorabat eos, quoties videbat tale quid facientes.*

III. Subjunctivus modus sequitur apud Homerum Il. Φ. v. 323.

> — Οὐδέ τί μιν χρεὼ
> Ἔσται τυμβοχοῆς, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.

Hic *quandocunque* potius quadrat, quam *quoties*, quia unus actus

Digitized by Google

semel indicatur. Reddo igitur: *Neque ipsi opus erit busto, quandocunque* vel *si quando Achivi eum sepelire volent.*

IV. Ponitur et pro *quandoquidem*, quemadmodum et apud Latinos *quando* et *cum*. ut cum dicimus: *Quæ cum ita sint.* Ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει. Sic apud Platonem in Symp. pag. 206. [T. X. p. 236. ed. Bip.] Ὅτι δὴ τοῦτο ὁ ἔρως ἐστὶν ἀεί. *Quandoquidem jam hoc amor semper est.*

V. Alius est particulæ usus, quando repetita, sequentibus μὲν et δὲ, partitionibus inservit. Scribitur dupliciter, et παροξυτόνως, ὅτι μὲν, ὅτι δὲ, et ὀξυτόνως, ὀτὲ μὲν, ὀτὲ δέ. Utraque scribendi ratio sua auctoritate nititur. Malim ego ὀξύτονον ὀτὲ, tum propter cognatum ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, tum ad evitandam ambiguitatem, quæ imprudentem lectorem prima fronte facile offendat; tum ne ὅτι officii sui, quod est ἀναφορικὸν, plane sit immemor, nisi quis dicat ὅτι μὲν, ὅτι δὲ per metathesin et ἐλλειπτικῶς dici pro ἔστι μὲν ὅτε, ἔστι δὲ ὅτε. Exemplum habet Aristot. lib. II. Polit. cap. 5. Οὐ γὰρ ὀτὲ μὲν ἄλλοις, ὀτὲ δὲ ἄλλοις, μέμικται ταῖς ψυχαῖς ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ χρυσὸς, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. *Non enim nunc horum, nunc illorum animis mixtum est divinum illud aurum, sed semper eorundem.* Item Apollon. Rhod. lib. I. v. 1270.

> Ὣς ὅγε μαιμώων ὀτὲ μὲν θοὰ γούνατ' ἔπαλλεν
> Συννεχέως, ὀτὲ δ' αὖτε μεταλλήγων καμάτοιο,
> Τῆλε διαπρύσιον μεγάλῃ βοάασκεν ἀϋτῇ.

Ita ille insano amore furens, modo velocia genua agitabat indesinenter, modo iterum a labore cessans magno clamore, qui per remotissima penetrabat, vociferabatur. Liquet ergo, ὀτὲ μὲν, ὀτὲ δὲ poni pro ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, vel ἄλλοτε μὲν, ἄλλοτε δέ.

VI. Liquet idem secundo, quod post ὀτὲ μὲν sequitur etiam ἄλλοτε δὲ apud Hom. Il. Λ. v. 64.

> Ὣς Ἕκτωρ ὀτὲ μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν,
> Ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι,

Sic Hector modo inter primos apparebat, modo inter postremos.

VII. Tertio liquet, quum ὀτὲ μὲν, ὀτὲ δὲ, et ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, inter se per orationis partes disponuntur permutata, ut apud Procl. in Platonis Theolog. lib. I. cap. 4. Φαίνεται γὰρ (ὁ Πλάτων) οὐ τὸν αὐτὸν πανταχοῦ τρόπον μετιὼν τὴν περὶ τῶν θείων διδασκαλίαν· ἀλλ' ὉΤῈ ΜῈΝ ἐνθαστικῶς, ὉΤῈ ΔῈ διαλεκτικῶς ἀνελίττων τὴν περὶ αὐτὴν ἀλήθειαν· καὶ ΠΟΤῈ ΜῈΝ συμβολικῶς ἐξαγγέλλων τὰς ἀῤῥήτους αὐτῶν ἰδιότητας· ΠΟΤῈ ΔῈ ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτὰς ἀνατρέχων. *Videtur enim non eodem ubique modo doctrinam de rebus divinis persecutus esse: sed modo divino numine afflatus, modo dialectice earum veritatem expo-*

Digitized by Google

suisse: nunc obscure enunciavisse ineffabiles ipsarum proprietates: nunc ab imaginibus ad ipsas recurrisse.

VIII. Est et ubi ὁτὲ δὲ respondet τῷ ὁτὲ μὲν, non præmisso, sed dissimulato, quam ellipsin habet Hom. Il. P. v. 178.

> "Οςτε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην
> 'Ρηϊδίως, 'ΟΤΕ' Δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Qui et forti viro metum injicit, ei victoriam eripit, nonnunquam ipse illum ad pugnandum incitat.

IX. "Οτε μὴ pro εἰ μὴ positum ἀρχαϊκὸν esse, auctor est Eustath. ad Hom. pag. 984. lin. 29. nempe ad vers. 319. N. Il. ubi Idomeneus de Hectore:

> Αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
> Νῆας ἐνιπρῆσαι, "ΟΤΕ ΜΗ' αὐτός γε Κρονίων
> 'Εμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν.

Arduum ipsi erit, quantumlibet pugnandi cupidissimo, naves incendere, nisi ipse saltem Saturnius ardentem titionem injiciat navibus velocibus. Quod si conceditur, ita tamen accipiendum puto, ut genuina temporis notio non plane e conspectu amittatur, si non dominetur: nam cur reddere non liceat? *Hectori arduum hoc erit, nempe tunc, quum ipse Jupiter non injiciat titionem.*

X. Conflari ὅταν ex ὅτε et ἂν, hinc constat, quod poëtæ, ut κε vel κεν dicunt pro ἂν, ita ὅτε κεν pro ὅταν ponunt, unde Hesychius ὅτε κέν σε explicat ὅτε ἄν σε. Exemplum habet Homerus Il. I. v. 498.

> —"Οτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Deinde quod non distincte tantum, sed et disjunctim invenitur ὅτε ἂν pro ὅταν, ut apud eundem Il. Φ. v. 347.

> 'Ως δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
> Αἶψ' ἂν ξηράνῃ. —

Ut quum autumnalis boreas recenter irrigatum viridarium cito exsiccaverit.

XI. Quemadmodum ὅτε certis, ita ὅταν propter τὸ ἂν incertis terminis limitatum tempus indicat, seu mavis tempus nondum exactum; quare convenit ei modus subjunctivus, præsertim in aoristo. Itaque τῷ ὅτε potestas est statuere temporis terminum, quem τὸ ἂν reddit incertum. E. g. in parabola apud Matth. cap. XXI. comm. 40. postquam agricolæ missos servos, alium post alium, male mul-

Digitized by Google

taverant, denique ipsum Domini sui filium interemerant, addit Servator: Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; statuens tempus supplicii, quod tamen non terminat, sed terminavisset, si sumtum de iis supplicium esse narrasset, dixissetque ὅτι ἂν ἦλθεν ὁ κύριος, κακοὺς κακῶς ἀπώλεσεν. Est ubi reddi potest *si quando*, ut apud Hom. Il. Α. v. 567.

Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ
Ἆσσον ἰόνθ', ὅτι κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.

Ne tibi non opitulentur, quotquot dii sunt in cœlo, cito advolantes, si quando tibi invictas manus injecero.

XII. Cum præsenti subjunctivi construit Plat. Apol. Socr. pag. 28. [c. 16. ed. Fischer.] Σκοπεῖν, ὅταν πράττῃ, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττει. *Spectare, quum quid faciat, utrum justum an injustum faciat.* [ubi tamen Forsterus ὅ τι ἂν corrigendum censuit; Fischerus ὅ, τ' ἂν recepit.]

XIII. Invenio tamen indicativo junctum in tabula Cebet. p. m. 229. Οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. *Sic neque expedit nonnullis esse divitibus, quum nesciunt divitiis uti.* Num indicativo novo exemplo utitur, quia hoc verbum in subjunctivo minus est usitatum? Certe hoc rarissimum est.

XIV. Affertur et ὅταν pro ἕως vel ἕως ἂν ex Evang. Joann. cap. IX. comm. 5. Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. *Donec in mundo sum, lux sum mundi.* Videturque tunc poni pro εἰς ὅτι ἄν, pro quo Homerus dicit εἰσόκε. Vid. Il. Β. v. 332.

Ἀλλ' ἄγε, μίμνετε πάντες ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
Αὐτοῦ, εἰσόκεν ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἕλωμεν.

Verum agite, manete hic omnes bene ocreati Achivi, donec magnam Priami urbem capiamus.

Rarius ὅταν quam ὅτι assumit usum αἰτιολογικὸν, qui ipsi derogari nequit, cum ex Aristotele de Mundo clarum afferat locum Henr. Stephanus in Ind. Inquirit philosophus in causam, cur fulminum splendor tonitruum fragorem antecedat cap. 4. Ἐπεὶ τὸ ἀκουστὸν ὑπὸ τοῦ ὁρατοῦ πέφυκε φθάνεσθαι, τοῦ μὲν καὶ πόῤῥωθεν ὁρωμένου, τοῦ δὲ, ἐπειδὰν ἐμπελάσῃ τῇ ἀκοῇ· καὶ μάλιστα, ὅταν τὸ μὲν τάχιστον ᾖ τῶν ὄντων, λέγω δὲ τὸ πυρῶδες· τὸ δὲ ἧττον ταχύ. *Quandoquidem id, quod oculis conspicitur, ducente natura, antevertit id, quod auribus percipitur, quippe illud e longinquo videtur, hoc, cum ad auditum accesserit: præsertim cum alterum omnium rerum celerrimum sit, ignita inquam natura, alterum minus celere.* Ubi de tempore nihil servat ὅταν præter ejus similitudinem, quæ est consequentia. Cæterum

Digitized by Google

ubi temporis ratio servari potest, ad ratiocinationis usum non confugiendum est, præsertim quando ὅταν et τότε sunt relata, ut apud Plat. in Soph. pag: 240. Ὅταν περὶ τὸ φάντασμα αὐτὸν ἀπατᾷν φῶμεν, καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, τότε πότερον ψευδῆ δοξάζειν τὴν ψυχὴν ἡμῶν φήσομεν ὑπὸ τῆς ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐροῦμεν; ubi interpres habet: *Quandoquidem dicimus Sophistam in falsis imaginibus ludere et homines decipere, ejusque adeo artem decipulam vocamus, utrumne tunc statuemus, animum nostrum ab illius arte deceptum falsa opinari, aut quid dicemus?* Melius mea sententia respondent: *Quum dicimus, tunc statuemus.*

"OTI.

I.

De Particulæ "OTI *Etymo, et prima potestate.*

I. Vocem esse compositam ὅτι ex relativo, sive articulo neutrius generis ὃ, et infinito τὶ, argumento sit, quod Homerus, neglecto τὶ, ὃ utitur pro composito ὅτι, Il. Α. 120.

Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.

Hoc enim omnes videtis, quod mihi præmium abit alio. i. e. *abire.* Neu quis putet, subesse hic μετάθεσιν, et verba sic posse ordinari: Λεύσσετε τόγε γέρας, ὃ ἔρχεται ἄλλῃ, adducam ex eodem Homero aliud, nempe ex Il. Ε. v. 433.

Γιγνώσκων, ὅ οἱ αὐτὸς ὑπείρεχε χεῖρας Ἀπόλλων.

Comperiens, Apollinem contegere ipsum manibus. ubi Eustathius pag. 569. Ὃ οἱ αὐτὸς ὑπείρεχε χεῖρας Ἀπόλλων· τουτέστιν, ὅτι ὑπερεῖχεν. Et pag. 1057. lin. 18. ad hæc Homeri verba: Οὔτε τῳ σπένδεσκε θεῶν, ὅτε μὴ Διῒ πατρί ita ait: Ἐν τῷ ὅτε μὴ Διῒ πατρὶ τὸ μὲν τὲ παραπληρωματικῶς παρέλκει· τὸ δὲ ὃ ἀντὶ τοῦ ὅτι νοεῖται.

II. Hinc liquet ipsius genuina potestas, quæ est enunciationem inchoare, orationemque finitam vi ἀναφορικῇ ex præcedenti verbo suspendere, ita ut ὅτι, sequente oratione finita, idem præstet, quod oratio infinita, præcedente τό. ut cum dicimus; Ἤκουσα ὅτι τοῦτ' ἀληθές ἐστι, vel, ἤκουσα τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι, h. e. ἤκουσα τὸ ἀληθὲς εἶναι τοῦτο. Sic τὸ ἀληθὲς εἶναι ponitur loco accusativi ejus rei, quæ narratur.

III. In structuræ ratione respondet τῷ τοῦτο, quod nonnunquam præcedit, nonnunquam sequitur. Præcedit in Epist. Jud. comm.

Digitized by Google

5. Εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν. *Scientes vos hoc, Dominum, cum populum semel ex Ægypto liberaverat, eos rursus, qui non credebant perdidisse.* Et epist. 1 Joann. cap. IV. comm. 10. Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. *In hoc est charitas, non quod nos dileximus Deum, sed quod ipse dilexit nos.* Huc refer illud Homeri, modo allatum: Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες etc. ubi τόγε pro τοῦτο. item illud τοῦτ' ἴσθ' ὅτι apud Aristoph. in Avib. v. 1408.

> Ἀλλ' οὖν ἔγωγ' οὐ παύσομαι, τοῦτ' ἴσθ' ὅτι.

Sed ego non cessabo, hoc scias. Sequitur τοῦτο apud eundem ibid. v. 1176.

> — Οὐκ ἴσμεν· ὅτι δ' εἶχε πτερὰ,
> Τοῦτ' ἴσμεν. —

Nescimus: quod autem haberet alas, hoc scimus.

V. Usus particulæ præcipue est triplex, διηγηματικὸς, αἰτιολογικὸς, ὑπερθετικὸς, quibus possit et addi χρονικός. In his primum meretur locum usus διηγηματικὸς, i. e. *narrativus*, eo quod ipsa rei natura docet, prius a nobis cognosci, quid sit, aut quid factum sit, quam cur, aut quantum, aut quando factum sit: deinde quia ex hac tanquam genuina potestate, ac fonte communi, reliquæ sive potestates, sive usus promanant, ut in sequentibus patebit.

II.

De Particula "ΟΤΙ *Narrativa.*

I. Usus narrativus est duplex: vel enim rem narramus ex nostra, vel aliena persona, utentes illic obliqua, hic recta oratione. Obliqua per accusativum et infinitivum resolvi potest: ut, cum dicimus: Λέγω ὅτι Σωκράτης ἐστὶ σοφός. et Λέγω Σωκράτην εἶναι σοφόν. At non item hoc fit in oratione recta. Τοῦ ὅτι narrationi in oratione obliqua constructi exempla, quorum infinitus numerus est, proferre supervacaneum sit: tantum non prætereundum, quod observat Devarius, apud optimos auctores tunc fere optandi modum sequi, ubi narratio est rei præteritæ, ut exemplo Æschinis probat, cujus simillimum est illud Xenophonteum Cyrop. II. 4. 7. Οἱ δ' Ἰνδοὶ εἰσελθόντες ἔλεξαν, ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ κελεύσειεν ἐρωτᾷν etc. *Indi ingressi dixerunt, ab Indorum rege se missos esse, et rogare jussos.* Et paulo post: Εἰπεῖν, ὅτι ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς, τὸ δίκαιον σκεψάμενος, φαίη μετὰ τοῦ ἠδικημένου ἔσεσθαι. *Indorum regem, habita justitiæ ratione, dixisse, se ei, qui injuriam passus esset, opem latu-*

Digitized by Google

rum. Ad hæc respondens Cyaxares, de re præsenti loquens, adhibet indicativum: Ἐμοῦ τοίνυν, inquit, ἀκούετε, ὅτι οὐκ ἀδικοῦμεν τὸν Ἀσσύριον οὐδέν. *Me igitur audite, nos nulla in re in Assyrium esse injurios.* Et mox Cyrus: Ἀπαγγείλατε τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ τάδε, ὅτι φαμὲν ἡμεῖς etc. *Nunciate hæc Indorum regi, nos dicere* etc. Adde Dion. lib. XXXVII. pag. 56. C.

II. In eo Græci discrepant a Latinis, ut hi præterito tempore utantur, illi præsenti, quoties narrant aliquid factum, nempe quempiam vel dixisse, vel monuisse, vel interrogavisse quippiam. Ratio est, quod varia respiciuntur tempora: Latini respiciunt tempus, quo ipsi rem narrant, quod itaque præteriit: Græci illud spectant, quo res narrata accidit, sive quo quis dicitur aliquid aut dixisse, aut monuisse, aut interrogavisse: respectu ergo temporis, quo res facta est, indicatur præsens, quod sequuntur Græci: rursus respectu temporis, quo res narratur, indicatur præteritum, quod sequuntur Latini. Sic ait Phil. Jud. Legat. ad Cai. pag. 770. Διαγγελείσης οὖν, ὅτι νοσεῖ, φήμης. *Nunciata igitur de ipsius morbo fama.* sive *cum nunciaretur, quod laboraret morbo.* Si hic dixisset, ὅτι νοσήσειεν, intelligeremus non illud tempus, quo fama vulgabatur, sed nunciari, illum antea morbo fuisse oppressum. Dictio hæc sacris etiam scriptoribus frequens est. Vid. Evang. Matth. cap. XVI. comm. 21. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολλὰ παθεῖν. Non ὅτι ἔδει. *Oportere se,* i. e. *quod oporteret.*

III. Ast, ubi illud respicitur tempus, quod dictum, monitum, interrogationemve præcesserit, tunc utuntur Græci *præterito* post ὅτι. Indubitatum afferamus exemplum ex Act. Apost. cap. IV. comm. 13. Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν, καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι, ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι, καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς, ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν. *Conspecta vero Petri et Joannis libertate in dicendo, cognitoque, homines esse illiteratos et idiotas, admirabantur, et agnoscebant, eos fuisse cum Iesu.* Hic distincta εἰσὶν et ἦσαν distincta notant tempora; nempe erant homines illiterati, cum libere eos loquentes conspiciebant: sed iidem jam antea cum Iesu fuerant, cum seniores et scribæ ipsos agnoscebant. Cf. et Evang. Jo. IV. 1.

IV. Rarissime post ὅτι sequitur oratio infinita. Exemplum ex Thucyd. et Xenoph. affert H. Steph. in Append. ad al. Script. de dial. Att. pag. 77. Legimus et in Act. Apost. cap. XXVII. comm. 10. Θεωρῶ, ὅτι μεθ' ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. *Video futuram nobis navigationem.* Pro ὅτι μέλλει.

V. Quum narratio instituitur ex persona ipsa narrantis, potest resolvi per accusativum et infinitivum: ut, cum dicitur, ἀκούσας ὅτι Κύριός ἐστι, resolvitur ita: ἀκούσας, τὸν Κύριον εἶναι. At non item

Digitized by Google

hoc fit, ubi utimur oratione recta, sive cum loquimur ex persona aliena, quam dicentem inducimus. Ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 26. Τὸν δ' ἀποκρίνασθαι (λέγεται), ὅτι, βασιλείαν μὲν οὐκ ἂν δεξαίμην. *Illum autem respondisse ferunt: Regnum non optarem.* Et cum b. Jacobus ait in sua epist. cap. I. comm. 13. Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι, Ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι. *Nemo, dum tentatur, dicat: A Deo tentor.* Quæ verba non possunt ad orationem infinitam reduci, *dicat, me tentari a Deo:* sic enim ipse apostolus diceretur tentari; nisi mutetur persona, ut cum reddit Castellio: *Nemo, dum tentatur, dicat, a Deo tentari se.* Hic usus particulæ ὅτι scriptoribus sacris imprimis est familiaris. Adi sis Evang. Matthæi cap. IX. 13. cap. XXVII. 43. Act. Apost. V. 23 et 25. Rom. IX. 17. Evang. Marc. I. 15. XIV. 26 et 58. 1 Joan. IV. 20.

VI. Oratio tamen potest esse recta, licet is, qui loquitur, alienam personam non inducat loquentem, sed suam ipsius orationem recitet, ut de se loquitur Christus apud Matth. cap. VII. comm. 23. Τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι. Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. *Tunc profitebor iis: Nunquam vos novi.* Orationem esse rectam, neque debere reddi: *Me nunquam vos novisse*, præter illud *vos* pro *illos*, evincit oratio sequens, quæ tota recta est: Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

VII. Nonnunquam ambiguum est, utrum recta sit, an obliqua oratio, idque fit, quoties dictum neque ad personam narrantem, neque ad eum, ad quem vel de quo narrat, sed ad tertium aliquem vel aliquid respicit, ut in Evang. Matth. cap. XXVIII. comm. 13. Εἴπατε, ὅτι Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτὸν, ἡμῶν κοιμωμένων. Reddimus recta oratione: *Dicite ita: Discipuli ejus nocte venientes, furati sunt ipsum, nobis dormientibus.* At obliqua: *Dicite, discipulos ejus venisse.* Sic Marc. VI. 15. et Joann. IV. 10.

VIII. Nec tantum præfigitur ὅτι verbis alterius personæ, verum etiam toti orationi, quanta quanta est, ut cum Socrates apud Platonem in Phædro pag. 244. [T. X. p. 315. ed. Bip.] puerum alloquens, ait: Ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν λόγος Φαίδρου, τοῦ Πυθοκλέους, Μυῤῥινουσίου, ὃν δὲ μέλλω λέγειν, Στησιχόρου, τοῦ Εὐφήμου, Ἱμεραίου· λεκτέος δὲ ὧδε· ὅτι, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος, ὃς ἂν παρόντος ἐραστοῦ τῷ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον φῇ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ, et quæ sequuntur totam orationem comprehendentia. *Reputa, priorem orationem esse Phædri, filii Pythoclis, Myrrhinusii; at, quam nunc recitaturus sum, est Stesichori, filii Euphemi, Himeræi, cujus hoc est argumentum: Non vera est illa oratio, quæ, præsente amatore, ostendit, non amanti magis gratificandum, quandoquidem insanit alter, alter sapit.* etc. Similiter lib. V. de Rep. pag. 452. [T. VII. p. 10. ed. Bip.] Λέγωμεν δὴ ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι, Ὦ Σώκρατές τε καὶ Γλαύκων etc. *Dicamus ita: O Socrates et Glauco* etc.

Adsignat Devarius particulæ usum ἐπεξηγητικὸν, docens eam va-

lere idem quod τὸ articulum, cui equidem nescio an assentiri ausim. Ad partes vocat locum Isocratis in Panegyrico: Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. Locus invenitur p. m. 161. Quam locutionem dicit sic converti posse: Τὸ δὲ τὰ χείριστα τυγχάνειν διαφυλάττοντες ἐν ταῖς ὁμολογίαις, ἐστὶ καταγελαστότατον. Διαφυλάττοντας, opinor, dicere voluit: sed fingamus, ὅτι τυγχάνομεν διαφυλάττοντες poni pro τὸ τυγχάνειν διαφυλάττοντας· sic plane otiosus foret articulus ὃ, qui in principio invenitur. Verum ipse tanquam ambigens, diversam ab hac suppeditat expositionem, confugiens ad τὸ ὅτι causale, ita ut verba in hunc sensum distribuantur: Τοῦτ' ἔστι καταγελαστότατον, id est, ἡμεῖς ἐσμεν μάλιστα καταγέλαστοι, ὅτι pro διότι τυγχάνομεν διαφυλάττοντες τὰ χείριστα τῶν ἐν ταῖς ὁμολογίαις. At usus αἰτιολογικὸς hic non facile potest admitti, quia non reddit causam, quare res sit ridicula, sed exponit ἐξηγητικῶς, quid sit ridiculum. Quod si ridiculum quid præcederet, posset τὸ, Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, quasi ἐπιλογικῶς adjici, cujus ἐπιλόγου redderet tunc rationem ὅτι. At nunc præcedit: Ὁ μὲν βάρβαρος κήδεται τῆς Ἑλλάδος, καὶ φύλαξ τῆς εἰρήνης ἐστίν· ἡμῶν δέ τινές εἰσιν οἱ λυμαινόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες αὐτήν. i. e. *Barbarus curam gerit Græciæ, et custos est pacis: nostrum vero nonnulli eam sugillant et vexant.* Nihil hic ridiculi, cui quadret illud, *quod vero omnium maxime est ridiculum.* Sed ridiculum est, quod sequitur; nempe ὅτι τῶν γεγραμμένων etc. ne dicam particulam δὲ sic etiam fore otiosam. Quid ergo? Ellipsin hic latere, autumo. Si enim post καταγελαστότατον intelligitur, τοῦτ' ἔστι, res erit planissima, et ὅτι poterit esse ἐξηγητικόν. Reddo itaque: *Quod vero omnium maxime est ridiculum, hoc est: nempe, nos ex iis, quæ in conditionibus scripta sunt* (pacis intelligit conditiones, quarum sequester erat rex Persarum) *ea, quæ pessima sunt, religiose servare.*

III.

De Particulæ ὍΤΙ *usu* ἐλλειπτικῷ.

I. Præter ellipsin, in fine præcedentis §phi notatam, inquirendum hic veniat, ecquid ante ὅτι nonnunquam desideretur; deinde, an post ὅτι aliquid intelligendum relinquatur: denique an ipsum ὅτι deficiat. Triplex est igitur ellipseos ratio. Primo in colloquiis ante ὅτι ex præcedentibus aliquid repetendum, ut cum quis rogat, quid aliquis dixerit, τί λέγει; et respondetur, ὅτι Σωκράτης γέγονε τῶν ἀνθρώπων σοφώτατος· ubi repetendum verbum λέγει. Res clara non indiget exempli.

II. Insignior est ellipsis ante ὅτι, quæ non ex præmissis, sed extrinsecus supplenda est: hæc usui est in citandis testimoniis, decretis, et legibus, apud oratores, quibus dicta probant. Vid. Æschin. de Fals. Leg. pag. 249. Καί, ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, λάβε μοι

Digitized by Google

τὰ ψηφίσματα, καὶ τὴν ἐκμαρτυρίαν ἀνάγνωθι τὴν Ἀριστοδήμου, καὶ κάλει, πρὸς οὓς ἐξεμαρτύρησεν, ἵν' εἰδῶσιν οἱ δικασταὶ, τίς ἦν Φιλοκράτους ἑταῖρος. ubi ὅτι non habet, ad quod referatur, nisi extrinsecus intelligatur, ἵνα δῆλον ᾖ, vel huic simile; ut plena sit oratio: Ἵνα δῆλον ᾖ, ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ ἐστιν. *Utque constet, quæ dixi, esse vera, sume mihi populi scita, et recita testimonium Aristodemi, et voca eos, coram quibus testimonium ille dedit, ut sciant judices, quis fuerit Philocratis sodalis.* Et pag. 253. "Ὅτι δ' οὐδὲν ψεῦδος εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, λαβέτω μοι τὸ ψήφισμα ὁ γραμματεὺς, καὶ τὰς τῶν συμπρέσβεων μαρτυρίας ἀναγνώτω. *Et ut constet, me nihil falsi apud vos dixisse, capito scriba populi scitum, et reliquorum legatorum testimonia recitato.*

III. Adhæc grammatici et enarratores sæpe, cum novam observationem inchoant, τὸ ὅτι præfigunt, et intelligunt ἐστέον vel σημείωσαι, id quod sexcenties addit Eustathius in comment. ad Homerum.

IV. Denique ante ὅτι aliquid dissimulatur, quoties scriptor id, quod narrat, indicare vult, non a se ipso esse profectum, sed alium earum rerum, quæ mox sequuntur, esse auctorem, cujus tamen nomen supprimitur, ut apud Harpocration. in "Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων, Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ. Hic supple φασὶ, vel φησὶν ὁ καὶ ὁ. *Demosthenes errat in oratione adversus Neæram* (nempe pag. 530.), *cum ait, Platæenses in porticu Pœcile esse depictos.* Et Suid. in voce Ὅτι· "Ὅτι πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ κτησαμένου αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι. *In tribu domini lites adversus servos intenduntur.* Et mox: "Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενα χρήματά τισι ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο. *Pecuniæ proscriptorum capitibus statutæ in aris reponebantur.* Convenit itaque hæc particula iis, qui excerpta colligunt.

V. Et veram esse hanc ellipsin, manifestum est, quando suppletur non tantum simpliciter, ut aliquoties facit Palæphatus, ut cap. 11. 13. 18. 19. etc. Λέγουσιν ὅτι Αἴολος. Λέγουσιν ὅτι γυναῖκες. Φασὶν ὅτι Μίνως. et quæ similia apud eum sunt narrationum principia. sed, cum duo eadem excerpserunt, quorum alter auctorem supprimit, alter addit: ut cum Suidas scribit: "Ὅτι νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισίν. *Lex est, ut puerorum ductor quadraginta saltem annos natus sit.* Harpocration eadem scribens ait: "Ὅτι νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισὶν, Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου φησὶ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Iterum Suid. paulo post: "Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου. *Filiis adoptivis in domum paternam redire non erat integrum, nisi legitimos filios in domo adoptiva reliquissent.* Harpocration eadem notans addit auctorem, et supplet ellipsin, nempe post ποιησαμένου sequitur auctor Ἀντιφῶν ἐπιτροπικῷ Καλλιστράτου καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῇ τῶν νόμων.

Digitized by Google

VI. Secundo post ὅτι aliquid dissimulatur, quando claudit sententiam: qui usus frequens est colloquentibus, et dicta probantibus, et tunc fere præcedit δῆλον, ad quod ὅτι refertur, ut apud Plat. in Gorg. pag. 275. [T. IV. p. 63. ed. Bip.] Οὐκοῦν κακῷ ὑπερβάλλον, τὸ ἀδικεῖν, κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. *Igitur id, in quo plus est mali, nempe facere injuriam, pejus erit quam pati.* Respondet alter: Δῆλον δὴ ὅτι. ubi vel præmissa sunt repetenda, vel aliquid extrinsecus advocandum, puta, ὅτι τοῦτ' ἀληθές ἐστιν. Et hinc illud δῆλον ὅτι, vel unica voce δηλονότι, *scilicet*, quod est approbantis, sæpe etiam exponentis; de quo postea.

VII. Verum ubi ὅτι finale ellipsios supplementum non debet verbis ejus, qui proxime locutus est, sed ipse, qui loquitur, sua verba confirmat, insignem habet emphasin, præcedente εὖ οἶδα, vel σάφ' ἴσθι, vel simpliciter οἶδα. Sic apud Aristoph. in Plut. v. 890. Carionem et Justum Sycophanta rogat, quid hic rerum gerant: neque enim, pergit, ulli bono hic adestis. Respondet Cario:

Μὰ τὸν Δί', οὔκουν τῷ γε σῷ, σάφ' ἴσθ' ὅτι.

Per Jovem, certe non tuo, hoc scias. Et in Vesp. v. 1339.

Ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις, οὐδὲ φιαλεῖς, οἶδ' ὅτι.

Sed non reddes, neque manum admovebis, hoc certo scio. Possunt quidem hæc ita ordinari, ut omnis absit ellipsis: Ἀλλ' οἶδ', ὅτι οὐκ ἀποδώσει· sed præter duriorem metathesin perit emphasis, quæ insignis est, si post ὅτι aliquid intelligitur, nempe τοῦτ' ἀληθές, vel σαφές ἐστιν, aut si quid aptius. Sic in Pac. v. 364. et Eurip. Phœniss. v. 1611.

VIII. Tertio, ipsum ὅτι deficere putat Eustath. in Hom. Il. Σ. v. 194.

Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅγ' ἔλπομ' ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ.

ubi Eustath. pag. 1137. Τὸ δὲ, ἔλπομαι ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ, ἐλλιπῶς ἔχει· λείπεται γὰρ τὸ ὅτι, ἵνα εἴπῃ. Οἶμαι, ὡς τοῖς πρώτοις ὁμιλεῖ ἤγουν προμάχεται. Verum, licet non possit negari, hoc modo ὅτι apud Græcos ἐλλείπειν, non tamen videtur ex hoc exemplo plane constare: id quod ipse intelligens, subdit: Καὶ ἄλλως δὲ ἐκ περιττοῦ χάριν ἀκριβείας ἀσυνδέτως ἐπιμβέβληται τὸ ἔλπομαι, ἵνα λέγῃ· Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὗτος προμάχεται, οἶμαι, ἤγουν ὡς νομίζω. Intelligit, τὸ ἔλπομαι per se stare, tanquam in parenthesi, ita ut nusquam dependeat, ut Latini loquuntur: *Hic ipse inter primos, (opinor) pugnat.* Possit et tertia admitti expositio, nempe ut ὅ γε scribatur distincte duabus voculis, quarum prior sit pronomen relativum, sive articulus subjunctivus, et distinguatur ante ὅ, et post ἔλπομαι, hoc modo:

Digitized by Google

Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς, ὅ γ' ἔλπομ', ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ.

Sed et ipse, quod quidem credo, inter primos pugnat, sive *versatur*.

IV.

De Particula "OTI *Causali*.

I. Cum ὅτι dico αἰτιολογικὸν, sive causale, ex grammaticorum consuetudine loquor, qui usum magis quam potestatem spectare solent. Nam, si rem rite perpendimus, servat etiam hic particula vim διηγηματικὴν, sed vis causalis debetur præpositioni διὰ, quæ una cum pronomine τοῦτο ante ὅτι reticetur: ut cum Plato ait in Phædr. pag. 237. [T. X. p. 301. ed. Bip.] Τοὺς πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. *Plerosque latet, qui singularum rerum substantiam ignorant.* Plenior est oratio: Λέληθεν διὰ τοῦτο, ὅτι etc. Nam mutua amborum inter se relatio est, ut in Evang. Joann. cap. XV. comm. 19. "Οτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. *Quod vero ex mundo non estis, sed ego vos elegi ex mundo, propter hoc odit vos mundus.* ubi liquet propria τοῦ ὅτι potestas etiam διηγηματικὴ hoc modo: ὁ κόσμος μισεῖ ὑμᾶς διὰ τοῦτο. Illud τοῦτο explicat, non cur sit, sed quid sit, quando ait ὅτι οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου. Et sic interrogatio fit per τί· Τί ἐστι τοῦτο, δι' ὃ μισεῖ ὁ κόσμος; et responsio, ὅτι etc.

II. Nec semper totum hoc διὰ τοῦτο reticetur; est enim ubi pronomen solum exulat, et præpositio διὰ cum ὅτι in unam vocem coalescit, fitque διότι. Hinc ὅτι et διότι plane idem significant, nec alia re differunt, nisi quod hoc plenius est, illud ellipticum. Ita promiscue adhibentur a Platone in Euthyphr. pag. 10. init. [c. 12. ed. Fischer.] Ἆρα τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν Θεῶν, ἢ ὅτι φιλεῖται, ὅσιόν ἐστιν; *Utrum sanctum, eo quod sanctum est, amatur a diis, an quia amatur, ideo sanctum est?* Mox simillima loquendi forma rogans, διότι utitur: Πότερον τὸ φερόμενον, διότι φέρεται, φερόμενόν ἐστιν, ἢ δι' ἄλλό τι; *Utrum id quod fertur, quia fertur, est id, quod fertur, an aliam ob causam?* Διότι ergo pro ὅτι diserte ponitur. Ita idem in Phædr. pag. 244. [T. X. p. 315. ed. Bip.] Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος, ὃς ἂν παρόντος ἐραστοῦ τῷ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον φῇ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι δὴ ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ. *Non verus est ille sermo, qui, præsente amatore, dicit, non amanti magis esse gratificandum, eo quod alter insanit, alter sapit.*

III. Insignis est in prima Apostoli Joannis epistola locus, nonnihil vexatus, quia ibi repetitur ὅτι causale, nec ulla ejus ratio invenitur. Verba sunt cap. III. comm. 19. Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. Tum comm. 20. "Οτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς

Digitized by Google

καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα. Quid facit hic repetitio τῦ ὅτι causalis in eadem periodo? ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ, ὅτι μείζων. Miror hactenus latuisse, si latuit, tum male distincta commata, tum ὅτι ἐὰν esse ἀοριστολογικὸν, et scribendum omnino, distinctiuncula inter ὁ et τι, ὅ, τι ἐὰν, significans *quodcunque*, de quo vide supra. Nec dubito, quin sit distinguendum et legendum ita, ut ὅ, τι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, pertineat ad comma 19., deinde comma 20. sic incipiat: Ὅτι μείζων etc. Sic ergo scribo: comm. 19. Καὶ ἐκ τύτυ γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν, ὅ, τι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία. comm. 20. Ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα. Ita nulla opus est lectionis varietate, nisi quod virgula inter ὁ et τι facillime potuit aboleri, et commatum distinctiones nobis dederunt seriores; et omnia sunt plana apertaque. Reddo igitur: *Et hinc cognoscimus, nos ex veritate esse, et coram ipso secura reddemus corda nostra, quocunque tandem crimine damnat nos cor: quia* vel *nam major est Deus corde nostro, et novit omnia.*

IV. Adhibetur etiam elliptice, ita ut ante ὅτι aliquid subticeatur, ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 3. [c. 2. ed. Fischer.] ΣΩΚΡ. Φησὶ γὰρ ποιητὴν εἶναί με θεῶν, καὶ ὡς καινὺς ποιῦντα θεὺς, τὺς δ' ἀρχαίυς ὐ νομίζοντα, ἐγράψατο, τύτων αὐτῶν ἕνεκα, ὥς φησι. *Dicit enim, me deos fingere; et tanquam nova numina inducentem, vetera vero abrogantem accusat me ob id ipsum, ut ait.* Tum Euthyphro: Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φῂς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι. Post μανθάνω supple, ὅθεν πλάττει ταῦτα. *Intelligo, unde hæc comminiscatur, nempe, quia dicis, adesse quotidie tibi genium.*

V. Est et ubi ante ὅτι reticetur τί ἐστιν, unde ὅτι redditur *cur*, i. e. *quid est quod.* Vid. Hom. Il. Α. v. 64.

Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

i. e. εἴποι, τί τῦτ' ἔστι vel τί ἐστιν αἴτιον, vel simpliciter αἴτιον, ὅτι etc. *Qui dicat, quid hoc sit, quod* vel *cur Apollinis ira tantum sæviat.* Sic in Evang. Marc. cap. IX. comm. 11. Ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ὅτι λέγυσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; h. e. τί ἐστι τῦτο, ὅτι λέγυσιν etc. *Quid hoc est, quod dicunt* i. e. *cur dicant, oportere prius venire Eliam?*

Ad usum αἰτιολογικὸν refero significationem, quæ certo limite terminatam rationem affert. Assignatur enim particulæ notio τῦ ὅπῃ, i. e. *quatenus*, et sic poneretur pro καθότι. Sed cognati adeo hi usus sunt, ut sæpissime, ac fere semper dubium esse possit, uter alteri præstet. Sic supra allata ex Platonis Euthyphrone verba pag. 10. [c. 12. ed. Fischer.] Ἆρα τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν, ἢ ὅτι φιλεῖται, ὅσιόν ἐστιν; reddidi, *eo quod sanctum est.* Dubium tamen esse possit, an non etiam recte reddatur: *quatenus sanctum est.* et, *quatenus amatur.* Dubium quoque esse possit in epist. 1 Joann. cap. III. comm. 9. Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τῦ Θεῦ, ἁμαρ-

Digitized by Google

τίαν ὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτῦ ἐν αὐτῷ μένει· καὶ ὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τῦ Θεῦ γεγέννηται. Si ὅτι sit αἰτιολογικὸν pro διότι positum, limitandum est prædicatum. *Non facit peccatum quia semen Dei manet in ipso. Non potest peccare, quia ex Deo natus est.* Et sic intelligitur necessario peccatum dominans, limitato prædicato. Qui vero ὅτι positum putant pro καθότι, limitant subjectum. *Non facit peccatum, quatenus in ipso semen Dei est.* Ita enim non peccatum limitatur, sed homo, qui dicitur non posse peccare, non totus ille quidem, sed quatenus est Dei gratia conservatrici regeneratus. Confer Rom. VII. 20. Utrum præstet alteri, videant Theologi. Ego vero, nisi necessitate jubente, a vulgari usu non discedendum censeo. Nec hactenus incidi in locum, ubi necessario pro καθότι poni ὅτι vidi.

VI. Aliquando ὅτι non causam, sed signum affert, ut cum dicimus: *Sol occidit, quia nox est.* Κατέδυ ὁ ἥλιος, ὅτι νὺξ ἐστιν. Atqui caussa solis occidentis non est nox, sed terræ circum axem suum circumvolutio: contra vero solis occasus est causa noctis. Sed non est signum, unde colligitur, occidisse solem. Ratio est, quia causa debet præcedere effectum, non sequi. Et sic intelligo verba Servatoris, dicentis apud Luc. cap. VII. comm. 47. Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ. *Remissa sunt multa ipsius peccata, quia multum dilexit.* ubi ὅτι non designat causam; nam charitas non est causa remissionis peccatorum, sed potius effectus. Sed Servator argumentatur ex mulieris charitate, tanquam signo, ipsi remissa esse peccata. Idque liquet ex iis, quæ subsequuntur; nam addit divinus magister, Ὧι δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. *Cui vero paulum remittitur, paulum diligit.* Non dicit: Τῷ δὲ ὀλίγον ἀγαπῶντι ὀλίγον ἀφίεται. Indicat igitur ex charitate, quam multam exercebat, constare, tanquam ex signo, multa ipsi fuisse remissa.

V.

De Particulæ "ΟΤΙ *Intensivo, et aliis usibus.*

I. Facilius est ostendere, particulam ὅτι, superlativis præfixam, vim habere ἐπιτατικὴν, s. intensivam, quam exponere, unde hanc acceperit. Ellipsin hic aliquam subesse, tantum non manifestum est; sed quomodo hæc sit supplenda, quærendum est. Missis aliorum opinionibus, quæ facile convelluntur, quid nobis in mentem venerit, exponamus. Nonnunquam ita adhibetur ὅτι, ut videatur ortum ex ὅ, τι scripto διαιρετῶς, ut cum dicitur ὅτι μάλιστα, pro ὅ, τι μάλιστα, et extrinsecus aliquid intelligatur, ut apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] *Non in hunc finem,* inquit, *civitatem condimus, ut in ea aliqua gens separatim sit felix,*

Digitized by Google

ἀλλ᾽. ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις· *sed ut universa civitas quam maxime sit felix.* Ellipsin ita suppleri posse putem: ἀλλ᾽ ὅπως ὅλη ἡ πόλις ὕτως εὐδαίμων ἔσται, ὡς ὅ, τι μάλιστα. i. e. *Ut tam sit felix, quam quod maxime.* Particulam ὡς, ante se flagitantem ὕτως, cui respondeat, advocandam esse, hinc liquere possit, quod non raro additur; dicitur enim ὡς ὅτι μάλιστα, unde non recte talia ἐκ παραλλήλυ posita dicuntur. Sic etiam Latini *quam maxime,* et *quam quod maxime* dicunt; ut; *Tam nitidum est, quam quod maxime.*

II. Quod si post ὅτι sequitur superlativus masculini aut feminini generis, pro ὕτως et ὡς relatis simpliciter τῦτο reticeri possit; ut cum Socrates ait apud Plat. in Euthyphr. sub principium: Τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι. *Primam de adolescentibus curam suscipere, ut sint quam optimi.* i. e. Ὅπως ἔσονται τῦτο, ὅ, τι οἱ ἄριστοί εἰσιν. *Ut sint id, quodcunque sunt optimi. Quodcunque* dico, non simpliciter *quod,* ut intelligatur id, quodcunque hominem reddit optimum, puta, probitas, eruditio, boni mores, cæteræque virtutes. Hoc si admittitur, nascetur sponte vis intensiva; indicatur enim tam bonus, quam quis esse potest. Tantum hoc concedendum, particulam, invalescente longi temporis usu, ex ὃ et τι formatam, in unam vocem ὅτι tandem coaluisse. Sic illa apud eund. de Rep. lib. V. pag. 472. [T. VII. p. 50. ed. Bip.] Ὃς ἂν ἐκείνοις ὅτι ὁμοιότατος ᾖ. *Quicunque illis fuerit quam simillimus.* sic possunt resolvi: Ὃς ἂν τῦτ᾽ ᾖ, ὅ, τι ἐστὶν ὁ ὁμοιότατος ἐκείνοις. Et lib. IV. pag. 421. [Bip. VI. 329.] Ὅπως ὅτι ἄριστοι δημιυργοὶ τῦ ἑαυτῶν ἔργυ ἔσονται. i. e. ἔσονται τῦτο, ὅ, τι εἰσὶν οἱ ἄριστοι τῦ ἑαυτῶν ἔργυ. *Ut quam optime ministeria sua obeant.* Exempla sunt infinita.

III. Quin etiam semel recepta hæc vis intensiva, tandem adeo invaluit, ut, neglecta hac strictiori ellipseos religione, ὅτι cum suo superlativo in unam vocem coaluerit, ut ὁτιήδιστα, *quam suavissime.* Xenoph. Cyrop. VII. pag. 175. lin. 36. Ὁτιμάλιστα, *quam maximè.* Plat. Cratyl. pag. 439. lin. 5. Ὁτιμεγαλοπρεπέστατον, *quam magnificentissimum.* Xenoph. Cyrop. lib. II. pag. 57. lin. 3. Ὁτιτάχιστα, *quam celerrime.* Plat. Euthyd. pag. 302. Thucyd. VII. 26. 39. Ὁτιποῤῥωτάτω, *quam longissime.* Lucian. Adv. Indoct. Tom. III. pag. 113. Ὁτιχρησιμώτατα, *quam commodissime.* Thucyd. lib. VIII. cap. 74. Peculiare est ὅτι τάχος pro ὅτι τάχιστα positum, transeunte adjectivo vel adverbio in substantivum, quod non item fit in reliquis; non enim licet pro ὅτι κάλλιστος dicere ὅτι κάλλος, neque ὅτι μεγαλοπρέπεια pro ὅτι μεγαλοπρεπέστατον. Scribitur autem vel disjunctim ὅτι τάχος, ut apud Hippocr. in epist. ad Hystanem: Γράφων ὅτι τάχος. *Scribens quamprimum.* vel conjunctim una voce, ut apud Thucyd. lib. VII. cap. 42. Ἐβύλετο ὁτιτάχος ἀποχρήσασθαι τῇ παρύσῃ τῦ στρατεύματος ἐκπλήξει. *Volebat quam celerrime uti copiarum terrore præsenti.*

IV. Nunc reliquos videamus usus, qui adsignantur huic particulæ. Et primo adscribitur ei effectus significatio, quasi ponatur

Digitized by Google

pro ὥστε, afferturque locus ex prima Joannis epist. cap. IV. comm. 17. Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Est qui ita reddit: *Ita ut, sicut ille est, etiam nos simus in mundo hoc.* ubi tamen ὅτι referri debet ad præcedens ἐν τούτῳ, atque ita est ἐξηγητικόν. *In eo consummatus amor est, quod sumus, ut ille est.*

Affertur et alius ex Evang. Joann. locus cap. VII. comm. 35. ubi, cum Servator dixerat: *Quæretis me et non invenietis*, Judæi inter se dicunt: Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; Sed quid opus novas cudere notiones, cum ὅτι hic sit αἰτιολογικόν? Nam rogant, quo abiturus sit Christus. Causam addunt dicentes: *Nam non inveniemus ipsum*, ut ait ille. Neque hoc ex Evang. Matth. constat. cap. XIII. comm. 13. Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσι. Sed ecce hic iterum ὅτι respondens præcedenti διὰ τοῦτο, quod signum infert αἰτιολογικόν. Reddit igitur recte Beza: *Propterea per parabolas loquor iis, quia conspicientes non vident, et audientes non audiunt, nec intelligunt.* Neque mutat sententiam similis locus Marci in Evang. cap. IV. comm. 12. et Lucæ cap. VIII. comm. 10. ubi ἵνα invenitur, quod non effectum, sed finem notat, ut ὅτι apud Matthæum causam. Adhæc, si ὅτι effectum indicaret, tolleretur actus, nec οὐ, sed μὴ sequeretur, ut nec ἀκούουσι, sed ἀκούειν. Nondum igitur liquet, ὅτι pro ὥστε poni.

V. Neque etiam concessero ὅτι pro μὴ poni post verba timorem indicantia, quamvis apud Platonem legam in Apol. Socr. pag. 21. [c. 7. ed. Fischer.] Δεδιώς, ὅτι ἀπηχθανόμην. quod reddit interpres: *Ut qui pertimescerem, ne odium invidiamque adversus me concitarem.* Atque ita nondum certum erat, Socratem sibi conflavisse invidiam. At res aliter se habet: non timebat, ne in odium incurreret; sed quia jam concitata erat invidia, ideo timebat.

VI. Sed quæri possit, an non assumat notionem χρονικήν, quod ei commune esse videtur cum aliis relativis, ut ἵνα et ὅπως et ὡς. Exempla tamen apud antiquos non invenio, sed unus est locus in Evang. Joannis, quo hoc posse confirmari videtur. Ait ibidem Christus: Ἔρχεται ὥρα, ὅτι οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν. *Appropinquat tempus, quum non jam per similitudines vobis loquar.* Neque Latinis hoc negatum, quum dicunt: *Duo sunt anni, quod te non vidi.*

VI.

De Particulis cum "ΟΤΙ *Conjunctis.*

I. "ΟΤΙ ΜΗ' accipitur pro εἰ μὴ, a quo tamen etiam quodammodo differt. Exemplum est in Platonis Phædro pag. 274. init. [T.

X. p. 378. ed. Bip.] *Non*, inquit, *oportet virum prudentem* ὁμοδούλοις χαρίζεσθαι μελετᾷν, "ΟΤΙ ΜΗ` πάρεργον, ἀλλὰ δεσπόταις ἀγαθοῖς, καὶ ἐξ ἀγαθῶν. *id agere, ut conservis gratificetur, nisi in transitu, sed dominis bonis et ex bonis.* "Οτι μὴ πάρεργον, ait, i. e. "Ισθ' ὅτι οὐ δεῖ χαρίζεσθαι μὴ πάρεργον. Si jam μὴ πάρεργον, prohibitivum, dissolvam in enunciativum, fiet, σπουδαίως, ἐξεπίτηδες, ἐπιμελῶς, et sensus erit: Non esse gratificandum conservis data operâ, consulto, et omni adhibito studio, quod officium soli debetur domino bono; sed quasi in transitu, ubi domini res et commodum hoc vel fert, vel patitur. Atque ita peculiaris harum particularum usus manifestus est, quo differunt ab εἰ μὴ exceptivo, quod εἰ μὴ simpliciter excipit, sed ὅτι μὴ utitur ille, qui aliquid negat, sollicitus, ne se forte quis ad minutias usque reprehendat, quare caute explicat se clarius, excipiens aliquid, quod ipsi alter objicere possit. Ita intelligo Thucydidem lib. IV. cap. 26. Οὐ γὰρ ἦν κρήνη, ὅτι μὴ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου, καὶ αὕτη οὐ μεγάλη. *Non enim fons erat, nisi unus in ipsa arce Pyli, isque non magnus.* Cum fontem negat fuisse, quasi sollicitus, ne quis objiciat fontem unum in arce Pyli, hunc excipit. Sic resolve: Οὐκ ἦν κρήνη· ἴσθ' ὅτι οὐκ ἦν παντάπασι οὐδὲ μία· μία γὰρ ἦν ἐν ἀκροπόλει etc. His bene perpensis, videmus, sponte hinc fluere notionem exceptivam, et totum illud ὅτι μὴ reddi *nisi*. Adde eundem ibid. cap. 94. Οὐ παρεγένοντο, ὅτι μὴ ὀλίγοι. *Non, nisi pauci, adfuerunt.*

Cæterum sciendum, cum distinguo inter ὅτι μὴ et εἰ μὴ, non hoc intelligendum, quasi ὅτι μὴ pro εἰ μὴ non adhibeatur; sed ut, qua arte id fieri potest, rite deducam τοῦ εἰ μὴ significationem ex τοῦ ὅτι primaria potestate: scimus enim, omnes subtiliores distinctiones etiam ab optimis auctoribus non semper servari. Deinde ὅτι μὴ pro εἰ μὴ crebro adhibetur, non autem vicissim εἰ μὴ pro ὅτι μὴ, ut, quando non præcedit negatio. Sic ὅτι μὴ et εἰ μὴ παράλληλα videntur in illo Platonis in Criton. pag. 52. [c. 14. ed. Fischer.] Οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμὸν, οὔτε ἄλλοσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος. *Neque ad spectaculum unquam urbe egressus, nisi semel in Isthmum, neque uspiam unquam, nisi militaturus.*

II. Transeo nunc ad alias particulas, τῷ ὅτι subjunctas; dicunt enim ὅτι τί; ὅτι τί δή; ὅτι δὴ τί; ὁτιὴ τί; in quibus nihil agunt, qui τὶ abundare scribunt, quippe in quo vis interrogativa solo posita est. Hoc τῷ ὅτι cum aliis relativis commune est, ut præfigatur interrogativis, et præcipue τί, et eadem forma dicitur ὅτι τί; qua ὥσπερ τί; ἵνα τί; "Οτι τί; habet Lucian. in Charont. tom. I. pag. 497. Μάτην, inquit Charon, τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. *Frustra Parnassum una cum fonte Castalio, et Œtam, et alios montes emovimus.* Tum Mercurius, "Οτι τί; Verbatim, *Quia quid?* i. e. *dic*, *quare*. ubi ὅτι exercet vim αἰτιολογικὴν, utiturque hac loquendi forma is, qui cupidius inquirit in causam ejus, quod ab altero dictum est. Itaque harum particularum maxime usus est inter colloquentes. Qui ὅτι τί; dicit, plus significat, quam qui διὰ τί; uterque causam vult produ-

Digitized by Google

ci; sed, qui rogat, διὰ τί; simpliciter: qui vero ὅτι τί; insuper omnem moram damnat; subestque tacita quasi reprehensio, quod alter vel prorsus non, vel saltem tardius continuat inchoatam orationem: et addit ὅτι tanquam ex persona alterius, τί vero ex sua.

III. Festinationem, ex impatientia natam, adauget multum adjecta particula δὴ, quæ adhortantis est, ut supra vidimus: et sic nascitur illud totum ὅτι τί δή; [G. *Nun, warum dann? Ei! warum dann?*] quod est apud Aristoph. in Plut. v. 136. Chremylus ibi ostendit, Plutum esse causam, cur homines Jovi sacrificent, eundemque efficere posse, ut sacra cessent. Verba sunt:

ΧΡ. Οὐκοῦν ὅδ' ἐστὶν αἴτιος· καὶ ῥᾳδίως
Παύσειεν, εἰ βούλοιτο, ταῦτ' ἄν. ΠΛ. "Οτι τί δή;

Usus est maximus post injectam rei miræ et plane inopinæ mentionem, cujus causam aliquis discere festinat. Cum Xanthus apud Planudem in Vit. Æsop. pag. 48. ex Æsopo intelligeret, se ædium suarum possessione excidisse; novitate rei perculsus, non simpliciter interrogat διὰ τί; ut in re leviori, nec ὅτι τί; sed ὅτι τί δή; hortans, ne differat puncto temporis rationem reddere, imo quasi culpans, quod non jam addiderit. Respondet igitur alter: "Οτι χθὲς μεθύων etc.

IV. Pro ὅτι τί δή; dicitur et ὅτι δὴ τί; et ὅτι δὴ τί μάλιστα; apud Plat. lib. I. de Rep. pag. 343. [T. VI. p. 180. ed. Bip.] Οὐδὲ πρόβατα, οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκεις. "Οτι δὴ τί μάλιστα; ἦν δ' ἐγώ. "Οτι οἴει τοὺς ποιμένας ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν προβάτων ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν, καὶ θεραπεύειν, πρὸς ἄλλο τι βλέποντας, ἢ τὸ τῶν δεσποτῶν ἀγαθὸν, καὶ τὸ αὑτῶν. *Neque oves, neque pastorem novisti. Quia quid?* i. e. *quam maxime ob caussam, dic cito, inquam. Quia putas, pastores aut bovum custodes id, quod ovibus, vel bobus expediat, spectare, eosque pingues reddere, et curare, alium finem spectantes, quam vel dominorum, vel suam utilitatem.*

V. Et, ut pro ἐπειδὴ dicitur ἐπειὴ, et pro ἠδὲ, ἠὲ, eliso δ; ita pro ὅτι δὴ τί; invenitur ὁτιὴ τί; apud Aristoph. in Nub. v. 782.

ΣΩΚΡ. Ὑθλεῖς, ἄπερρ', οὐκ ἂν διδάξαιμεν σ' ἔτι.
ΣΤΡ. Ὁτιὴ τί;

SOCR. Nugaris, apage; non jam docere te possum. STR. Quid est? cur non? Hic τί abundare, dicit Suidas, quod si verum est, evanescit interrogatio.

VI. Cæterum ad ὅ τι quod attinet disjunctis scriptum voculis, quia proprie ad particularum doctrinam non pertinet, nihil dico, nisi unicum hoc observo, respondere τῷ τί interrogativo apud eos, qui comœdias, tragœdias aut colloquia scribunt; plane ut ὅπως se-

Digitized by Google

quitur post πῶς, ὅπου post ποῦ etc. de quibus supra suo loco. Supprimitur verbum ἐρωτᾷς, vel φράζε, vel simile. Exemplum est apud Aristoph. in Vesp. v. 789.

— ΒΔΕΛ. Ὁ δὲ τί πρὸς ταῦτ᾽ εἶφ᾽; ΦΙΛ. Ὅ τι;
Ἀλεκτρυόνος μ᾽ ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.

BDEL. Ille vero quid ad hæc dicebat? PHIL. Rogas, quid? Dicebat, me habere ventrem galli. Supple ante ὅ, τι, ἐρωτᾷς. Sic v. 1434.

— ΦΙΛ. Τί ποιεῖς; ΒΔΕΛ. Ὅ τι ποιῶ;
Εἴσω φέρω σ᾽ ἐντεῦθεν. —

PHIL. Quid facis? BDEL. Quid faciam, rogas? Intro te hinc fero. Verbum φράζε addit in Pac. v. 357.

Ἀλλ᾽ ὅ τι μάλιστα χαιρήσομεθα ποιοῦντες, ἄγε,
Φράζε —

Verum age dic, quid faciemus, quo maxime gaudeamus.

ΟΥ᾽, ΟΥ᾽Κ, ΟΥ᾽Χ, ΟΥ᾽ΧΙ᾽.

I. Quomodo οὐ et μὴ differant, fusius exposui, ubi de particula μὴ agebam. Notum tironibus, οὐ dici ante consonantem, οὐκ ante vocalem vel diphthongum levigatam, οὐχ ante adspiratam. Vocula est ἄτονος, nisi cum sit finalis, quando accentum possidet acutum. Vim habet negativam, et negat quidem totam propositionem, cum μὴ tantum partem neget. ut apud Eurip. in Med. v. 268.

— Πενθεῖν δ᾽ οὔ σε θαυμάζω τύχας.

Non miror, te lugere hanc sortem. ubi non licuit dicere μὴ θαυμάζω. Sic humani generis Servator ait Matth. XV. 26. Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Et Apost. in priori ad Corinthios cap. XIII. comm. 4. 5. 6. Ἡ ἀγάπη· οὐ ζηλοῖ ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ. in quibus omnibus μὴ exulare debet.

II. At, cum dicimus, μὴ tantum partem propositionis, οὐ vero totam negare, excipiendus est ille usus, quo nomini per Hyphen junctum, unam constituit vocem; tunc enim τὸ οὐ peculiariter et diserte negando destruit significationem vocis illius unius, cui adhæret, nec quidquam aliud cum reliqua constructione commune habet: ut in ep. ad Rom. cap. X. comm. 19. Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ᾽. οὐκ ἔθνει. *Ego vos ad æmulationem excitabo per non-gentem.* Et

apud Thucyd. lib. V. cap. 50. ubi dicitur Lichas Lacedæmonius a lictoribus fuisse cæsus, quod cum ipsius bigæ in certamine vicerant, et voce præconis erat pronunciatum, Bœotorum bigas vicisse, κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως, *quoniam Lacedæmoniis interdictum erat certaminibus.* Sic Lucian. lib. I. Ver. Hist. Αἰτία δὲ τοῦ πολέμου ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ φόρου ἡ οὐκ ἀπόδοσις. *Causa belli futura erat tributi non-redditio*, i. e. *quod tributa non solverentur.*

III. Negat absolute τὸ οὐ, et opponitur τῷ ναί, ut in Evang. Matth. cap. V. comm. 37. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναί, ναί, οὐ, οὔ. *Esto vox vestra, etiam, etiam, non, non.* Consentit Jacobus cap. V. comm. 12. Ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ. *Sit autem vestrum etiam, etiam, et non, non.*

IV. In responsionibus negativis sæpe ellipticam reddit orationem. Exemplis nihil tritius. Vid. Plat. in Phæd. pag. 64. [c. 9. ed. Fischer.] ubi roganti: Ἆρα μὴ ἄλλο τι ᾖ ὁ θάνατος ἢ τοῦτο; *An aliud quippiam non sit mors quam hoc?* respondetur: Οὐκ, ἀλλὰ τοῦτο. ubi post οὐκ ex præmissis repetendum aliquid, ut plenius sit: Οὐκ ἄλλο ἐστὶν ὁ θάνατος ἢ τοῦτο. Suppletur ellipsis in Evang. Joann. cap. I. comm. 21. Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν· Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει· Οὐκ εἰμί. *Et rogabant ipsum: Quid ergo? An Elias tu es? Et dicit: Non sum.*

V. Est usus quoque ellipticus, quando οὔ finale in antithetis adhibetur, et propter emphasin semper accentu acuto notatur, neque accipit consonantem, licet vocalis aut diphthongus sequatur. Sic apud Platon. in Protag. p. 330. [T. III. p. 127. ed. Bip.] Φαῖμεν ἄν, ἢ οὔ; *Diceremusne, an non?* Et de Rep. lib. V. pag. 452. extr. [T. VII. p. 10. ed. Bip.] Εἰ δυνατὰ ἢ οὔ; *Fierine possint, nec ne?*

VI. Frequentissimum hoc est in membrorum divisionibus per particulas μὲν et δὲ, ut apud Eurip. in Orest. v. 287.

Τοῖς μὲν λόγοις ηὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.

Verbis quidem consolatus est, re vero non. Et Plat. in Phædr. p. 263. [T. X. p. 356. ed. Bip.] Ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν, ἐν δὲ τοῖς οὔ. *In aliis igitur convenimus, in aliis non.* Et de Rep. V. pag. 453. init. [T. VII. p. 10. ed. Bip.] Πότερον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη, ἡ θήλεια τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα, ἢ οὐδ' εἰς ἕν, ἢ εἰς τὰ μὲν οἵα τε, εἰς δὲ τὰ οὔ; *Utrum natura humana ita sit comparata, ut sexus fœmineus et masculus communes omnes exercere possint labores, an ne unum quidem, an vero alios possint, alios non?* Et pag. 475. [T. VII. p. 56. ed. Bip.] Ἆρ' οὖν, ἄν τινος ἐπιθυμητικὸν λέγωμεν, παντὸς τοῦ εἴδους τούτου φήσομεν ἐπιθυμεῖν; ἢ τοῦ μὲν, τοῦ δὲ οὔ; *An igitur, quum alicujus rei appetentem vocamus, appetere eum dicemus omnem ejusdem rei speciem? an aliam tantum, aliam minus?* Herodot. Euterp. cap. 37. Ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι, διασμῶντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην,

Digitized by Google

οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντες. *Ex æneis poculis bibunt, ea quotidie abstergentes: nec faciunt hoc ex illis alii, alii non, sed omnes.*

VII. Supprimitur μὲν in membro priori. Plat. in Sympos. p. 199. [T. X. p. 221. ed. Bip.] Ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. *Lingua igitur pollicita est, mens vero non.* Et in Gorg. pag. 520. extr. [T. IV. 159. ed. Bip.] Ὥστε καλὸν δοκεῖ τὸ σημεῖον εἶναι, εἰ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντευποιήσεται, εἰ δὲ μὴ, οὔ. *Et sic videtur pulcrum esse signum, si acceptum beneficium benefactori rependat alter: sin minus, non.*

VIII. Non tamen, ut οὔ habeatur finale, requiritur, ut sententia omnibus numeris sit absoluta: sed sufficit, si τὸ οὔ posterius divisionis membrum claudat, ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 475. [T. VII. c. 56. ed. Bip.] paulo post verba modo allata. Οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι, οὐ τῆς μὲν, τῆς δ' οὔ· ἀλλὰ πάσης; *An igitur dicemus etiam philosophum sapientiæ esse studiosum, non ita, ut alii ejusdem parti incumbat, alii non item; sed universæ?* Sic in Epict. Enchir. cap. 9. Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. *Morbus est corporis impedimentum, voluntatis non item, nisi ipsa velit.*

IX. Emphasin solam per se non esse causam, cur οὔ acuatur, nisi simul particula sit finalis, liquet ex mutato ipsius loco; si enim in postremo loco apud Epictetum dicimus, οὐ προαιρέσεως δέ· τὸ οὐ accentu destituitur, ut cum Athenæus ait lib. IV. pag. 168. Χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις, καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. *Gaudentes amica, non amicorum consuetudine, et vino, non convivis.* Non acuitur οὐ, quia sequuntur τοῖς ἑταίροις et τοῖς συμπόταις postremum locum τῷ οὐ eripientia: cæteroquin dicere potuisset τοῖς δ' ἑταίροις, οὔ. et τοῖς δὲ συμπόταις, οὔ.

X. Crescit emphasis, quando οὐ in fine repetitur, ut apud Dem. adv. Mid. pag. 401. Οὐ μέτεστι τῶν ἴσων, οὐδὲ τῶν ὁμοίων πρὸς τοὺς πλουσίους τοῖς πολλοῖς ἡμῶν, οὐ μέτεστιν, οὔ. *Non pari æquoque jure gaudemus locupletes et qui de plebe sumus; non gaudemus, non.*

XI. Flexa per interrogationem oratione, habet quoque emphasin, quando non negantem arguit eum, qui interrogat, neque dubitantem, sed serio affirmantem, et affirmationis assensum elicientem. Ita Philoctetes apud Sophocl. v. 1281.

Πῶς εἶπας; Οὐκ ἄρα δεύτερον δολούμεθα;

Hunc particulæ usum negligit interpres, cum vertit: *An denuo decipimur?* ita enim dubitando rogaret. At, cum reddimus: *An non decipimur?* intelligimus, pro certo eum habuisse, se decipi, et alterum hujus veritatis convincere voluisse. Frequentissimum est hic οὐχί. Vid. Plat. in Hipp. pag. 375. [T. III. p. 223. ed.

Digitized by Google

Bip.] Τί δέ; ἡ ἰατρικὴ, οὐχὶ ἡ ἑκοῦσα κακὰ ἐργαζομένη περὶ τὰ σώματα, ἰατρικωτέρα; *Quid vero in medicina, nonne illa, quæ data opera mala corporibus infligit, ea est efficacior?* Sic Matth. V. 46. Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; *Nonne etiam portitores idem faciunt?*

XII. Habet et indignationem, ut cum Servator acriter reprehendit hypocritam Luc. XIII. 16. *Vos,* inquit, *die Sabbathi abducitis asinum potum,* ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς, ἰδοὺ, δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; *An non oportuit liberari?*

XIII. Abest hæc emphasis, quando est dubitantis. ut esse potest ibid. cap. XVIII. comm. 26. Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; *Nonne ego te vidi in horto cum illo?*

XIV. At neque negantis est, neque dubitantis, neque affirmantis, sed ἐμφατικῶς et non sine comminatione et cum interrogationis nota imperantis, quando construitur cum secunda persona futuri indicativi: ut cum Sycophanta apud Aristoph. in Acharn. v. 822. Megarensi per vim suam mercem extorquens ait: Οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον; *An non mittes saccum?* h. e. *quin mittis illico saccum?* ut et mox v. 825.

Τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξελεῖτε;

Quin illico sycophantas expellitis foras? Sic in Pace v. 308. Οὐ σιωπήσεσθε; *Quin tacetis?* Vide et Lucian. in Lapith. tom III. pag. 445. Οὐ παύσῃ βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων; *Non desines barbarica nobis cantare?* Adde Aristoph. in Ach. v. 564. in Pac. v. 1124. et Plut. Apophth. pag. 180. prop. fin.

XV. Per imperativum explicat ipse Aristoph. in Vesp. nam cum v. 446. dixisset, Οὐκ ἀφήσεις με; adjicit v. 450. ἀλλ' ἄνες με. *Quin mitte me.*

XVI. Cum præsenti indicativi hoc modo construit idem ibidem mox v. 456.

Οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; Οὐκ ἄπιτε; —

Quin abite in malam rem: quin proripite vos. plane ut Terent. in Eun. A. IV. sc. 7. v. 29. *Non tu hinc abis?*

XVII. At citra interrogationem habet vim prohibentis, ut in Decalogo: Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ κλέψεις. Οὐ φονεύσεις. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις. pro, μὴ μοίχευε. μὴ κλέπτε etc. Vid. Exod. XX. 13. 14. 15. 16. Epist. ad Rom. VII. 7. Matth. V. 21 et 27. et VI. 5. Οὐκ ἔσῃ, ὥσπερ οἱ ὑποκριταί. *Non eris,* h. e. *ne sis.* Hæc sunt prohibentis, ut contra, absente οὐ, fiunt jubentis: ut Matth. V. 48. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι. *Estote igitur perfecti.*

Digitized by Google

XVIII. Quemadmodum vero in Decalogo, quoties quid prohibetur, latet præceptum virtutis, vitio contrariæ, ut, cum legimus, οὐ κλέψεις, intelligimus quoque, δώσεις ἑκάστῳ τὰ ἑαυτοῦ, et sic in reliquis: ita particula οὐ, præmissa verbo affirmativo, vim habet illud convertendi in negativum, aut saltem oppositam significationem, ut, cum ait servus apud Aristoph. in Pac. v. 94.

Τί πέτει; Τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις;

Quid frustra conaris volare? Quid frustra non sapis? Οὐχ ὑγιαίνεις, inquit, et intelligit, μαίνῃ, παραφρονεῖς, παρανοεῖς, βακχεύεις, vel simile. *Quid frustra insanis?* Atque usus hic particulæ est frequentissimus ante verbum φημὶ, ita ut οὔ φημι, *non dico* proprie, notet *nego*. Exemplis nihil tritius. Vid. Hom. Il. Η. v. 386.

Πάντ' ἐθέλει δόμεναι, καὶ ἔτ' οἴκοθεν ἄλλ' ἐπιθεῖναι·
Κουριδίην δ' ἄλοχον Μενελάου κυδαλίμοιο
Οὔ φησιν δώσειν· —

Omnia vult dare, et adhuc ex ædibus alia superaddere: sed juvenem Menelai illustris uxorem negat se daturum. Aristoph. Ach. v. 614.

Οἶδέν τις ὑμῶν τ' Ἀκβάταν', ἢ τοὺς Χάονας;
Οὔ φασιν. —

Ecquis vestrum novit Ecbatana, aut Chaones? Negant. Et v. 771.

Οὔ φατι τόνδε χοῖρον ἦμεν.

Negat hunc esse porcum.

XIX. Et illud quidem οὔ φημι tam constanter notat *nego*, ut, ubi ex consuetudine possunt Græci dicere οὔ in fine ἐλλειπτικῶς, dicant potius οἱ μέν φασιν, οἱ δ' οὔ φασιν. Vid. Plat. in Euthyphr. pag. 8. [c. 9. ed. Fischer.] Οἱ μέν φασιν ἀδικεῖν ἀλλήλους· οἱ δὲ, οὔ φασιν. *Alii deos inter se esse injuriosos aiunt, alii negant.*

XX. Est tamen ubi οὔ φησι non redditur *negat*, quoties τὸ οὐ non pertinet ad verbum φησὶ, sed ad aliud adjunctum, quod fit in membris oppositis, quorum prius negatur, ut apud Thucyd. lib. IV. c. 28. Οὐκ ἔφη αὐτὸν, ἀλλ' ἐκεῖνον στρατηγεῖν. *Dicebat, non se, sed illum esse prætorem.*

XXI. Videtur hic particulæ usus peculiariter convenire verbo φημὶ, cum non ita afficiat cognatum λέγω· ut, cum generis humani Servator ait in Evang. Joann. cap. XVI. comm. 26. Οὐ λέγω, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα περὶ ὑμῶν. non negat, se pro discipulis esse

Digitized by Google

precaturum; sed simpliciter intelligit, se non dicere illud. Ratio, cur hic usus τῦ φημὶ adhæreat, videtur, quod hoc verbum præter notionem dicendi, etiam speciatim affirmandi habet potestatem, unde multus usus est in responsionibus affirmativis, pro ἀνάγκη μὲν ὖν, πάνυ μὲν ὖν, et similibus. Vid. Ælian. V. H. lib. II. cap. 1. ubi Socrates Alcibiadi, metuenti in populi concionem prodire, animum subditurus rogat: Οὐ καταφρονεῖς ἐκείνε τῦ σκυτοτόμε; τὸ ὄνομα εἰπὼν αὐτῦ. ΦΗ'ΣΑΝΤΟΣ δὲ τῦ Ἀλκιβιάδε, ὑπολαβὼν πάλιν ὁ Σωκράτης etc. *An non contemnis sutorem illum? et adjecit ejus nomen. Annuente Alcibiade, rursus excipit Socrates* etc. Φήσαντος, inquit, ubi λέγοντος solœcum foret. Si φάναι igitur est *affirmare, annuere, consentire,* sponte sequitur, ὖ φάναι vel μὴ φάναι esse negare, non item ὖ λέγειν.

XXII. Sed et ὖ non tantum verbum affirmativum, uti modo dictum, convertit in negativum, verum videtur etiam nomen, cujus exemplum est in epist. ad Rom. cap. III. comm. 20. Διὸ ἐξ ἔργων νόμε ὖ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. Si verbatim reddamus: *Ideo ex operibus legis non justificabitur omnis caro.* videbimur aliquam excipere carnem, quæ ex operibus legis justificari possit: cum tamen Apostolus *nullam carnem* intelligat. Cæterum idem observandum quoque in μὴ prohibente, ut Psalm. LVIII. comm. 5. Μὴ οἰκτειρήσεις πάντας τὺς ἐργαζομένυς τὴν ἀνομίαν. *Ne miserere ullius* vel *neminis miserere eorum.* Et epist. prior. ad Corinth. cap. I. comm. 29. Ὅπως μὴ καυχήσῃ πᾶσα σάρξ. *Ne omnis* h. e. *Ut nulla caro glorietur.* Dubitare quis possit, utrum μὴ verbum an nomen πᾶν in oppositam significationem convertat, apud Aristoph. in Vesp. v. 1086. ubi aliquis dicit se fortem, ὥστε πάντα μὴ δεδοικέναι. Reddo vel, *ita ut nullum periculum timerem.* vel, *ut omnia pericula contemnerem.* Idem dictum puta de ὐδέποτε et similibus negativis, ut Act. X. 14. Οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινόν. *Nunquam edi quicquam pollutum.*

XXIII. Huc refero et adverbium ἥκιστα, quod præcedens ὐχ ex negativo in affirmativum transformat, quanquam λιτότητος hoc specimen habet. Atticum esse putant pro μάλιστα Vigerus et Mœris. Vid. Hesychium et Ælian. V. H. lib. XII. cap. 34. Ἔρωτες ἡμῖν τῶν ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι εἰς μνήμην ἐδόθησαν, καὶ ὗτος δὲ ὐχ ἥκιστα. *In quibus hic præcipue. Sed hæc leviora.*

XXIV Sed quis putet, particulam ὖ contra naturam suam, ut prima fronte videtur, magis esse affirmativam, vel negativam? Talis est, cum in responsione assentitur neganti, sed non nisi repetito κατ' ἔλλειψιν superiori verbo negato. ut cum Chorus dicit apud Aristoph. in Vesp. v. 629. admirans εἰρωνικῶς Philocleonis dicendi copiam:

Οὐ πώποθ' ὕτω καθαρῶς
Οὐδενὸς ἠκύσαμεν, ὐ-
δὲ ξυνετῶς λέγοντος.

Nunquam ita pure et perite quemquam audivimus disserentem. Respondet Philocleon:

Οὐκ. ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν.

ubi post οὐκ intelligo suppressum ἠκούσατε. Et sic suæ ipsius peritiæ opinione inflatus arrogans Philocleon assentitur choro, neganti, se quenquam audivisse unquam melius disserentem. Atque ita affirmat sententiam chori: q. d. *Hoc quidem verum est, sed hic*, nempe Bdelycleon, *putabat, se facile incustoditas uvas carpturum.*

XXV. De particulæ οὐ usu defectivo aliquid dicturus, non intelligo ipsam oratione desiderari, sed aliam voculam abesse, quæ videtur ellipsin hanc pati post οὐ, nempe μόνον. Exempla in literis sacris satis frequentia cumulare solent theologi. Vid. Marc. IX. 37. Joann. III. 27. 30. VII. 16. XII. 44. Insignior ille locus est in Act. Apost. cap. V. comm. 4. Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Petrus non negat, Ananian hominibus fucum fecisse. Restare ergo videtur, ut pro οὐκ ἀνθρώπῳ intelligamus οὐ μόνον ἀνθρώπῳ. Sed circumspecto, uti semper, sic et hic clarissimo et de literis Græcis optime merito viro, Dukero, τοῦ μόνον supplementum non necessarium videtur; quem consule omnino ad Thucyd. lib. IV. cap. 92. Indicium veræ ellipseos statuere videtur, si sequatur ἀλλὰ καὶ, quod apud Thucyd. eodem loco sequitur, quanquam post cognatam particulam μή. Sunt enim hæc verba: Πρὸς τούτοις γε δὴ, οἳ καὶ μὴ τοὺς ἐγγὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀγῶνος ἐλθεῖν; Reddit interpres: *Cum iis vero, qui non solum finitimos, sed etiam remotos in servitutem redigere conantur, quomodo vel summo cum periculo certandum non fuerit?* ubi Vir Cl. *videri*, ait, μόνον *omnino desiderari*, addens rationem, *ut vel particulæ* ἀλλὰ καὶ *indicant*. Consentiunt verba Apostoli scribentis Philippensibus cap. II. comm. 4. Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. Pro μὴ μόνον. *Nec suarum* tantum *rerum rationem singuli spectate, sed et, quæ sunt aliorum, singuli.* Si quis tamen religiose nimis hic particulam μὴ excipiat, ecce alium locum, in quo post οὐ sequuntur ἀλλὰ καὶ, nempe apud Plat. lib. VI. de Rep. pag. 492. cujus explicationem vide sis infra in οὐ γὰρ §. XI. et apud Hom. Il. E. v. 379.

Οὐ γὰρ ἔτι Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνὴ,
Ἀλλ' ἤδη Δαναοί γε καὶ ἀθανάτοισι μάχονται.

Non enim jam pugna est inter Trojanos et Achivos, sed etiam cum immortalibus jam pugnant Danai.

XXVI. Nunc videamus, an etiam usum παραπληρωματικὸν admittat, et primo, an, cum duo negativa junguntur, alterum abundet, ut quum post οὐ sequitur οὐδὲ, vel οὐδεὶς, infinitis locis Xenoph. Cy-

Digitized by Google

rop. VIII. 3. 29. Ἀναβλέψας δὲ ὁ Σάκας ἠρώτα, τίνος ἔτυχεν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐδενὸς τῶν παρόντων. *Attollens oculos Sacas rogabat, quem percussisset? Per Jovem, inquit, neminem præsentium.* In his et similibus minus recte quis dixerit, τὸ οὐ redundare. Aiunt grammatici, duas negationes vehementius negare, et hoc quidem nomine non otiosa est particula; nam οὐδὲ et οὐδεὶς pro οὐδὲ εἷς, cum τὸ οὐ neget ἁπλῶς, ne minimum quidem excipi patitur. Latini quoque negativo similiter subjungunt *ne quidem*, quod plane est apud Græcos οὐδέ.

XXVII. At, quando οὐ post οὐδὲν sequitur, vehementior nascitur affirmatio, ut cum Demosthenes aït loco paulo ante allato: Ὑπὲρ ὧν οὐδένα κίνδυνον ὅντινα οὐκ ὑπέμειναν οἱ πρόγονοι. *Pro quibus nullum periculum non subierunt majores.* hoc est, *omne periculum.*

XXVIII. Excipio tamen, si οὐδ' et οὐκ diversa orationis membra spectant, ut apud Hom. Il. Θ. v. 482. ubi Jupiter Junoni:

> Οὐδ' ἢν ἔνθ' ἀφίκηαι ἀλωμένη, οὔ σευ ἔγωγε
> Σκυζομένης ἀλέγω. —

Eustathius pag. 724. putat, superfluam hic esse secundum Atticos τὴν ΟΥ' ἄρνησιν. Sed, si admittatur transpositio, quæ hic sponte se offert, nihil aliud erit observandum, quam quod modo §. 26. dictum. Structura itaque esto: Ἔγωγε οὐκ ἀλέγω σευ σκυζομένης, οὐδ' ἢν ἔνθ' ἀφίκηαι ἀλωμένη. *Equidem non curo te, ne tunc quidem, si illuc veneris vagabunda.* Οὐ nempe negat verbum ἀλέγω, et οὐδὲ excludit locum.

XXIX. Eadem res est, cum negativa multiplicantur, dummodo per singula negentur singula. Ita triplicatur negatio in Evang. Luc. cap. XXIII. comm. 53. Ἔθηκαν ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Ad verbum: *Posuerunt in monumento exciso, ubi non erat, ne hactenus quidem, ne ullus quidem positus.* Amant nempe Græci singula negare: dumque negat οὐ verbum, excludit οὐδέπω omne tempus præteritum, et οὐδεὶς omnem personam: atque ita nulla particula est superflua.

XXX. Sic quatuor negativa jungit Plato duobus locis, quos notavi ad Viger. cap. VII. sect. 12. Reg. 2. quorum alia personam aut rem, alia tempus, alia modum, alia rationem quamlibet negant. Unum, ne exemplo destituar, liceat hic addere. Est ille in Parm. prop. fin. Ὅτι τἄλλα τῶν μὴ ὄντων οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει. *Quia alia cum eorum, quæ non sunt, aliquo nullibi ullo modo aliquod commercium habent.* ubi, cum singula negentur de singulis, nullum horum recte abundare dicitur. De οὐ μὴ dicetur infra.

XXXI. Secundo post verbum negativum, quale est ἀρνοῦμαι, non recte dicitur τὸ οὐ ἀρνητικὸν otiosum. Exemplum est in epist. 1

Joann. cap. II. comm. 22. Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνέμενος, ὅτι Ἰησῦς ὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; *Quis est ille mendax, nisi qui negat, Iesum esse Christum?* Sic etiam post verba vetandi, prohibendi, negandi particula μὴ poni solet. v. c. apud Lucian. in. Lapith. Τῦ παιδίυ ἀρνυμένυ μὴ ἀποβεβληκέναι. *Negante puero sibi excidisse*, nempe *nummos*. et Aristoph. Acharn. 168. Ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν. *Interdico vobis, ne concionem habeatis.*

ΟΥ' ΓΑΡ, *cum Adjunctis.*

I. Quoties negando causa infertur, dicitur ὐ γὰρ, nullo tamen insigniori usu, cum ita simpliciter adhibentur particulæ, et segregari citra ullum sententiæ damnum possunt, ut cum b. Petrus ait ep. post. cap. I. comm. 16. Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολυθήσαντες, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ δύναμιν. *Non enim artificiose conditas fabulas secuti, indicavimus vobis Domini nostri Iesu Christi potentiam.* Potuisset dicere: Σεσοφισμένοις γὰρ μύθοις ὐκ ἐξακολυθήσαντες etc. Ut in ep. ad Rom. cap. VIII. comm. 7. Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τῦ Θεῦ ὐχ ὑποτάσσεται. *Meditatio carnis inimicitiæ sunt adversus Deum: legi enim Dei non submittitur.* ubi vicissim potuisset dicere: Οὐ γὰρ ὑποτάσσεται.

II. In argumentando sæpe fit, ut causæ causa reddatur; cujus causarum ἐπαλληλίας exemplum est apud Hom. Il. Α. v. 152. Item apud Plat. Apolog. Socr. pag. 21. [c. 6. ed. Fischer.] Τί ὖν ποτε λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; Οὐ γὰρ δήπυ ψεύδεταί γε· ὐ γὰρ θέμις αὐτῷ. *Quid igitur significat Deus, dicens, me esse sapientissimum? non enim mentitur certe: non enim fas.* Alia præter hoc exempla suppeditat Budæus pag. 495. Cæterum quod diximus de ὐ γὰρ, idem quoque intelligendum de ὐδὲ γὰρ et ὔτι γάρ. Huc refero illud b. Pauli modo allatum: ubi enim dixerat: Τῷ γὰρ νόμῳ τῦ Θεῦ ὐχ ὑποτάσσεται, subjicit, ὐδὲ γὰρ δύναται.

III. Sed quæ vis αἰτιολογικὴ inest τῷ γὰρ in responsionibus negativis, quibus alterius negationem nostra negative stabilimus? ut apud Plat. in Phædr. pag. 276. [T. X. p. 384. ed. Bip.] dicenti Phædro: Οὔκυν δὴ τό γ' εἰκός. *Hoc quidem non est consentaneum.* respondet Socrates: Οὐ γάρ. Locutionem intelligo ellipticam, quæ intelligi aliquid extrinsecus jubeat: plena itaque sit: Οὐ γὰρ κατορθώσειεν ἄν τι, vel similis. *Non enim quicquam proficeret.* Hanc extrinsecus aliquid in subsidium vocandi facultatem concedere particulam γὰρ, supra evicimus h. v. §. 4. Τὸ γὰρ hic et in similibus idem præstat, quod ratio, si expressa fuisset, præstitisset, h. e. negationem ratione firmando rem extra dubitationibus aleam ponit: quare potest reddi, *Profecto non, Nequaquam, Neutiquam vero.* Sic apud Lucian. in Jove Confutato Tom. II. pag. 638. roganti Cynisco, Οὐδὲ τῦτό μοι θέμις εἰδέναι; *Nec hoc quidem mihi scire fas est?*

Digitized by Google

respondet Jupiter, Οὐ γάρ. *Enimvero non.* Plenius: Οὐ θέμις τοῦτ' εἰδέναι· οὐ γὰρ ἂν ἀφιληθείης οὐδὲ ἕν. vel si quid aptius.

IV. Citra responsiones novam vim firmius negandi accipit, quando negationi subjungitur, vel etiam interrogationi. Interrogationi in Act. Apost. cap. XVI. comm. 37. Ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; οὐ γάρ. *Conjecerunt nos in carcerem, et nunc clam emittunt? Non ita.* Et in illo Epicharmi apud Diog. Laërt. lib. III. pag. 195. Τί δ'; αὐλητάς τις εἶμέν τοι δοκεῖ ἄνθρωπος, ἢ οὐ γάρ; *Quid vero? Tibicen homone tibi esse videtur, an nequaquam?*

V. Interrogative prolatum intelligi vult ἄρα, suppressa etiam propositione, cujus causa negativa infertur. Habet sic emphasin, asseverationis vim augentem. ut cum apud Aristoph. in Acharn. v. 826. rogat Sycophantam Dicæopolis, cur deferret Megarensem, respondet ille: Οὐ γὰρ φανῶ τοὺς πολεμίους; non sine indignatione. Propositio latens, cujus ratio negativa additur, est hæc vel similis: Ἐχρῆν τοῦτον φαίνειν, ἐστὶ γὰρ πολέμιος. quod interrogative profert: *Quid? Egone ut non deferam hostem?* Quod si τῷ γὰρ tribuatur usus συλλογιστικὸς, de quo supra cap. XII. sect. 3. sensus erit: *An igitur hostem non deferam?*

VI. Οὐ γὰρ interrogativum habet et diversum a superiori usum, ellipticum tamen; nempe quando in fine et separatim ponitur, habetque novum cautionis in loquendo, a Græcis insigniter amatæ, indicium. Quum enim aliquid asseverarint Græci, ne quam sibi arrogantiæ notam conflent, addunt οὐ γάρ; quibus particulis alterius assensum quasi eliciunt et emendicant. Ejusmodi cautionis imprimis studiosus est Socrates apud Platonem, quem videsis in Gorg. pag. 480. [T. IV. p. 73. ed. Bip.] Δεῖ μὲν γὰρ δὴ, ἐκ τῶν νῦν ὡμολογημένων, αὐτὸν ἑαυτὸν μάλιστα φυλάττειν, ὅπως μὴ ἀδικήσῃ, ὡς ἱκανὸν κακὸν ἕξοντα· οὐ γάρ; *Ex iis, quæ nunc sunt concessa, oportet eum sibi imprimis cavere, ne injuria afficiat, tanquam satis mali habiturum. Nonne?*

VII. His adjicitur ἀλλὰ, et οὐ γὰρ ἀλλὰ sunt aggregata, quorum singula suo funguntur officio, ita ut ex his nullum sit supervacuum. Quod ut rite intelligatur, sciendum, perpetuam esse ellipsin, eamque duplicem; vel enim aliquid ex præcedentibus est revocandum, vel extrinsecus advocandum, quod negatur. Οὐ γὰρ igitur negativam rationem infert, et ἀλλὰ vi sua διαφορικῇ præcedentibus diversum opponit. Sic verbum ex præcedentibus repetendum apud Aristoph. in Ran. v. 58.

Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ 'δελφ'· οὐ γὰρ, ἀλλ' ἔχω κακῶς.

ubi post οὐ γὰρ revocandum verbum σκώπτω. *Ne jocare: non enim*

Digitized by Google

jocor. Sequitur diversum illud, ἀλλ' ἔχω κακῶς. *Sed male me habeo*, ut recte explicat Devarius.

VIII. Extrinsecus post οὐ γὰρ aliquid in subsidium vocandum est apud Plat. loco in Phædr. modo allato, ubi Phædro dicenti, οὐ δή τί γ' εἰκός· respondet Socrates: οὐ γὰρ, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν, σπερεῖ τε καὶ γράψει. Hic post οὐ γὰρ reticeri modo vidimus, κατορθώσειεν ἄν τι, aut simile quid. Tum superioribus opponit τὸ ἀλλὰ, τοὺς μὲν etc. *Non enim quicquam proficeret; sed hortos literarios, ut videtur, ludi gratia conseret scribetque*. Cæterum inter οὐ γὰρ et ἀλλὰ velim distingui.

IX. Neque imaginariam hanc esse ellipsin patet ex ipsius supplemento apud Aristoph. in Acharn. v. 402. ubi Dicæopolis rogat puerum, ut evocet Euripidem. Respondet ille: ἀλλ' ἀδύνατον. Tum Dicæopolis: Ἀλλ' ὅμως· οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν. *Non enim abibo, sed pulsabo januam*. Potuisset elliptice dicere: Οὐ γὰρ ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.

X. Est ubi ita comparata est oratio, ut et οὐ et γὰρ diversa intelligi patiantur. Verba sunt b. Pauli in Act. Apost. cap. XVI. comm. 37. Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν. Οὐ γὰρ, ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν. *Cæsos nos coram, indicta causa, cum simus Romani, conjecerunt in carcerem, et nunc clam nos emittunt. Non Profecto: sed veniant ipsi, et nos educant*. Si ellipsin, quæ hoc loco manifesta est, admittimus, res plana erit, hoc modo: Οὐ δεῖ ἡμᾶς λάθρα ἐκβάλλειν· Ῥωμαῖοι γάρ ἐσμεν· ἀλλὰ etc, ubi οὐ superiora cum negatione removet, γὰρ causam negationis infert, ὅτι Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ superioribus sequentia opponit. *Non decet nos clam emittere, sed ipsi veniant* etc.

XI. Adjecta particula καὶ, fit οὐ γὰρ ἀλλὰ καὶ, quando duplex nascitur ellipsis: nam præter vocem vel ex præcedentibus retrahendam, vel extrinsecus advocandam, etiam latet adverbium μόνον· inque hoc casu οὐ non negat superiora, sed ostendit, iis non acquiescendum, verum injicit exspectationem majoris alicujus, quod sequatur post ἀλλὰ καί. Sic intelligo Plat. lib. VI. de Rep. pag. 492. [T. VII. p. 87. ed. Bip.] Τίνα οὖν ἄλλον σοφιστὴν οἴει, ἢ ποίους ἰδιωτικοὺς λόγους ἐναντία τούτοις (an τούτοις?) τείνοντας κρατήσειν; Οἶμαι μὲν οὐδένα, ἦ δ' ὅς. Οὐ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἄνοια. Plenius: Οὐ γὰρ μόνον οὐδεὶς κρατήσει, ἀλλὰ καὶ etc. i. e. *Quem igitur alium sophistam, vel quos peculiares sermones contra tendentes putas esse superaturos? Nullum, inquit ille. Non solum, inquam, non superabit quisquam, sed etiam illud experiri mera stultitia est.*

XII. Adjuncta post οὐ γὰρ particula ἂν pertinet ad verbum, neque aggregatur proprie τοῖς οὐ γὰρ, sed quia in versione redditur

Digitized by Google

cæteroquin non, non potui verbulo non attingere. Indicat itaque conditionem tacitam, quæ si non adsit, non fiet id, quod post οὐ γὰρ ἂν sequitur: hæc conditio supprimitur. Atque hic τὸ ἂν exercere potest omnes potestates, quas ipsi supra assignavimus. Sic voluntatis notam habet apud Aristoph. in Ach. v. 402. ubi Dicæopolis evocatum vult Euripidem, quod cum servus negat, instat ille, Ἀλλ' ὅμως, inquiens; *evoca tamen:* Οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμι. *Cæteroquin nolo discedere.* Conditio suppressa sic liquet, si integram orationem sic restituimus: Εἰ γὰρ οὐκ ἐκκαλέσεις, οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι.

XIII. Futuri obliqui signum infert apud Plat. in Cratylo pag. 436. [III. p. 338. ed. Bip.] ubi ostendit, eum, qui rebus nomina assignavit, plenam rerum illarum cognitionem habuisse, cujus rei maximum hoc affert argumentum, eum non aberravisse a veritate, addens: Οὐ γὰρ ἄν ποτε οὕτω σύμφωνα ἦν αὐτῷ ἅπαντα. *Cæteroquin omnia non forent tam congrua.* Plenius, εἰ γὰρ ταῦτ' οὐχ οὕτως ἔχει, οὐκ ἄν ποτε, et reliqua.

XIV. Cum particulas γὰρ δὴ supra exposuerim, non est, quod diu hæream in οὐ γὰρ δὴ, in quibus τὸ δὴ argumentationem negativam suo pondere firmat: ut facit Socrates apud Plat. in Apolog. pag. 20. [c. 5. ed. Fischer.] Οὗτοι δὲ τάχ' ἄν, οὓς ἄρτι ἔλεγον, μείζω τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοὶ εἶσιν, ἢ οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε αὐτὴν ἐπίσταμαι. *Hi vero fortasse, quos modo nominavi, majori quadam quam humana sapientia præditi sunt, aut, quid dicam, non habeo: non enim profecto illam equidem novi.*

XV. Utuntur in argumentis a majori ad minus, ut Aristoteles lib. II. de Rep. cap. 5. Εἰ οἱ φύλακες μὴ εὐδαίμονες, τίνες ἕτεροι; οὐ γὰρ δὴ οἵ γε τεχνῖται καὶ τὸ πλῆθος τὸ τῶν βαναύσων. *Si custodes non sunt beati, quinam alii? non certe equidem credo, artifices opificum sordidorum multitudo.*

XVI. Stabilitam per δὴ rationem sua potestate aliquantulum infringit adjecta particula πε enclitica, non eo tamen fine, ut re vera imminuat vim argumenti, sed argumentantem indicat paratum ad audiendum, si quid alter habeat, quod opponat. Ita Cyrus ad Tigranem Cyrop. III. 1. 17. Dixerat nempe ille, patrem suum uno die ad mentem sanam rediisse. Tum Cyrus: Πάνυ μὲν οὖν πάθημα ἄρα σὺ λέγεις τῆς ψυχῆς εἶναι τὴν σωφροσύνην, ὥσπερ λύπην, οὐ μάθημα. οὐ γὰρ ἂν δήπου, εἴγε φρόνιμον δεῖ γενέσθαι τὸν μέλλοντα σώφρονα ἔσεσθαι, παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο. *Omnino igitur affectum tu nominas sanitatem mentis, ut tristitiam; non disciplina parabilem: non enim utique, si prudentem esse oportet eum, qui sit sanæ mentis, illico ex insano ad bonam frugem redeat.*

XVII. Quomodo γὰρ in responsionibus negativis vim αἰτιολογικὴν servare possit, modo vidimus §. 3. quare superfluum sit eam denuo eruere in οὐ γὰρ οὖν, notandum tantummodo, non superfluum esse

Digitized by Google

τὸ ὤν, cujus potestatem affirmativam ex conclusiva natam postea examinabo, ubi ad particulam ὤν pervenero. Usus est in responsionibus, quibus alterius negationi nostra adstipulantes per οὐ γὰρ, stabilimus per ὤν. Nusquam igitur, quod sciam, utuntur his particulis Græci, nisi cum negatio præcesserit. Plurimus hic est Plato, quem vide in Phæd. p. 104. [c. 53. ed. Fischer.] Οὐδὲ μὴν ἐναντίον γέ ἐστι δυὰς τριάδι. *Neque sane contrarius est ternario numero binarius.* Respondetur: Οὐ γὰρ ὤν. In his et similibus non prolixis verbis eruam particularum γὰρ et ὤν potestates supplendo ellipsin extrinsecus: sufficiat ratiocinationis et conclusionis tanquam vestigia in oratione relinqui particulas, quæ, præcedente οὐ, negationem tam firmiter stabiliunt, ac si consequentia ex præmissa argumentatione rite deducta stabiliretur. Idem Plat. ibid. pag. 93. extr. [c. 42. ed. Fischer.] Τοῦτο δέ γε πεπονθυῖα (ψυχὴ) οὐδὲν πλέον ἀναρμοστίας, οὐδὲ ἁρμονίας μετέχοι ἄν. *Ita affectus animus neque discordiæ, neque concordiæ magis fuerit particeps.* Ait alter: Οὐ γὰρ ὤν.

XVIII. Ubi vero præcedens negatio vel ratione fulcitur, vel conclusione infertur, non opus est aut rationem aut conclusionem extrinsecus arcessere, quippe ex præcedentibus repeti possit illa, ubi præcedit γὰρ, hæc, ubi ἄρα. Præcedit γὰρ apud Plat. in Euthyphrone sub principium, ubi Euthyphron ait: Γραφήν σέ τις. ὡς ἔοικε, γέγραπται· οὐ γάρ που ἐκεῖνό γε καταγνώσομαι, ὡς σύ γε ἕτερον. *Reum te egit, ut videtur, aliquis: non enim utique illud certe grave de te judicabo, te quidem alterum accusare.* Respondet Socrates: Οὐ γὰρ ὤν. Integra esto oratio: Ἕτερός με γραφὴν γέγραπται· οὐ γὰρ ἔγωγε βουλοίμην ἕτερον· ἀληθῶς ὤν ἔλεγες. Hæc si ita aut simili modo supplentur, nulla particula erit otiosa. Præcedente ἄρα illativo, τὸ ὤν ex præmissa illatione concludit: ut apud eund. in Soph. pag. 256. [T. II. p. 280. ed. Bip.] dicenti, οὐ ταὐτὸν ἄρα ἐστι, respondetur, οὐ γὰρ ὤν.

XIX. Τοῖς οὐ γὰρ adjicitur etiam particula που, quæ non tam στοχαστικὴ aut conjecturalis est, quam simulata dubitatione assensum elicit. e. c. in Platonis Euthyphrone statim in principio: Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, ὅτι σὺ ἐνθάδε διατρίβεις; οὐ γάρ που καί σοι δίκη τίς ἐστα τυγχάνει. [G. *denn du hast doch nicht etwa hier auch einen Process.*] Hic non asseveranter quidem negat Euthyphron, ceteroquin οὐ γὰρ dixisset, sed incredibile sibi videri ait Socratem lites agere. Ubi ἂν additur, illud est potentiale et referendum ad verbum suum, cui actum tollit: ut Plat. in Sympos. [T. X. p. 221. ed. Bip.] ὅπως ἂν φαίνηται κάλλιστος τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν, οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσιν. *ut videlicet iis, qui minus hominem norunt, optimus appareat; non enim, ut videtur, iis certe, qui norunt.* [G. *Denn denen wenigstens, die ihn kennen, wohl nicht.*] Ceterum longius discedit Vigerus, qui οὐ γὰρ ἄν που hic significare ait: *Absit enim; cum hoc* sit abominantis, quæ potestas propria est μὴ, non οὐ. Itaque ille sic h. l. reddit: *Ut videlicet iis, qui minus hominem norunt, optimus appareat: absit enim, ut iis, qui norunt.* Particulam ἂν

etiam suo *absit enim* comprehendit, quæ tamen vi δυνητικῇ tollit actum verbi, ad quod refertur. Sed et Budæum miror, qui, quum οὐ γὰρ δὴ in Xenophonte dixisset notare *absit enim*, subdit, οὐ γάρ πω eodem modo dixisse Platonem in Symposio, cujus verba sequuntur, quæ modo dedimus, et ea tamen reddit: *Neque enim peritus utique.*

XX. Cæterum notandum, frequentissime, apud Platonem certe, sequi particulam γε, quæ adhæret quidem voci, cui postponitur, sed unde discimus, limitationem affici per particulas οὐ γάρ πω. v. Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 347. ed. Bip.] Τίνος ἕνεκ' ἄν τις, ὡς εἰπεῖν, ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα; οὐ γάρ πω ἐκείνων γε, ὧν προλυπηθῆναι δεῖ. Hic particula γε reddit orationem ellipticam, quæ sic possit suppleri: εἰ γὰρ ἂν μάλιστα ζῴη, οὐκ ἐκείνων γέ πω ἡδονῶν ζῴη ἄν, ὧν προλυπηθῆναι δεῖ. *Si enim vel maxime vivere quis vellet ob alias causas, saltem non ob eas utique voluptates, quas necessario dolor antecedit.*

XXI. Ut ad conjecturalem particulæ πω usum redeamus, quo minus eum statuamus indubitatum, obstant illa loca, in quibus nullus dubitationi locus est, quale est illud apud Plat. in principio Euthyphronis, ubi Euthyphron, qui negaverat modo (si velis, dubitabundus tamen) Socrati litem esse paratam, nunc cognito hoc verum esse, miratur, et dicit: Τί φῄς; γραφήν σέ τις, ὡς ἔοικε, γέγραπται· οὐ γάρ πω ἐκεῖνό γε καταγνώσομαι, ὡς σύ γε ἕτερον· ubi τὸ γε posterius limitat actorem: quam limitationem argumentando negat, non dubitabunde per particulam πω στοχαστικὴν, sed, ut dixi, assensum Socratis elicientem. Non potuit, qui Socratem noscebat, dubitare, utrum ille alteri diem dixisset, an compellatus ad judicium adesset. Sic apud eundem in Phæd. pag. 92. [c. 41. ed. Fischer.] suadet Socrates Simmiæ, ut mutet sententiam, qua dixerat animam esse harmoniam, et harmoniam esse rem compositam ex iis, quæ per corpus sunt extensa. Addit rationem: Οὐ γάρ πω ἀποδέξῃ γε σεαυτοῦ λέγοντος, ὡς πρότερον ἦν ἁρμονία συγκειμένη, πρὶν ἐκεῖνα εἶναι, ἐξ ὧν ἔδει αὐτὴν συντεθῆναι· ἢ ἀποδέξῃ; Οὐδαμῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Quo minus hic πω στοχαστικῶς accipiamus, facit ipsa consequentiæ absurditas: quis enim credat, dubitavisse Socratem, Simmiam consessurum fuisse, harmoniam compositam fuisse ante, quam ea essent, ex quibus componeretur? Quare nec illud quidem, ἢ ἀποδέξῃ; dubitationis indicium est, sed invitationis potius, qua eliciat responsionem negativam, quæ subsequitur etiam.

XXII. Particula γε latet in ἔγωγε apud eundem in Phædr. pag. 262. [T. X. p. 355. ed. Bip.] Οὐ γάρ πω ἔγωγε τέχνης τινὸς τοῦ λέγειν μέτοχος. *Non enim equidem aliqua dicendi arte utique valeo.*

XXIII. Adjicitur τοῖς οὐ γὰρ particula βεβαιωτικὴ τοὶ, idem quod οὐ γὰρ δὴ, simillimo usu, quo ratio negativa confirmatur. ut apud Platonem in Euthydemo p. 286. [T. III. p. 35. ed. Bip.] Ἐγὼ δὲ

Digitized by Google

θαυμάσιος τὸν λόγον, Πῶς ἔφην, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις; ΟΥ᾿ ΓΑ'Ρ ΤΟΙ, ᾽ΑΛΛΑ` τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. Οὐ et ἀλλὰ diserte ait Budæus παρέλκειν, imo etiam τὸ τοὶ παρέλκειν credidisse videtur, cum totum hoc, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ, reddat *etenim. Etenim hoc verbum cum ego sæpe et de multis audiam, semper admirari solitus sum.* At ego adduci non possum, tres particulas orationi temere intertexi, præsertim negativam. Recte Devarius ante ἀλλὰ intelligit συνίημι, ut integra sit oratio; οὐ γάρ τοι συνίημι, ἀλλὰ etc. et sic distinguendum post οὐ γάρ τοι. Ita omnes particulæ egregie funguntur suo officio. Dixerat: Πῶς λέγεις; cujus interrogationis reddit τὸ γὰρ rationem μετ' ἀρνήσεως, *non enim intelligo;* quam rationem negativam confirmat τὸ τοὶ, et ἀλλὰ potestate sua διαφορικῇ a superioribus diversum quid ponit. Reddo igitur: *Quomodo, inquam, o Dionysodore, hoc dicis? Nam revera non intelligo: sed hunc quidem sermonem e multis jam et sæpe audivi, et semper admiratus sum.*

XXIV. Integram orationem habes apud Hom. Odyss. I. v. 190.

Κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
᾿Ω φίλοι, ΟΥ᾿ ΓΑ'Ρ Τ᾿ ῎ΙΔΜΕΝ, ὅπη ζόφος, οὐδ᾿ ὅπη ἠὼς,
Οὐδ᾿ ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσιν ὑπὸ γῆν,
Οὐδ᾿ ὅπη ἀννεῖται· ᾽ΑΛΛΑ` φραζώμεθα θᾶσσον.

O amici, sodales mei, audite me dicentem, quanquam nunc gravia patientes; nam revera nescimus, ubi terrarum simus, sive spectemus septentrionis tenebras, sive austrum lucidum, sive qua sol mortales illustrans condit se sub tellure, sive qua parte surgit: sed subitum ineamus consilium.

ΟΥ᾿ ΔΗ'ΠΟΥ. ΟΥ᾿ ΔΗ'ΠΟΥ ΓΕ. ΟΥ᾿ ΜΕ'Ν.

I. ΟΥ᾿ ΔΗ'ΠΟΥ negationem stabilitam ab alterius suspendit judicio: infertque signum modeste de se sentientis, nihilque tam certo affirmare volentis, quin adsit, quod quasi audacius dictum molliat; itaque δήπου post οὐ alterum invitat, ut negationem stabilitam sua negatione adjuvet, ut apud Plat. lib. de Rep. VI. pag. 502. [T. VII. p. 106. ed. Bip.] ῎Αρχοντος γάρ που, ἦν δ᾿ ἐγὼ, τιθέντος τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ διεληλύθαμεν, ΟΥ᾿ ΔΗ'ΠΟΥ ἀδύνατον ἐθέλειν ποιεῖν τοὺς πολίτας. Οὐδ᾿ ὁπωστιοῦν. Latini, ut similiter orationem afficiant, interserunt, *opinor, crediderim, putem,* vel etiam *nonne?* ut in his: *Ubi enim, inquam, princeps utique legem fert, eosque mores instituit, quos oratione sumus persecuti, nullus profecto negabit, opinor, fieri posse, ut cives velint servare.*

II. ΟΥ᾿ ΔΗ'ΠΟΥ ΓΕ significat *non saltem, opinor.* [G. *doch wohl*

wenigstens nicht.] ut apud Demosth. in orat. adv. Leptinem clausula: Θαυμάζω δ᾽ ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ᾽ ὑμῖν ἐστιν ἡ ζημία, τοῖς δ᾽ ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. ΟΥ᾽ ΔΉΠΟΥ ΓΕ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι δεῖ πλείω λέγειν. *Equidem miror, eos, qui monetam adulterant, apud vos morte mulctari, et vos iis, qui totam civitatem adulterinam et perfidam reddunt, dicendi copiam facturos. Profecto non hoc quidem permittetis saltem, opinor.* Est itaque vehementissima negatio, quam tamen, ut in dicendo artificiosissimus est, caute et astute judicio judicum submittit.

III. Rarior usus est particularum aggregatarum ΟΥ᾽ ΜῈΝ et earum obscurior usus, nisi sequatur aliquid ἀποδοτικὸν, δὲ puta, ἀλλὰ, ἀτὰρ vel simile, quorsum referri possit illud Achillis apud Hom. Il. Α. v. 163.

Οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ᾽ Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ᾽ εὖ ναιόμενον πτολίεθρον·
Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ᾽—

ubi ἀλλὰ possit respondere τῷ μέν. *Non equidem unquam æquale tibi habeo præmium, quum Achivi Trojanorum illustrem urbem expugnaverint: attamen maximam partem belli impetuosi manus meæ peragunt.*

IV. At impedita τοῦ μὲν magis ratio est, ubi nihil sequitur ἀποδοτικὸν, ut in eodem libro v. 603.

Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Δαίνυντ᾽· οὐδ᾽ ἔτι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,
ΟΥ᾽ ΜῈΝ φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ᾽ Ἀπόλλων,
Μουσάων θ᾽, αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ·
Αὐτὰρ, ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, etc.

Hic, Αὐτὰρ, ἐπεὶ κατέδυ, non respicit τὸ οὐ μὲν, sed, ὡς τότε μέν. Proximum est, ut opinor, τὸ μὲν quodammodo esse περιγραφικὸν, quod adjicitur, tanquam pars orationis nobilior, quæ minime negligenda videri possit; q. d. *Nec lyra quidem aberat.* Et ita quidem res se habere videtur, donec suppeditetur melius. Itaque reddo: *Sic totum hunc diem usque ad occasum solis epulis consumebant: neque eorum animus indigebat æqualis portionis, nec lyræ quidem pulcræ, quam tenebat Apollo, Musarumve, quæ alternis canebant voce pulcra.*

V. Adjicitur etiam particula δὴ, ut fiat ΟΥ᾽ ΜῈΝ ΔῊ, conflatum ex ΟΥ᾽ negativo, ΜῈΝ limitante et ΔῊ confirmativo. Usus est in responsionibus negativis, ubi negationem rei limitatæ confirmatam volumus, q. d. *profecto id saltem non.* ut apud Xen. Cyrop.

Digitized by Google

II. 2. 22. Ἔστι, νὴ Δί', ἀνὴρ σύσκηνος ἐμὸς, ὃς ἐν παντὶ μαστεύει πλεῖον ἔχειν. Ἄλλος δ' αὖ ἐπήρετο αὐτὸν, ἦ καὶ τῶν πόνων; Μὰ Δί', ἔφη, οὐ μὲν δή. *Per Jovem, est mihi contubernalis, qui in omnibus studet majorem portionem habere. Alter vicissim interrogabat: An etiam laborum? Per Jovem, inquit, certe id quidem minime.* [G. *Das nun wol eben nicht.*]

VI. Additur etiam particula ΟΥ͂Ν, unde nascitur ΟΥ̓ ΜῈΝ ΟΥ͂Ν, ita ut οὐ neget, μὲν limitet, οὖν concludat. Græcos βραχυλογίας amantes, particulas tanquam indicia deficientium vocum, vel præposteræ verborum structuræ relinquere, non semel observatum. Id et hic venit. E. g. apud Aristoph. in Ran. v. 564. dicit aliquis:

— Οὐμενοῦν με προσεδόκας,
Ὁτιὴ κοθόρνους εἶχες, ἀναγνῶναί σ' ἔτι.

Hic οὐμενοῦν neque *imo vero,* neque *atqui non* recte reddas, nec sic cognosci particularum potestas potest genuina, nisi ad diversa sententiæ membra referuntur. Mutata igitur verborum structura ita lego: ὅτι μὲν κοθόρνους εἶχες, οὐ προσεδόκας οὖν μ' ἀναγνῶναί σε ἔτι. *Quia cothurnos induisti, ideo me non agnituram te sperabas amplius.* ubi μὲν limitat habitum, unde οὖν colligit τὴν οὐκ ἀνάγνωσιν. Demosthenis locus est in Orat. de Corona pag. 333. Integra hæc sunt verba: Ἆρ' οὖν οὐδὲ ἔλεγεν, ὥσπερ οὐδὲ ἔγραφεν, ἡνίκα ἐργάσασθαί τι δέοι κακὸν ὑμᾶς; ΟΥ̓ ΜῈΝ ΟΥ͂Ν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ. i. e. *An igitur nihil dixit, quemadmodum nihil scripsit, cum mali quippiam vobis inferendum esset? Atqui* vel *Imo nulli alii dicendi locus dabatur.* Inquirit Orator, an pro concione Æschines habuisset orationem, quod inde colligit, quod nemini præterquam ipsi dicendi copia facta est. Reliqua sic cognoscuntur: Οὐ μὲν ἑτέρῳ ἦν εἰπεῖν, μόνῳ οὖν Αἰσχίνῃ. Quando Budæus reddit: *Nulli certe,* et reliqua, pag. 486. optime exprimit illud μὲν πειμογραφικόν: nam sensus est: *certe non alii, ergo Æschini.* Et ita intelligendus etiam Lucianus in Timone tom. I. pag. 169. Ἀλλὰ τί τοῦτο; Ὁ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; ΟΥ̓ΜΕΝΟΥ͂Ν ἄλλος. i. e. ἄλλος μὲν οὐκ ἔστιν· ἔστιν οὖν ὁ Θρασυκλῆς. *Sed quid hoc? Estne hic Thrasycles philosophus? Certe non est alius. Ergo ipse est.* [G. *Ei! nicht doch: es ist ja ein andrer.*] Hinc igitur verum particularum significatum liceat cognoscere, qui non certis quibusdam locis, sed omnibus optime quadrat. Quod si nomen *Thrasycles* non præcessisset, sed secutum fuisset, clarius apparuisset non potestas solum, sed etiam officium particulæ μέν: nam hoc casu illi respondisset particula δὲ, ἀλλὰ, vel alia cognatæ significationis. V. g. si ita verborum ordinem mutemus: Ἀλλὰ τί τοῦτο; Τίς οὗτός ἐστιν; Οὐμενοῦν ἄλλος, ὁ Θρασυκλῆς δέ· vel οὐμενοῦν ἀλλ' ὁ Θρασυκλῆς· ut loquitur in Dialog. Mort. tom. I. pag. 380. ΑΛ. Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαί σου, ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι. ΑΝ. Οὐμενοῦν ἀλλ' ἐμέ. *AL. Ego tibi, o Afer, præferendus sum; nam sum præstantior. AN. Minime vero; sed ego.* Pro, οὐ δεῖ μέν σε προκεκρίσθαι, ἀλλ' οὖν ἐμέ. q. d. *Quando*

inter nos de principatu contentio est, non te oportet præferri: si non te, at ergo me. h. e. *imo me.* Si quis tamen τῷ οὖν assignet vim βεβαιωτικὴν, quam supra tetigi h. v. et in ipsa particula οὖν loco suo videbimus, non admodum refragor: sic erit οὐ σὺ μὲν, ἀλλ᾽ οὖν ἐμέ.

VII. Ad usum quod attinet, is est ἐπανορθωτικὸς, præmissa negans, sequentia, ut veriora, substituens, et sic commode redditur *imo.* ut apud Aristoph. in Plut. v. 871. ubi Carioni dicenti:

Ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τοιχωρύχων.

Tu sane nebulo eras et parietum perfossor. respondet Sycophanta:

Μὰ Δί᾽, οὐμενοῦν ἔσθ᾽ ὑγιὲς ὑμῶν οὐδενός.

Imo per Jovem, nihil est in vobis sani.

VIII. Ast ubi οὐ in οὐμενοῦν non ad præcedentia, sed ad sequentia pertinet, vix reddas *imo*, ut apud Plat. in Sympos. pag. 201. [T. X. p. 226. ed. Bip.] Ἐγὼ, inquit Agatho, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν· ἀλλ᾽ οὕτως ἐχέτω, ὡς σὺ λέγεις. *Ego, o Socrates, tibi non possem contradicere: sed esto ita, ut tu dicis.* Tunc Socrates: Οὐμενοῦν τῇ ἀληθείᾳ, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν, ἐπεὶ Σωκράτει γ᾽ οὐδὲν χαλεπόν. Si hic reddas *imo*, aut contrarius erit sensus, aut negatio repetenda est: *Imo veritati, o carissime Agatho, contradicere non potes; quoniam Socrati quidem contradicere non difficile est.* Interim egregie servant particulæ potestatem, quarum vera sit explicatio: *Ex iis quæ dicis, si quid aliud, hoc certe sequitur, te non posse* etc.

IX. Dicunt etiam οὐ μέν πως, sed nullo, quod sciam, insigniori usu, cum πως non afficiat particulas οὐ μὲν, sed pertineat ad verbum suum; verbatim autem redduntur, *non quidem ullo modo*, h. e. *nullo plane modo, nequaquam.* Poëticum esse dicit H. Stephanus, et occurrere apud Homerum. Ecce locum Il. Β. v. 203.

Οὐ μέν πως πάντες βασιλεύσομεν ἐνθάδ᾽ Ἀχαιοί.

Non quidem ullo modo omnes regnabimus hic Achivi.

X. Frequentius adjicitur particula ΤΟΙ βεβαιωτικὴ, confirmans limitatam per μὲν negationem. Hinc natum οὐ μέν τοι ad verbum notat, *non quidem sane.* In responsionibus negativis frequentem habet usum, cum scilicet præcedentem alterius negationem nostra negatione vicissim stabilimus: ut apud Plat. in Phædone pag. 94. [c. 42. ed. Fischer.] ubi dicenti, Ἁρμονία γὰρ δήπου, παντελῶς αὐτὸ τοῦτο οὖσα ἁρμονία, ἀναρμοστίας οὔποτ᾽ ἂν μετάσχοι. *Nam harmonia, opinor, nempe omnino ipsa harmoniæ idea, nunquam potest discrepantiam admittere.* respondetur, οὐ μέν τοι, supple μετάσχοι. *Pro-*

Digitized by Google

fecta non potest quidem. Et pag. 82. [c. 32. ed. Fischer.] Οὐ γὰρ ἂν πρέποι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Κέβης. Οὐ μέν τοι, μὰ Δί', ἦ δ' ὅς. *Non enim consentaneum sit, o Socrates, dixerat Cebes. Non profecto id quidem, aiebat ille.* Et apud Aristoph. in Vesp. v. 663.

Φ. Οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός.
Β. Μὰ Δί', οὐ μέν τοι. —

Nec decima quidem pars proventus nobis merces est. Respondet alter: *Per Jovem, non quidem sane.* q. d. *si quid unquam recte negavisti, hoc quidem recte profecto negandum est.* [G. *Freilich wohl nicht.*]

XI. Vel ubi respondetur interrogationi, præsertim cui negatio admista est, ut apud eundem in Avib. 1667.

Ἡ. Ἐμοὶ δ' ἄρ' οὐδὲν τῶν πατρῴων χρημάτων
Μέτεστιν; Π. Οὐ μέντοι, μὰ Δία.

H. An ergo nihil ex paternis bonis ad me redit? P. Profecto nihil quidem, per Jovem.

XII. Οὐ μέντοι per se *non tamen, nec vero* significare ait Devarius, atque ita tribuit sensum adversativum, qui excludi quidem non potest; sed an *per se* hoc præstet μέντοι, disquisitum est supra h. v. ubi apparuit, hunc usum dependere a casu, quum adversam partem negat, vel potius negatam stabilit: isque usus est frequens, quando ἐν ἀποδόσει adhibetur, præcedente μὲν ἐν προτάσει: ut apud Demosth. adv. Leptin. pag. 375. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πάντες οἱ τοιοῦτοι παροξυντικοὶ μὲν εἶναι πρὸς τὸ τὰς ἀτελείας ὑμᾶς ἀφελέσθαι πεῖσαι· οὐ μέντοι δίκαιοί γε οὐδαμῇ. *Mihi vero videntur omnia hujusmodi verba habere incitamentum, quo impellamini ad tollendas immunitates; nequaquam tamen justa.*

XIII. Potest etiam usum adversativum habere, etiamsi μὲν non exprimitur, dummodo commode intelligatur, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 502. [T. VII. p. 107. ed. Bip.] Νῦν δὴ, ὡς ἔοικε, ξυμβαίνει ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας, ἄριστα μὲν εἶναι, ἃ λέγομεν, εἰ γένοιτο· χαλεπὰ δὲ γενέσθαι, οὐ μέντοι ἀδύνατά γε. ubi verborum ordo vix concedit, ut μὲν in priori membro addatur. Potuisset dicere γενέσθαι δὲ χαλεπὰ μὲν, οὐ μέντοι et reliqua. i. e. *Nunc jam, ut videtur, in legibus condendis evenit nobis, ut ea, quæ dicimus, optima quidem sint, si effectum sortiantur: id autem sit difficile quidem, non tamen fieri saltem non possit.*

XIV. Adjicitur τοῖς ΟΥ' ΜΕ'Ν ΤΟΙ etiam particula ἀλλὰ, quam sequitur post interjectam voculam γε, non afficiens quidem οὐ μέντοι, ἀλλὰ, sed limitans id, cui apponitur. In quibus οὐ negat vocem dissimulatam, vel ex præcedentibus repetendam, vel extrinsecus arces-

sendam; ΜΕ'Ν est περιγραφικὸν, limitans id, quod negat οὐ; ΤΟΙ' limitatam negationem corroborat: et 'ΑΛΛΑ' διαφορικὸν ἐπανορθωτικῶς ponit aliquid diversum: ut igitur οὐ μέν τοι ἀλλά γε sit: *non sane quidem, sed saltem*. Platonis Phædone pag. 62. [c. 6. ed. Fischer.] Καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὕτως γ' εἶναι ἄλογον· οὐ μέντοι, ἀλλ' ἴσως γ' ἔχει τινὰ λόγον. Dixerat videri hoc a ratione alienum; quod mox corrigens, ait: *Non sane quidem, sed fortasse aliqua saltem ratione nititur.* ubi post οὐ μέντοι intelligo, ἁπλῶς ἄλογόν ἐστι.

XV. Ellipsin partim supplet Aristophanes in Vesp. vs. 231.

Χώρει, πρόβαιν' ἐῤῥωμένως. ὦ Κωμία, βραδύνεις;
Μὰ Δί', οὐ μέντοι πρότου γ'· ἀλλ' ἦσθ' ἱμᾶς κύνειος.

Incede, progredere fortiter. O Comia, lentus es? Per Jovem, profecto non ante quidem certe tam lentus eras, sed lori canini similis. Potuisset more solito dici: Οὐ μέντοι, ἀλλ' ἦσθα πρότου γ' ἱμᾶς κύνειος. Nunc πρότου γε intertextum disjungit particulas, certo argumento, eas non constituere formalem notam, ut docet Devarius.

XVI. Denique additur et quinta particula ΚΑΙ' ἐπιδοτικὴ, et fit ΟΥ' ΜΕ'ΝΤΟΙ 'ΑΛΛΑ' ΚΑΙ', quæ præcedentia corrigunt quidem, non tollunt tamen; sed iis, tamquam non plene dictis, aliquid addit καὶ, ut apud Plat. in Convivio pag. 173. [T. X. p. 166. ed. Bip.] 'Αλλὰ τίς σοι διηγεῖτο; ἢ αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἦν δ' ἐγὼ, ἀλλ' ὅσπερ Φοίνικι· 'Αριστόδημος ἦν τις——Οὐ μέντοι, ἀλλὰ καὶ Σωκράτη γε ἔνια ἤδη ἀνηρόμην, ὧν ἐκείνου ἤκουσα, καί μοι ὡμολόγει, καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. Principio negat, se rem audivisse ex Socrate, sed Aristodemum eam narravisse ait. Quod cum confidenter nimis sibi videbatur dixisse, ne quid, quod verum erat, celaret, addit οὐ μέντοι, ἀλλὰ καὶ etc. Supple οὐ μέντοι 'Αριστόδημος μόνος ἅπαντα διηγεῖτο. *Non sane quidem*, vel, si vis, *non tamen omnia ex solo Aristodemo audivi, sed et Socratem nonnulla rogavi, quæ ex illo audieram; et is mihi confessus est, quemadmodum ille narraverat.* Quæ si ita sunt, velim distingui post οὐ μέντοι, et legere οὐ μέντοι ἀλλὰ, et οὐ μέντοι, ἀλλὰ καὶ, quia οὐ μέντοι referri debet ad superiora, ἀλλα et ἀλλὰ καὶ ad sequentia.

ΟΥ' ΜΗ'.

I. Particulæ οὐ et μὴ, sic aggregatæ, ut οὐ præponatur (nam de μὴ οὐ supra satis dictum) mutuam sibi operam præstant in negando aut prohibendo firmiter, ita ut οὐ prohibitionem vi ἀρνητικῇ, et μὴ negationem vi ἀπαγορευτικῇ adjuvet. Aliquando prævalet τὸ οὐ, quando negatio magis est, quam prohibitio; aliquando μὴ, quando contra fit: quare in priori casu τῷ οὐ accentum tribui vult Devarius, quod tamen nescio, ad sit necessarium. Refertur utraque particula ad idem verbum, cui τὸ μὴ semper actum tollit, quem redigit ad po-

Digitized by Google

tentiam vel voluntatem: quare indicativo locus nullus est, si tempus futurum excipias, plane ut supra in particula ἂν observatum est. vid. Plat. in Phædr. pag. 227. sub fin. [T. X. p. 281. ed. Bip.] Οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστε, ἂν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μεγάραδε, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ. *Tanta me audiendi cepit cupiditas, ut, si vel Megara usque ambulando pertendas, ego a te minime discessurus sim.* h, e. *discedere nolim*, vel *non possim*.

II. Rarius prævalet μὴ ἀπαγορευτικόν. Suidas habet, Οὐ μὴ ληρήσῃς, quod exponit, Ὅρα ἵνα μὴ ληρήσῃς· οὐ πάνυ ληρεῖν; Aristophanes in Nub. (afferente Devario) vs. 295. Οὐ μὴ σκώψῃς. *Ne cavillare.* Et in Ran. vs. 465. Οὐ μὴ διατρίψῃς. *Ne conteras.* Et vs. 527. Οὐ μὴ φλυαρήσῃς. *Ne nugeris.* Sed, cum hic μὴ per se satis prohibeat, roget quis, quid faciat οὐ. Ne dicam, omnino illud esse otiosum, ellipsis latere potest, ita ut ex præcedentibus aliquid sit arcessendum, vel aliunde in subsidium vocandum, quod οὐ neget; ut in primo loco, ubi Strepsiades in re seria jocatus est, cui respondens Socrates ait: Οὐ μὴ σκώψῃς. Hic οὐ potest negare, sanam esse alterius rationem, et integra esse locutio: Οὐχ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα. vel similis. In secundo loco præcedit:

Ἄγε δή, τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω; τίνα;
Πῶς ἐνθάδ' ἄρα κόπτουσιν οἱ 'πιχώριοι;

Age jam, quomodo pulsabo ostium? quomodo? Quomodo hic ergo pulsant more patrio? Videtur Bacchus, dum hæc loquitur, fortius pulsavisse januam; cui tum Xanthias: Οὔ, μὴ διατρίψῃς· pro, [illegible]τέον οὕτω, μὴ διατρίψῃς. *Non ita pulsandum, ne confringas.* Et in ultimo hoc Bacchus dixerat:

— Οὔτοι σὺ σπουδὴν ποιεῖς,
Ὁτιή σε παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα;

Non utique hoc serio accipis? nam per jocum simulavi te Herculem. Οὐχ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα. Μὴ φλυαρήσῃς ἔχων. *Non ita est, ne nugeris.* In hoc tamen loco legitur φλυαρήσεις. Si hæc admittitur ellipsis, οὐ et μὴ non ad idem verbum referuntur, et ideo οὐ postulat accentum, ut legatur, οὔ, μὴ σκώψῃς etc. Atque etiam sic distinguendum post οὔ.

III. Frequentius prævalet potestas negativa, cujus exempla sunt creberrima apud sacros scriptores. vid. Apocal. XXI. 25. Οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν. *Portæ ejus minime claudentur. Minime* dico, quia, si vel maxime negatur, μὴ exercere vim prohibendi, illud tamen ejus potestatis potest videri tanquam vestigium servare, quo negationi vehementiam addit.

IV. Paulo clarius se exserit vis prohibitiva in Evang. Matth. Matth. cap. V. comm. 18. Ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν,

Digitized by Google

ἡ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Idem videtur intelligi, ac si diceretur, οὐ παρελεύσεται, καὶ μὴ παρέλθῃ. *Non præteribit, neque prætereat.* Ita rei negatæ assensus aliquis accedit, et dicentis approbatio, ut et in posteriori Petri epist. cap. I. comm. 10. Ταῦτα ποιοῦντες οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. Pro οὐ πταίσετέ ποτε, οὐδὲ μὴ πταίσητε. *Hoc facientes nunquam impingatis, precor.* Adde Apocal. XVIII. 22 et 23. Marc. IX. 1. Luc. XIII. 35.

V. Languidior vis prohibitiva, quando aliis futuris, in quibus μὴ abest, attexitur. ut apud Ies. Sir. cap. XXXII. comm. 13. Οὐ λήψεται πρόσωπον ἐπὶ πτωχοῦ, καὶ δέησιν ἠδικημένου εἰσακούσεται. Οὐ μὴ ὑπερίδῃ ἱκετείαν ὀρφανοῦ. *Nullam personæ habebit rationem adversus pauperem, et preces injuriam passi exaudiet: nequaquam negliget supplicantem orphanum.* vid. lib. 1. Macchab. cap. II. comm. 63. Matth. XXIV. 2. Joann. X. 5. Hebr. VIII. 10 et 11. Luc. I. 15.

VI. Sed evanescit omnino vis prohibitiva, quando liquet, mentem loquentis ab ea abhorrere: ut cum generis humani Servator ait apud Joann. in Evang. cap. IV. comm. 48. Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε. Absit, ut Christus prohiberet, ne crederent. Sed, quod in principio dicebam, habet μὴ, pro ἂν positum, signum vel τοῦ δύνασθαι vel τοῦ βούλεσθαι. Sic sensus erit, οὐκ ἂν πιστεύσητε. *Noletis credere.*

VII. Neque hanc potestatem exercere potest, quando construitur οὐ μὴ cum prima persona singulari: neminis enim prohibitio versatur circa se ipsum, sed actio est in alium transiens. Sic in ad Hebr. cap. VIII. comm. 12. et X. 17. Τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. *Ipsorum peccatorum absit, ut amplius recorder.* ubi voluntatis vel etiam adversationis usum habere potest τὸ μὴ, ut potentiæ in Apocal. XVIII. 7. Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμι, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. *Sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non videbo,* sive *videre possum,* aut *potero.* Imo hic tantum abest, ut οὐ abundet, ut circa hanc particulam nunquam sic loquantur Græci, unde Thom. Mag. in Μή· Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐπὶ τῶν ἐνικῶν πρώτων τοῦ ὑποτακτικοῦ ἀορίστου καὶ παρακειμένου, καὶ τῶν καθεξῆς χρόνων, οὐ χρώμεθα μόνῳ τῷ μή· οἷον, μὴ τύψω, καὶ μὴ τετύφω· ἀλλὰ μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ οὐ, οἷον, οὐ μὴ τυπῶ.

VIII. Neque prohibitivum est, quando interrogatio est admixta, ut in Evang. Joann. cap. XVIII. comm. 11. Τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό; Vidimus supra cap. IV. sect. 4. particulæ ἂν usum, ubi necessitatem vel officium significat; quem usum hic exercere possit τὸ μὴ pro ἂν positum, observata tantum, ut in plerisque, hac differentia, ut ἂν optativo jungatur, μὴ semper subjunctivum poscat. Et sic dixerit Servator: *An non necesse est* vel *debebo bibere?*

Digitized by Google

IX. Quando Budæus ait, et H. Stephanus, οὐ μὴ etiam cum indicativo construi, hoc intelligendum est de solo futuro, ut apud Æschin. contra Ctesiph. Τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μή ποτε βελτίους ποιήσετε. *Nam pravos nunquam meliores redditis.* Et, Οὐ μὴ περιόψομαι, apud Aristoph. et, οὐ μὴ παύσομαι φιλοσοφῶν, apud Plat. Ratio, cur cum indicativi futuro dumtaxat construatur, est, quod μὴ, ut ἂν, natura sua, ut supra monitum, verbo tollit actum; cui potestati hoc tempus non incongruens est; actum enim verbi etsi non totum tollit, præsentem saltem, quia differt.

X. Cum futuro indicativi etiam interrogantis est in Evang. Luc. cap. XVIII. comm. 7. Ἀκούσατε, τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει· καὶ ὁ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσει ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ; *Auditis, quid injustus dicat. Et an Deus non vindicabit suos, quos elegit?*

XI. Futurum indicativi, præcedente οὐ, idem præstare, quod οὐ μὴ cum aoristo subjunctivi, colligi possit ex locis allatis, in quibus promiscue usurpari videntur, in quibus est Esaiæ cap. XXVIII. comm. 16. Ὁ πιστεύων οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Imo οὐ μὴ cum futuro indicativi, οὐ μὴ cum aoristo subjunctivi, et simplex οὐ cum futuro indicativi permutantur: legimus enim apud Matth. cap. XXIV. comm. 2. Οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. At Marcus ait cap. XIII. comm. 2. Ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. Et Lucas cap. XXI. comm. 6. Ὃς οὐ καταλυθήσεται. Neque tamen, si quid video, certum hoc est argumentum, τὸ μὴ in prioribus locis abundare, et plane esse otiosum; neque enim apud Esaiam recte quis dixerit οὐ καταισχυνθῇ, neque apud Marcum οὐ καταλυθῇ. Rectius hinc colligamus, alium alio fortiori uti negandi ratione, quæ dependeat a μὴ absente ve lpræsente.

XII. Et hæc quidem de futuro indicativi; cum præsenti autem aut præterito perfecto ejusdem modi construi οὐ μὴ posse, non opinor; quia hæc tempora rem constituunt in actu, a quo natura particulæ μὴ, ut et ἂν, abhorret. Dubitare videtur Devarius pag. 305. num possit dici, οὐδένα μήποτε εὕρηκα: non opinor id magis posse dici, quam οὐδένα ἂν εὕρηκα: sed dicendum οὐδένα οὔποτε εὕρηκα. Cæterum quæ dicta sunt de οὐ, sequente μὴ, eadem de utriusque compositis dicta sunto, qualia sunt οὐδὲ μὴ, οὐδεὶς μήποτε, οὐ μήποτε etc. vid. Aristoph. Acharn. vs. 662. Οὐ μήποθ' ἁλῶ. et in Vesp. vs. 393.

XIII. Sed longe alia particularum ratio est, quoties μὴ præcedit infinitivum, qui dependet a causa antecedente. Tunc οὐ et μὴ disjunguntur, negatque οὐ negatum: sive μὴ cum verbo constituit unam enunciationem, quam τὸ οὐ vicissim negat; et hinc fit, ut duæ negationes fortius affirment. Hoc modo loquuntur Petrus et Joannes in Act. Apost. cap. IV. comm. 20. Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. Totum hoc μὴ λαλεῖν unum format enunciatum, et κατὰ λιτότητα ponitur pro σιγᾶν, estque *non*

Digitized by Google

loqui idem quod *tacere:* et *non possumus non loqui* pro, *non possumus tacere, h. e. debemus loqui.* Sic ex Xenophonte affert H. Stephanus: Οὐ δύναμαι μὴ μνησθῆναι αὐτȣ. *Non possum non ejus meminisse.*

XIV. Neque plane particulas negativas abundare dixero, quando plures duabus junguntur, siquidem Græci negata solent per negativum copulare. Sic ȣ̓δ' ȣ̓ μὴ junguntur in Evang. Matth. cap. XXIV. comm. 21. Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα ȣ̓ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τȣ̃ κόσμȣ ἕως τȣ̃ νῦν, ȣ̓δ' ȣ̓ μὴ γένηται. Sic cap. XIII. 6.

XV. At circa copulam dicitur ȣ̓δὲν ȣ̓ μὴ Luc. X. 19. Δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξȣσίαν τȣ̃ πατεῖν ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τȣ̃ ἐχθρȣ̃, καὶ ȣ̓δὲν ὑμᾶς ȣ̓ μὴ ἀδικήσει. In his si μετάθεσις admittatur ȣ̓ μὴ ἀδικήσει, ȣ̓δὲν i. e. ȣ̓δὲ ἓν τȣ́των, nihil erit superfluum. *Et hæc non nocebunt vobis, nec unum quidem ex his.* Quicquid id est, augetur hoc modo vis negationis.

XVI. Adde, quod in his constanter vel aoristus subjunctivi sequitur, vel futurum indicativi, in quo casu, non præcedente ȣ̓, μὴ fieret ἀπευκτικὸν, ut et in his Marc. XIV. 25. Οὐκέτι ȣ̓ μὴ πίω ἐκ τȣ̃ γεννήματος τῆς ἀμπέλȣ. Aliud enim est ȣ̓κέτι μὴ πίω, aliud ȣ̓κέτι ȣ̓ μὴ πίω, nequaquam Græcum ȣ̓κέτι ȣ̓ πίω. Et Luc. XXII. 16. Οὐκέτι ȣ̓ μὴ φάγω ἐξ αὐτȣ̃. Et Apost. XVIII. 14. Οὐκέτι ȣ̓ μὴ εὑρήσῃς αὐτά.

XVII. Optativus tamen ubi sequitur, supprimitur ἂν, ut in μήποτε apud Plat. ep. II. pag. 323. Τῆς ἀληθείας ὄντως ȣ̓ μήποτε τύχοι. *Veritatem revêra nunquam assequi potest.*

OY' MH'N.

I. In ȣ̓ μὴν prævalere τὸ ȣ̓ hinc liquet, quod totum negativum est, cum ȣ̓ per se neget, et μὴν confirmet negationem et sua vi roboret. Idem quod ȣ̓ μέντοι esse aiunt, quod ut verum sit, si usum spectamus; tamen, si attendimus genuinis potestatibus, est in ȣ̓ μέντοι præter stabilitam negationem etiam limitatio propter μὴν, quæ hic abest. Utuntur Græci eo loco, ubi partem adjectam, in qua cardo rei versatur, negatam volunt. Hanc præcipue potestatem exercet, quamvis pro re nata, modo *non vero*, modo *non tamen*, modo simpliciter *sed* reddatur. Factum Archelai narrat Plutarchus in Apophth. pag. 177. quo ostendit eum in munificentia exercenda virum probum prætulisse improbo, quantumlibet familiari: ita ait: Ἀρχέλαος αἰτηθεὶς παρὰ πότον ποτήριον ὑπό τινος τῶν συνήθων, ȣ̓ μὴν ἐπιεικῶν, ἐκέλευσεν Εὐριπίδῃ τὸν παῖδα δȣ̃ναι· θαυμάσαντος δὲ τȣ̃ ἀνθρώπȣ, Σὺ μὲν γὰρ, εἶπεν, αἰτεῖν, ȣ̃τος δὲ λαμβάνειν ἄξιός ἐστι καὶ μὴ αἰτῶν. *Archelaus, cum ab eo in convivio poculum aureum peteret aliquis e familiaribus, non tamen probis, jussit puerum Euripidi dare. Illo vero admirante: Tu enim, inquit, dignus es, qui petas; ille, qui accipiat,*

Digitized by Google

etiam cum non petit. Quia ἐπιεικῶν est id, in quo apophthegmatis cardo maxime versatur, hinc dignum visum sit, cui addatur μὴν, efficacior particula, quam simplex δὲ, quæ particula suffecisset, si Archelai apophthegma non additum fuisset, sed simplex esset narratio: sic post συνήθων particula μὴν intelligeretur, ut esset, τῶν συνήθων μὴν, οὐκ ἐπιεικῶν δέ.

II. Dicunt etiam οὐ μὴν, ἀλλὰ, cujus crebriora sunt exempla. Quod si hæc simpliciter reddimus, *enimvero*, vel, ut aliquando fit, *sed*, perit tota negatio, quam adfert τὸ οὐ, vel οὐ μήν. Negat nempe οὐ μὴν vel superiora, vel aliud quid extrinsecus advocandum, cui τὸ ἀλλὰ vi διαφορικῇ diversum quid opponit. Totius itaque τοῦ, οὐ μὴν, ἀλλὰ, usus est ἐπανορθωτικὸς, tollens superius, et, quod aptius est, reponens. Ita Demosth. de Fals. Legat. pag. 217. Εἰ γὰρ ὁ τῆς εἰρήνης χρήματα ἀναλώσας ὥστε τυχεῖν, οὗτος οὕτω νῦν γέγονε φοβερὸς καὶ μέγας, ὥστε τῶν ὅρκων καὶ δικαίων ἀμελήσαντας ὑμᾶς ἤδη τί Φιλίππῳ χαριεῖσθε σκοπεῖν· τί παθόντες ἂν οἱ τούτων αἴτιοι τὴν προσήκουσαν δίκην δεδωκότες εἶεν; ΟΥ ΜΗΝ, ἈΛΛ' ὅτι καὶ φιλίας ἀρχὴ συμφερούσης ὑμῖν μᾶλλον ἐκ τῶν εἰκότων γενήσεται, καὶ τοῦτ' οἶμαι δείξειν. Hic post οὐ μὴν intelligi potest, οὕτως εἰρήνην ποιητέον. ut sit sensus: *Profecto non ita: sed pacis vobis utilis principium ab honesta magis ratione futurum, hoc est, quod ostensurum me arbitror.* Ita cum contemtu rejicit prius, et reponit id, quod melius est. Quare post οὐ μὴν distinguendum velim. Addo Plut. in Mario pag. 409. ubi narrat, Marium a Metello petivisse veniam redeundi domum ad petendum consulatum: illum autem renuisse: tum pergit, οὐ μὴν, ἀλλὰ τοῦ Μαρίου σπουδάζοντος ὑφεθῆναι, πολλὰς ἀναβολὰς ποιησάμενος, ἔτι δώδεκα λειπομένων ἡμερῶν ἐπὶ τὴν τοῦ ὑπάτου ἀνάδειξιν, ἀφῆκεν αὐτόν. Plenius, οὐ μὴν τοῦ Μαρίου ἀποστάντος, ἀλλὰ σπουδάζοντος. *Non tamen desistente Mario, sed missionem efflagitante, post multas moras, cum post duodecim dies comitia consularia instabant, eum dimisit.*

III. Hinc idoneus harum particularum usus est, ubi quædam in aliud tempus differuntur, quæ species est ἐπανορθώσεως. Cujus exemplum est apud Plutarch. de Adulat. et Amic. pag. 54. Οὐ μὴν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸν οἰκεῖον ἀναθώμεθα τοῦ λόγου τόπον. Ita brevitatis gratia, sed integra sit oratio: Οὐ μὴν πλείω νυνὶ περὶ τούτων, ἀλλὰ etc. *Sed non tamen nunc hæc fusius, verum remittamus hæc in commodiorem orationis locum.* Sic etiam in prætermissionibus. vid. Epist. Philippi apud Dem. pag. 62. Οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ δεῖ πάντα τἄλλα παραλιπόντα συντόμως εἰπεῖν, etc. supple: οὐ μὴν μακρολογήσω. *Non tamen longus ero, sed reliquis omnibus omissis, breviter dicendum est.* Integre loquitur chorus apud Aristoph. in Vesp. vs. 268.

— Ὡς οὐ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος;
Οὐ μὴν πρότου γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν
Ἡγεῖτο. ——

Potuisset dicere, οὐ μὴν ἀλλὰ πρῶτος etc. ut intelligatur id quod

nunc additur. *Quam* vel *quomodo non coram apparet multitudini. Profecto non antehac quidem tarde sequebatur, sed dux nobis præibat.* Plena quoque Isocratis est oratio ad Nicocl. pag. 45. Κἀκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν· ΟΥ᾽ ΜΗ῀Ν ἥδιστά γε αὐτῶν ἀκούουσιν, ἈΛΛᾺ ταὐτὸ πεπόνθασιν, ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας. *Et illud mihi perspicuum erat, suasoria scripta, et ligata metro, et soluta, omnes quidem judicare utilissima, non tamen, ut minimum dicam, libentissime ea audire, sed iisdem ea animis accipere atque monitores.* Potuisset dicere, Οὐ μὴν, ἀλλὰ ταὐτὸ πεπόνθασιν etc.

IV. Quum præcedit μὲν, potest quidem μὴν ei respondere pro δὲ, non tamen id pro certo in οὐ μὴν affirmavero, cum post μὴν possit intelligi δέ. vid. Dem. de Cherson. pag. 56. Ὅτι μὲν δήπουθεν οὔθ᾽ ὅσια, οὔτ᾽ ἀνεκτὰ λέγουσιν, οὔθ᾽ ὑμῖν ἀσφαλῆ, δῆλόν ἐστιν ἅπασιν· οὐ μὴν, ἀλλ᾽ ἐναντία συμβαίνει ταῖς κατηγορίαις. *Omnibus, opinor, manifestum est, eos dicere neque justa, neque ferenda, neque tuta vobis, profecto non ita, sed eveniunt accusationi contraria.* Et apud eundem Philipp. IV. pag. 57. Πάνυ μὲν φοβοῦμαι λέγειν· οὐ μὴν, ἀλλ᾽ ἐρῶ. i. e. οὐ μὴν σιγήσω, vel οὐ μὴν σιγήσω δέ. *Omnino quidem dicere vereor: non tamen profecto tacebo, sed dicam.* Quam dico intelligi posse particulam δὲ post μὴν, ea additur lib. III. Macchab. cap. 5. comm. 50. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἔμπροσθεν αὐτῶν γεγενημένας ἀντιλήψεις ἐξ οὐρανοῦ συνιδόντες etc. ubi reticetur quidem μὲν, sed in superioribus latere potest, ut utriusque particulæ, modo μὲν, modo δὲ absentiam supra notavi. Habet quoque Hesychius οὐ μὴν δὲ, quod explicat, οὐδαμῶς δέ. Legas quoque apud Diog. Laërt. lib. III. pag. 199. Οὐ μὴν δὲ ἡσύχασεν ὁ Διονύσιος. In οὐ μήν γε particula γε limitat vocabulum cui jungitur, non autem afficit particulas οὐ μήν. Xenoph. Memorab. lib. I. pag. 715. Οὐ μὴν τά γε ἄλλα οὕτω κρίνεται. *Non tale tamen de reliquis saltem fit judicium.* Polyb. lib. I. pag. 9. Οὐ μὴν ἀγνοοῦντές γε τούτων οὐδὲν——ἠγωνίων. *Re vera nihil horum ignorantes, certe animis pendebant.* q. d. *quicquid dissimularent, saltem ignorare non poterant.* Adde locum modo ex Isocrate ad Nicocl. allatum. Non pertinere particulam γε ad reliquas, etiam hinc patet, quod modo post οὐ μὴν, ἀλλά, intertexta alia voce, quam limitat invenitur; modo inter οὐ μὴν et ἀλλὰ, itidem interpositis aliis. Prioris exemplum habet Demosth. Philipp. IV. pag. 56. Ἔστι μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔχον· οὐ μὴν, ἀλλ᾽ ἔχει γέ τινα πρόφασιν. *Hoc quidem non recte habet: non profecto; sed habet saltem excusationis aliquam speciem.* i. e. οὐ μὴν, ἀλλὰ, καί περ δυσαπολόγητον ὂν, ἔχει γε etc. *quamvis non omnino possit defendi, saltem* etc. Plat. in Gorg. pag. 453. [T. IV. p. 17. ed. Bip.] ubi Socrates dissimulat se ignorare suadam Rhetorices, additque: Οὐ μὴν, ἀλλ᾽ ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν. q. d. εἰ μὴ παντάπασι ἀγνοῶ, ἀλλὰ ὑποπτεύω γε. *Sed suspicor saltem, quam tu appelles suadam.* Alterius exemplum est apud Lucian. paulo post principium Convivii sive Lapitharum, ubi, cum Philo dixerat, putare se, Dionicum inter convivas fuisse, respondet Lucianus: Καὶ μάλα· οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε, οὐδ᾽ αὐτὸς ἅπασι παρεγένετο, ἀλλὰ

Digitized by Google

ὄψὲ, μεσούσης σχεδὸν ἤδη τῆς μάχης, ἐπέστη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. Hic γε inter ὐ μὴν et ἀλλὰ invenitur, additis et ante et post se aliis vocibus intermediis, ita ut γε notet interfuisse quidem, sed *certe* non a principio neque omnibus.

VI. Ubi καὶ additur, ut fiat ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, hæ particulæ non tollunt quidem superiora, sed iis nobiliorem partem addunt. Exemplum est apud Demosth. adv. Nausimach. pag. 633. Οὐδαμῦ φανήσονται δίκην εἰληχότες ζῶντι τῷ Δημαρέτῳ· ΟΥ' ΜΗ'Ν, 'ΑΛΛΑ` ΚΑ'Ι τὸ πρᾶγμα ἄν τις σκοπῶν αὐτὸ καὶ θεωρῶν, ἴδοι ὐ μόνον ὐχὶ λαβόντα (χρήματα), ἀλλ' ὐδ' ἐνὸν αὐτῷ λαβεῖν. Reddi possit hoc casu, *imo, quin etiam. Nusquam apparebit, eos vivo Demareto litem intendisse: imo, si quis rem serio perpendat et consideret, videbit, non modo non eum pecunias accepisse, sed ne potuisse quidem accipere.* Qui secuti sunt Græci, pro eodem dicunt ὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ, et, ὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ, itidem elliptice. vid. poster. ad Corinth. ep. cap. VIII. comm. 18. et 19. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτῦ τὸν ἀδελφὸν, ὗ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· ΟΥ' ΜΟ'ΝΟΝ ΔΕ`, 'ΑΛΛΑ` ΚΑΙ` χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν etc. Pro, ὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς. *Misimus una cum eo fratrem, cujus laus est in evangelio per cunctas ecclesias; nec hoc solum, verum etiam.* i. e. *imo etiam ecclesiis suffragantibus delectus est peregrinationis nostræ comes.* Neque hoc ideo dico, quasi antiqui prorsus sic locuti non fuerint, sed quod apud recentiores exempla sunt crebriora: sic enim lego in tabul. Cebet. p. m. 216. Τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ τύχη, ὥςτε ἃ δέδωκεν, ἀφελέσθαι, καὶ ταχέως πάλιν δῦναι πολλαπλάσια, αὖθις δὲ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν· ΟΥ ΜΟ'ΝΟΝ ΔΕ`, 'ΑΛΛΑ` ΚΑΙ` τὰ προϋπάρχοντα. *Talem habet fortuna naturam, ut, quæ dederit, auferat, et subito multiplicia rursus largiatur; denuo vero eripiat, quæ dederit; nec hæc solum, sed et quæ antea fuerint.* Illic post ὐ μόνον δὲ ex præcedentibus repetenda, αὐτῦ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν ἐκκλησιῶν· hic revocandum illud, ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν. Ellipsin supplet Apostolus in eadem epist. cap. VII. 7. 'Αλλ' ὁ παρακαλῶν τὺς ταπεινὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἐν τῇ παρυσίᾳ Τίτυ· ὐ μόνον καὶ ἐν τῇ παρυσίᾳ αὐτῦ, ἀλλὰ καὶ etc. Pro ὐ μὴν, ἀλλὰ καί. Et sic intelligimus, cur Hesychius ὐ μὴν explicet per ὐ μόνον.

[Οὐ μόνον, *non solum*, differt a μόνον ὐ, quod idem est ac Latinorum *tantum non*, h. e. *propemodum.*]

VII. Ad nobiliorem partem, quam per has particulas superioribus addi dixi, spectat quoque, quando adjicitur, non aliquid quidem, quod per se nobilius est, sed quod, ut propius exemplum, ad persuadendum maxime valere judicatur; ut quum Isocrates Demonicum ad virtutis cultum exhortatur pag. 7. exemplo Herculis et Thesei dicta probat, tum addit: Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῦ πατρὸς προαιρέσεις, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμῦ λεγομένων. *Quin etiam patris instituti memor, domesticum pulcrumque habebis exemplum eorum, quæ a me dicuntur.* Patris utitur exemplo, non ut majoris Hercule et Theseo, sed, ut propiore, ita ad virtutis exhortationem firmiore et validiore, quare in hoc potius exultat oratio.

Digitized by Google

VIII. Hic quoque, ut in superioribus, additur γε, cujus limitandi potestas adjectæ parti novum nervum addit. Dixerat Isocrates ad Nicocl. pag. 31. dubitare se, utrum argumentum, quod tractaturus erat, exspectationi responderet, exemplum proferens aliorum, quorum opinione, quæ de ipsis erat concepta, tenuior gloria consecuta erat; additque: Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τό γε ἐγχείρημα καλῶς ἔχει τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. q. d. *Quamvis hæc ita sint,* οὐ μὴν τοῦ ἔργου ἀποστατέον, *non tamen ab incepto desistendum, sed et, si quid aliud, hoc certe conamen pulcrum est, nempe conquirere, quæ prætermissa sunt, et imperiis leges præscribere.*

IX. Et hic quoque, in superioribus, præcedit μὲν apud eundem in Paneg. pag. 112. cui tamen subjungitur οὖν inchoativum. Ἀεὶ ΜΕ`Ν ΟΥ῀Ν οἵτε ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλους εἶχον· ΟΥ̓ ΜΗ`Ν, ἈΛΛΑ` ΚΑΙ` περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθροὺς, ἀλλ᾽ ἀνταγωνιστὰς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νομίζοντες. *Semper igitur et majores nostri, et Lacedæmonii de principatu inter se contenderunt; atque adeo illis temporibus de rebus pulcerrimis concertaverunt, judicantes, se alterorum non hostes esse, sed ejusdem gloriæ æmulos.*

X. Μειωτικὸν genus dicendi nascitur, quando interseritur particula πον, ut apud Plat. de Legg. lib. IV. pag. 722. [T. VIII. p. 197. ed. Bip.] Οὐ μὴν, ἀλλά πον καὶ Κλεινίᾳ τῷδε ἀρέσκειν δεῖ τὰ νῦν νομοθετούμενα. Dixerat nempe, se in legibus ferendis a Laconismo abhorrere, et prolixiora amare. Hæc, quasi confidentius dicta leniens, addit οὐ μὴν etc. Cliniam quoque sibi adjungens, quod ne nimis invidiosum esse videatur, addit particulam πον huic parti adjectæ: *sed fortasse etiam, quæ nunc leges instituuntur, Cliniæ se probare debent.*

XI. Dicunt etiam οὐ μὴν, οὐδέ. Particulæ μὴν duplex usus prius negativum οὐ in diversa dirigit: quum enim mere est βεβαιωτικὴ, præcedentem negationem per οὐ repetitam confirmat. Ita Xenophon de Socrate Memorab. lib. I. c. 2. negat, illum fuisse mollem et ostentationis studiosum, sive vestimenta spectares, sive calceamenta, sive reliquam vitæ rationem: tum addit: οὐ μὴν, οὐδ᾽ ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει. *Profecto non, neque reddebat pecuniæ quidem studiosos, qui cum ipso versabantur.* [G. *Nun aber hat er nicht einmal geldgierige Leute aus seinen Schülern gemacht.*] Sive, ut οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ superioribus nobiliorem partem addit affirmando, ita οὐ μὴν, οὐδὲ negato negatum superaddit, et id quidem quod palmarium videtur: nam paulo ante miratus fuerat Xenophon, quomodo credi potuerit Socrates adolescentes corrupisse, qui talis fuerat. Saltem non temere postremæ parti adjicitur μὴν cum repetita negatione.

XII. At, quum admista vis est ἐναντιωματικὴ, redditur *tamen*, et utraque negatio pertinet ad sequentia, diversa tamen, ita ut οὐ neget ἁπλῶς, οὐδὲ distincte, ut apud Theocr. Idyll. VIII. vs. 74.

Digitized by Google

Κἠμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
Τὰς δαμάλας παρελῶντα, καλὸν, καλὸν ἦμες ἔφασκεν.
ΟΥ' ΜΑ'Ν, ΟΥ'ΔΕ' λόγον ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ,
Ἀλλὰ κάτω βλέψας, τὰν ἁμετέραν ὁδὸν εἷρπον.

ubi ὐ negat τὸ ἀπεκρίθην generalius, ὐδὲ distinctius τὸν λόγον πικρόν. Explicat Scholiastes: ὐ μόνον λόγον ἡδὺν, ἀλλ' ὐδὲ λόγον τὸν πικρόν. *Et me*, inquit, *ex antro conspiciens heri pulcris superciliis decora puella, præteragentem juvencas, pulcrum, pulcrum esse dixit: non tamen illi quicquam respondebam, ne verbum quidem amarum, sed dejectis in terram oculis, iter persequebar.*

XIII. Usum habent sæpe hæ particulæ ἐν ταῖς μεταβάσεσι, quando ad ulteriora, et quidem primariam partem procedit oratio, ut apud Dem. Olynth. III. pag. 12. Οὐ μὴν ὐδ' ἐκεῖνό γε ὑμᾶς ἀγνοεῖν δεῖ. *Non tamen vos decet, ne hoc quidem, ignorare.* Et Plat. VI. de Rep. pag. 486. [T. VII. p. 74. ed. Bip.] Οὐ μὴν, ὐδὲ τόγε παραλείψεις. *Non tamen*, vel *non sane omittes, ne hoc quidem.*

XIV. Fieri potest, ut ὐδὲ post ὐ μὴν repetatur etiam in oratione μονοκώλῳ, quando nempe duo veniunt distinctius notanda, ut apud Isocr. in Paneg. pag. 134. Οὐ μὴν, ὐδ' εἰ συναγορεύυσι τοῖς ὑπ' ἐμῦ λεγομένοις, ὐδ' ὥς, ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνυ δυνάμεως γινώσκυσιν. Primo in genere dicit, ὐ μὴν γινώσκυσι. *Non capiunt ea, quæ a me dicuntur.* tum distinctius, ὐδὲ εἰ συναγορεύυσι, *neque si assentiuntur.* ὐδ' ὥς, *ne sic quidem.*

ΟΥ'Χ "ΟΤΙ.

I. Particulæ ΟΥ'Χ "ΟΤΙ, sive ὅτι διηγηματικῶς, sive αἰτιολογικῶς accipitur, distincta sunt vocabula, ellipsin patientia, quam supplere potest verbum λέγω, redduntурque *non quod* vel *non quia*, tollente ὐχ negativo vel τὸ διήγημα, vel τὸ αἰτιολογέμενον. Inserviuntque explicationi, quæ tollat id, quod in iis, quæ dicta sunt, ambiguum esse possit. Et tunc sequitur fere particula ἀλλὰ, vel δὲ, quæ veriorem causam exponit. Sic Apostolus scribens ad Philipp. cap. III. comm. 12. cum mentionem fecerat vitæ illius perfectæ, quæ resurrectionem sequitur, addit: Οὐχ, ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω. Hoc est: Οὐ λέγω δὲ τῦτο, ὅτι. *Hoc vero non ideo dico, quod jam assecutus, aut perfectus sum: sed persequor, id agens, si etiam apprehendere possim.* Vel διηγηματικῶς: *Non hoc dico, me jam consecutum esse.* Et cap. IV. comm. 17. Οὐχ, ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν, τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. *Non hoc ideo dico, quia requiro donum, sed requiro fructum, qui in rationem vestram exuberat.* Integra utitur locutione in eodem cap. comm. 11. Οὐχ, ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω. *Non hoc dico meam penuriam respiciens.*

Digitized by Google

II. Supplementum hoc necessarium est, quoties personarum fit mutatio; ut cum b. Joannes in Evang. cap. XII. comm. 5. narrasset, Judam rogavisse, quare unguentum, quo Maria unxerat pedes Servatoris, non veniisset trecentis denariis, eaque pecunia in pauperum subsidium non esset erogata; tunc ex sua ipsius persona loquens addit: Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ· ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν. *Hoc vero dicebat: non quod pauperum curam gerebat, sed quia fur erat.* Non ignoro, posse hic objici, particulam negativam hic non præmitti verbo εἶπε, sed sequi post ὅτι· verum esto, ita tamen εἶπε erit repetendum; et quis vetabit dicere: Τοῦτο δ' οὐκ εἶπεν, ὅτι.

III. Est et ubi non verbum λέγω, sed aliud ex præcedenti repetendum venit, ut cum Philippus dicit Alexandro apud Lucian. Dial. Mort. Tom. I. pag. 397. Οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε· οὐχ, ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι καὶ τιτρώσκεσθαί ποτε τὸν βασιλέα, καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ, ἀλλὰ ὅτι σοὶ τοῦτο ἥκιστα συνέφερε. ubi post οὐχ repetendum verbum præcedens: οὐκ ἐπαινῶ δὲ, ὅτι μὴ etc. *Non laudo hoc, o Alexander: non, inquam, quia non pulcrum esse duco, regem aliquando vulnerari, et suo periculo exercitui præire: sed quia hoc tibi nequaquam expediebat.* Simili cautione utitur Paulus in poster. ad Corinth. ep. cap. VII. comm. 9. cum dixerat, gaudere se, quod illos in tristitiam conjecerat: ne tamen illi hoc ἁπλῶς dictum accipiant: Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν· ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν. *Nunc gaudeo, non quod tristes fuistis, sed quod tristes fuistis ad resipiscentiam. Nam tristes fuistis secundum Deum.*

IV. Οὐχ ὅτι potest etiam reddi οὐ μόνον, s. *non solum, non modo,* si sequitur ἀλλά; tumque omissum est λέγω post οὐχ, ut apud Dionem de Cæsare lib. XLII. pag. 235. Δανειζόμενος ΟΥΧ ὍΤΙ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν πόλεων. Integre sit, οὐ μόνον λέγω, ἀλλὰ καί. *Pecunia mutuo sumta non modo a privatis, sed etiam a civitatibus.* Quod si post ἀλλὰ negativa particula οὐδὲ sequitur, sive propositio negativa, alterum οὐ post οὐχ ὅτι videtur deesse, plane ut Romanos *non modo* pro *non modo non* dedisse videmus. e. c. Cic. Verr. III. cap. 78. extr. *Non modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse deductum.* Exemplum ex Athenæo habet Budæus pag. 479. Οὐχ ὅτι ἡμῶν τινὰ προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους. *Non solum nostrum quempiam, sed ne ipsi quidem inter se adspicientes.* Si ordo verborum invertitur, ita ut οὐχ ὅτι in constructione postponatur, et ἀλλὰ abest, et commode οὐχ ὅτι redditur *nedum.* ut si Athenæus ita dixisset: Οὐδὲ ἀλλήλους προσβλέποντες, οὐχ ὅτι ἡμῶν τινά.

V. Adjiciunt etiam particulam μὴ post οὐχ ὅτι, tanquam illud afficientem, cum tamen hæc τοῦ οὐχ ὅτι nullam mutationem inferat, sed spectet tantummodo ad vocem adjectam, quam negat, ut in

Digitized by Google

illo Lucianeo: οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι, ubi μὴ καλὸν per se stat, et ponitur pro αἴσχρον vel ἄδοξον, ne quicquam cum οὐχ ὅτι commune habet.

ΟΥ'Χ ΟΙ'ΟΝ. ΟΥ'Χ "ΟΣΟΝ.

I. Transeo ad οὐχ οἷον et οὐχ ὅσον, quæ ita explicantur, tanquam plane ἰσοδυναμοῦντα τῷ οὐχ ὅτι. Revera, si versionem spectamus, videntur ita reddi posse, ut signent id, quod Latini, cum dicunt, *non modo* et *non modo non:* sin diligentius attendimus, discrimen inveniemus, cum οὐχ ὅτι habeat quid διηγηματικὸν, aut αἰτιολογικὸν, quod abest in οὐχ οἷον, quod rei qualitatem designat, cujus vestigium apparet, certe in iis locis, qui a Budæo, et ex eo a Devario afferuntur. Sic exemplum habet ex Phalaride Budæus pag. 470. Verba inveniuntur in ep. 38. Οὐχ οἷον ἀνθρώπῳ τινι πεισθείην καταθέσθαι τὴν ταύτης (τυραννίδος) ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. Reddit interpres: *Ut jam tandem me abdicarem, suadenti non modo non homini, sed ne Deorum quidem summo obtemperarem.* Quod si Phalaris scripsisset οὐχ ὅτι, simpliciter et διηγηματικῶς intelligeremus, eum non persuasum iri non modo ab hominum quoquam, sed ne ab ipso quidem Jove: nunc οὐχ οἷον cum dicat, rei qualitatem designat, quæ talis est, ut non possit persuaderi: id quod liquebit, si ita explicamus: Καταθέσθαι τὴν τῆς τυραννίδος ἐξουσίαν τοιοῦτό τί ἐστιν, οἷον οὐκ ἀνθρώπῳ πεισθείην ἄν. *Deponere eam potestatem tale quid est, quale ut faciam, mihi nec homines nec summus deorum persuadebit.* Similia sunt Polybii verba, quæ ibidem affert Budæus: Μένουσα φάλαγξ ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις αὐτῇ τόποις οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' αὑτὴν σώζειν. Sic commode reddimus: *Manens phalanx in locis sibi opportunis, non solum amicis opem ferre non posset, sed ne se ipsa quidem servare.* Sin genuinam particulæ notionem servare velimus, sic explicamus: *si phalanx maneret, non talis,* aut etiam *tale quid esset, ut* vel *quale posset* etc. Hæc tamen ita dicuntur, non ut damnetur plane aliorum sententia, sed ut, quam maxime fieri potest, aliquod discrimen notetur, et inveniatur, unde fiat, ut οὐχ οἷον assumat significationem τοῦ οὐχ ὅτι.

II. Ut οὐχ οἷον qualitatis, ita οὐχ ὅσον quantitatis vestigium servare deprehendi potest, ut ut et hoc recte per *non tantum* redditur. Ut cum Aristides ait pro Quatuorv. pag. 319. extr. Πράγματα αἴσχιστα ἔμελλε συμβήσεσθαι, καὶ οὐχ ὅσον τὸ τῆς δουλείας, ἀλλ' ἀποδρᾶναι πρῶτον, εἶτα δουλεύειν. *Res turpissimæ instabant, et non solum servitus, sed primum fuga, deinde servitus.* Res ait turpissimas instare; quanta autem hæc esset turpitudo, docet, cum subdit: Καὶ οὐχ ὅσον etc. i. e. Οὐ τοσοῦτον πρᾶγμα, ὅσον ἐστὶ τὸ ἀποδρᾶναι. *Non tantum* quoque Latini dicunt, qui ubi proprie loqui cupiunt, sic rei quantitatem designant, ut hic Græce: *Non tantum dedecus, quantum est servire, sed* (quod majus est) *primum fugere, deinde servire.*

Digitized by Google

III. Hic etiam, ut modo in οὐχ ὅτι notabam, et notandum in οὐχ οἷον, alterum οὐ deesse videtur apud Aristidem in Panathen. quem adfert Budæus pag. 479. Integra verba sunt pag. 202. Αὐτὸ τοῦτο πρῶτον τὸ πάντας τοὺς ἐν χρείᾳ βοηθείας καταφεύγειν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐκ δυοῖν ποδοῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ μηδεμίαν τῶν ἄλλων πόλεων ὁρᾷν, μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι, καὶ στήλης ἄμεινον, τοῦ προσχεῖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ΟΥ'Χ ΌΣΟΝ λανθάνειν. pro οὐχ ὅσον οὐ λανθάνειν. Quæ postrema verba, si transpositionem patiuntur, ἀλλὰ vel ἀλλὰ καὶ adjiciendum est, et rei quantitas, vel quantitatis progressus patebit, hoc modo: φανερὸν σύμβολόν ἐστιν, οὐ τοσοῦτον λέγω, ὅσον οὐ λανθάνειν, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, ὅσον προέχειν. *Ipsum hoc*, inquit, *primum, quod omnes in necessitate constituti confugiunt ad urbem duobus tanquam pedibus revera, et ex aliis urbibus nullam circumspiciunt, magnum et manifestum est, et qualibet columna præstantius, eam non tantum non obscuri nominis fuisse, sed et inde jam a principio excelluisse.* Plenius loquitur Thucydides lib. IV. cap. 62. Οἱ μὲν ΟΥ'Χ ΌΣΟΝ ΟΥ'Κ ἠμύναντο, ἀλλ' οὐδ' ἐσώθησαν. *Illi quidem non solum se non ulti sunt, sed ne salutem quidem suam defendere potuerunt.*

ΟΥΧ ΌΠΩΣ. ΟΥΧ ὩΣ.

I. Ut οὐχ οἷον et οὐχ ὅσον pro οὐχ ὅτι h. e. οὐ μόνον et οὐ μόνον οὐ afferuntur, ita etiam οὐχ ὅπως, nec immerito, si usum spectamus: at, ne prorsus pereat genuina particulæ potestas, ut in superioribus qualitatem et quantitatem agnovi, ita in οὐχ ὅπως modi alicujus vestigium reperiri putarim, ut apud Lucian. Dial. Mort. cap. 27. p. 440. Οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, ΟΥ'Χ ΌΠΩΣ βαδίζειν ἐδύνατο. *Ne stare quidem humi poterat, nedum progredi.* Facile est ita reddere, sed non adeo facile eruere significationem modi, quem particulæ ὅπως supra assignavi, nisi post οὐ intelligere liceat verbum λέγω. Sic sensus erit: *Ne stare quidem poterat, non dico, quomodo progredi.* Et in Prometh. pag. 192. Οὐδὲ μνημονεύειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, ΟΥ'Χ ΌΠΩΣ καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν. *Ne postridie quidem Jovem memorem fore putabam, nedum adeo ea indigne laturum.* i. e. οὐ λέγω ὅπως. *Non dico* sive *taceo quomodo indigne adeo esset laturus.*

II. Denique οὐχ ὡς ἀντὶ τοῦ οὐχ ὅπως dici, ostendit Budæus et ipsum sequens Devarius: assentior. Sed et hoc notionem modi utcunque indicati non deponit; ut liquet ex ipsis Athenæi verbis, quæ proferuntur. Locus est lib. XI. pag. 505. F. Παρμενίδῃ μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ, ΟΥ'Χ ὩΣ καὶ τοιούτους εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι λόγους. *Parmenidæ vix concessit ætas, ut cum eo in colloquium venerit Socrates Platonis, nedum ut talia dixerit et audiverit.* Modi significatio patebit, si post οὐ intelligatur λέγω, et repetatur μόλις vel οὐ συγχωρεῖ. hoc modo: Οὐ λέγω, ὡς οὐ συγχωρεῖ ἡλικία τοιούτους εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι λόγους. *Taceo, quomodo non concesserit ætas tales sermones dicere et audire.*

Digitized by Google

Ο'ΥΚΟΥ͂Ν ET ΟΥ̓́ΚΟΥΝ.

I. Particula οὐκοῦν interrogationem habet cum conclusione circa rem, non negandam quidem illam, sed negative propositam, atque ita per se affirmat, seu potius affirmationem alteri extorquet. Ponatur itaque οὐκοῦν; pro ἆρ' οὖν οὐκ; Exempla hæc sunto. Apud Eurip. in Orest. v. 778. Pylades Oresten rogat, num, si abiret, spes salutis affulgeat? Respondet Orestes: *Fortasse.* Tum concludendo rogat alter: Οὐκοῦν τοῦτο κρεῖσσον ἢ μένειν; *Nonne igitur hoc præstat, quam manere?* q. d. si in fuga aliqua salutis spes est, hinc sequitur meliorem hanc esse, quam si maneas. Quam conclusionem interrogative profert, ut sic non tam ipse hoc affirmare videatur, quam affirmationem ex Orestis ore velle audire. Quum Minerva apud Sophocl. in Ai. Fl. foras evocabat Ajacem, impedire cupiebat Ulysses, quod erat hostis, quem metuebat. Tum Minerva v. 79.

Οὐκοῦν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;

significat: si Ajax est hostis, *an non igitur jucundissimus est risus, qui fit periculo hostis?* Sciebat enim in ridiculum furorem incidisse Ajacem, cujus insania non Ulyssi, sed pecoribus foret perniciosa.

II. Nec conclusio semper ex præmissis est petenda; nam sequitur nonnunquam: cujus rei signum est particula γὰρ, vel ἐπειδὴ, vel aliud simile. Sequitur γὰρ apud Plat. in Phædr. pag. 270. extr. [T. X. p. 372. ed. Bip.] ubi, postquam dixerat Socrates, eum, qui disputationem arte instituat, ipsum illud, quod res est, ejusque naturam commonstrare, assentitur Phædrus. Tum iterum Socrates: Οὐκοῦν ἡ ἅμιλλα αὐτῷ τέταται πρὸς τοῦτο πᾶσα; *An non igitur omnis illius conatus eo tendit?* Sequitur conclusionis ratio: Πειθὼ γὰρ ἐν τούτῳ ποιεῖν ἐπιχειρεῖ. Sic apud Aristoph. in Pac. v. 363. Mercurius loquitur; Ἀπόλωλας, ὦ κακόδαιμον. *Periisti, o miser.* respondet alter: Οὐκοῦν, ἢν λάχω· Ἑρμῆς γὰρ ὢν κλήρῳ ποιήσεις οἶδ' ὅτι. *Nonne ergo, si sortitus fuero,* (nempe *periturus sum?) nam, cum sis Mercurius, sorte facies, hoc scio.*

III. Sequitur ἐπειδὴ apud Plat. lib. II. de Rep. pag. 365. [T. VI. p. 222. ed. Bip.] Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν τὴν ἀλήθειαν βιᾶται, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως; *An igitur, quoniam speciosa justitia veritati vim adfert, non totus animus eo convertendus est?*

IV. Sequitur quoque ratio, quando implicita est in structura sequenti, apud Aristoph. Nub. v. 692. ubi Strepsiades a Socrate reprehensus, quod Amyniam vocaverat mulierem, respondet:

Οὐκοῦν δικαίως, ὅστις οὐ στρατεύεται;

Digitized by Google

Nonne igitur recte, quippe qui non militat? i. e. Ἆρ', ἐπειδὴ Ἀμυνίας ὐ στρατεύεται, ὐ καλῶς ὖν δικαίως γυναῖκα;

V. Potest etiam conclusiva vis dependere a conditione, sequente εἰ, vel ἐὰν, vel ἤν. ut apud Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 346. ed. Bip.] Οὐκῦν, ἐὰν μὲν ὗτος ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τῦ θεάτρυ; *Nonne igitur, si oratio comprobata permanserit, discedit gestiens e theatro?* Et Xen. Cyrop. III. 2. 20. Οὐκῦν ἀσφαλῶς ἂν νέμοιτε, εἰ τὰ ἄκρα ἔχοιτε σύμμαχα; *Nonne igitur tuto pasceretis, si in jugis præsto essent auxilia?*

VI. Ut ὖν præter vim conclusivam admittit etiam usum μεταβατικὸν, ut infra exemplis fusius probabitur, ubi ad hanc particulam fuerit deventum: ita etiam interrogativum ὐκῦν usum præstare transitivum liquet ex Platonis Euthyphrone pag. 7. ubi Socrates, postquam Euthyphroni in memoriam revocaverat, inter ipsos esse constitutum, sanctum et profanum maximo inter se discrimine distare; transiturus ad aliud, nempe controversias, quas dii inter se exercent, ita pergit; Οὐκῦν καὶ ὅτι στασιάζυσιν οἱ θεοὶ καὶ διαφέρονται ἀλλήλοις, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ἔχθρα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλυς, καὶ τῦτο εἴρηται; *Nonne igitur* (vel *porro*) *et hoc dictum est, deorum inter se esse controversias, dissidia et simultates?* Et in Theæt. pag. 187. extr. [T. II. p. 146. ed. Bip.] ostensurus Socrates, nullam dari falsam opinionem, præmittit quotidianum inter homines sermonis usum, quo dicunt, aliquem falsa, vel etiam vera opinari. Tum ad rei ipsius declarationem pergens, sic incipit: Οὐκῦν τόδε γ' ἔσθ' ἡμῖν περὶ πάντα και καθ' ἕκαστον, ἤτοι εἰδέναι, ἢ μὴ εἰδέναι; *Jam vero, nonne nobis in omnibus rebus, tum universis, tum singulis hoc certe contingit, nempe scire et nescire?*

Quamquam interdum post ὐκῦν sequitur ὐ, non tamen necesse est particulam ὐκ in ὐκῦν ideo abundare. e. c. Plat. de Rep. lib. V. pag. 452. [T. VII. p. 8. ed. Bip.] Οὐκῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἐπείπερ ὡρμήσαμεν λέγειν, ὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα; Verbatim: *Nonne igitur, inquam, quoniam dicere aggressi sumus, non timenda sunt urbanorum dicteria?* Ita malim, quam sine interrogatione: *Igitur non timenda sunt*, ut conservetur particulæ ὐ usus: et tunc ὐ φοβητέον σκώμματα idem erit atque καταφρονητέον σκωμμάτων. *Nonne ergo contemnenda sunt?* Non absimile est illud ejusdem in Philebo pag. 43. [T. IV. p. 274. ed. Bip.] ubi statuit tres vitæ status, suavem, tristem, et tertium, neque suavem, neque tristem, sed tanquam inter utrumque medium. Tum rogat Socrates: Οὐκῦν ὐκ ἂν εἴη τὸ μὴ λυπεῖσθαί ποτε ταὐτὸν τῷ χαίρειν; Hic proclive est reddere: *Non igitur idem sit nonnunquam doloris esse expertem et gaudere?* Et quadrat responsio Phædri, Πῶς γὰρ ἄν; *Quomodo esset idem?* Sed potest etiam sic reddi, ut propria vis particulæ ὐκῦν non negligatur: *Nonne igitur verum est, nunquam doloris absentiam et voluptatem idem esse?*

VII. Hactenus otiosam ac plane supervacuam non esse particu-

lam οὐκοῦν facile evicimus: sed quid faciemus, quum eam cum imperativo constructam inveniemus? Non enim interrogat, qui imperat. Verba sunt Socratis apud Plat. in Phædro pag. 274. [Bip. X. 379.] Οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι ἱκανῶς ἐχέτω. Item pag. 278. [Bip. 388.] Οὐκοῦν ἤδη πεπαίσθω μετρίως ἡμῖν τὰ περὶ λόγων. Ecce οὐκοῦν, dixerit aliquis, diserte pro simplici οὖν positum. *Ergo de arte et imperitia, quæ in dicendo versatur, satis dictum esto.* Et: *Ergo jam de arte dicendi a nobis, quasi ludibundis, satis hæc dicta sunto.*

VIII. Denique affinguntur huic particulæ variæ significationes, quæ tamen nulli alii rei, nisi nudis interpretum versionibus originem suam debent; solent enim notiones et usus confundi: notio est inhærens, propria, certa; usus vagus, alienus, incertus; neque, prout quæque versio quadrat, veram significationem indicat. Ita οὐκοῦν aiunt significare *nempe, enimvero, scilicet, itaque.* Quæ omnia nullo alio nituntur fundamento, nisi quod nonnullis casibus quadrant: sed re diligentius inspecta semper patet ea potestas, quam in principio hujus sectionis dedi. Ita quamquam *atqui* non significat, tamen merito nonnunquam sic redditur. Et quia interrogatio negative et conclusive proposita affirmationis naturam accipit, hinc factum, ut οὐκοῦν dicatur significare *profecto.* E. g. dicit Œdipus apud Euripidem in Phœniss. v. 1683.

Ὄλωλ'· ἕν ἦμάρ μ' ὤλβισ', ἕν δ' ἀπώλεσεν.

Perii: unus dies me beavit, unus perdidit. Respondet Antigone:

Οὐκοῦν μετασχεῖν κἀμὲ δεῖ τῶν σῶν κακῶν;

Ubi sunt qui interrogationis notam tollant, et οὐκοῦν interpretantur *profecto.* At servari potest genuina potestas sic vertendo: *Nonne igitur me quoque tuorum malorum participem fieri oportet?* Similis est in superioribus locus, nempe v. 1647. ubi Creon cadaver Polynicis alitibus escam abjici jubet, quia patriæ bellum intulerat: ad quem ita Antigone:

Οὐκοῦν ἔδωκε τῇ τύχῃ τὸν δαίμονα;

Sic lego, servata interrogationis nota. Ex eo, quod Creon cadaver Polynicis insepultum abjici jubebat, argumentatur Antigone, videri Creonti illum morte sua non satis supplicii luisse, cujus contrarium affirmatura interrogat: *An ergo bello debita non luit pœnam nece?* Consentit Scholiastes, qui ita explicat: Κατ' ἐρώτησιν ὁ λόγος, οὐκ ἔδωκεν οὖν τῇ ἀποβάσει τὴν κόλασιν;

IX. Ab οὐκοῦν accentu non tantum, sed etiam usu et officio differt οὔκουν· illud enim interrogat, hoc negat, utrumque tamen cum aliqua

Digitized by Google

conclusione. In οὐκοῦν prævalet τὸ οὖν, in οὔκουν dominatur οὐ, quare sibi accentum vindicat. Officium est ex præmissis conclusionem inferre negativam. Hunc usum præstat apud Plat. in Phædr. pag. 275. [T. X. p. 381. ed. Bipont.] ubi Thamus ostendere conatur, literas a Theuthe inventas hominibus obesse magis, quam prodesse, quippe qui illarum usu confisi minus futuri sint attenti ad res ipsas, quæ cognoscendæ proponantur, memoriæ mandandas, quum ad literarum opem subinde confugere possent: hic ita concludit: Οὔκουν μνήμης, ἀλλ' ὑπομνήσεως φάρμακον εὗρες, σοφίας δὲ τοῖς μαθηταῖς δόξαν, οὐκ ἀλήθειαν πορίζεις. *Non igitur memoriæ, sed summonitionis invenisti remedium, discipulisque speciosam, non veram sapientiam affers.* Addo Eurip. in Phœniss. v. 1583. ubi Creon ait: sibi traditum esse regionis imperium, unde negative concludit, se Œdipum non amplius Thebis habitare passurum:

Οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι.

Non patiar igitur te porro hic habitare.

X. Non tamen semper manifeste apparet vis conclusiva, præsertim in responsionibus negativis, ubi ex alterius verbis, quæ vel præcedunt, vel extrinsecus in subsidium vocanda veniunt, elici debet, ut, cum apud Aristoph. in Vesp. v. 309. patrem rogat filius, an, si fora judicialia cessent, haberet, unde pararet cœnam? respondet ille:

Μὰ Δί', οὔκουν ἔγωγε νῷν
Οἶδ', ὁπόθεν δεῖπνον ἔσται.

Posito casu, si cessent fora, hinc secuturum concludit, non esse, unde cœna pararetur. Sic apud Plat. in Phæd. pag. 107. [c. 56. ed. Fischer.] postquam Socrates ex præmissis argumentis collegerat animam esse immortalem, ait Cebes: Οὔκουν ἔγωγε ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν, οὐδέ πῃ ἀπιστεῖν τοῖς λόγοις. Hic ut sit, quo nitatur conclusio, extrinsecus possis arcessere, ἐπειδὴ ταῦτα δῆλά ἐστι, vel simile quid; ut dicat: *Quoniam hæc, quæ dixisti, manifesta sunt, hinc sequitur, me non habere, quod præter hæc dicam aliud, neque ulla ratione tibi fidem denegare.*

XI. Aliquando vis conclusiva adeo est obscura, ut videatur penitus evanuisse, relinquit tamen, nescio quæ, tenuia sui vestigia: nam ut ex conclusione stabilita nascitur affirmatio, hinc sequitur, ubi negativum sit admixtum, negationem illam vehementer stabiliri; et οὖν hinc accipere vim βεβαιωτικὴν, alicubi supra patuit, et ostendetur in particula οὖν. Itaque οὔκουν notat, *Profecto non.* ut cum Sycophanta ait apud Aristoph. in Plut. v. 889.

Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί.

Digitized by Google

Neque enim ullius bonæ rei gratia hic adestis. Respondet Cario:

Μὰ τὸν Δί', ἐκεῖν τῷ γε σῷ, σάφ' ἴσθ' ὅτι.

Non profecto, vel *non equidem, per Jovem, ullius, quæ tibi quidem bona sit; hoc scias.*

XII. Ceterum recte viri docti observarunt ἐκεῖν et ἐκεῖν sæpe a librariis confusa esse, quæ res in errorem interdum induxit interpretes, ut alteri alterius vim et notionem falso tribuerent.

ΟΥ'ΔΕ', ΟΥ"ΤΕ.

I. Ut μηδὲ et μήτε supra ob vicinitatem conjunximus: ita neque ἐδὲ et ὔτε distrahimus. Discrimen inter μηδὲ, μήτε, et ἐδὲ, ὔτε idem est, quod supra inter μὴ et ὐ vidimus.

II. Quoties oratio eodem tenore procedit, ἐδὲ, vel ὔτε, dicunt, ubi observat Eustathius, hæc non dissimilia tantum, sed etiam similia conjungere in illo Homeri pag. 1813.

Τῶν ἐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ἔπος, ἐδ' ἐπικεύσω.

Ταυτὸ γὰρ, ait, *κρύψαι καὶ κεῦσαι.*

III. Ubi vero orationis tenor nova divisione interrumpitur post ἐδὲ, sequitur geminatum aut multiplicatum ὔτε. Ita laudat Agamemnon Chryseida apud Hom. Il. A. v. 115. quam dicit non inferiorem esse Clytæmnestra.

Οὐ δέμας, ἐδὲ φυήν, ὔτ' ἂρ φρένας, ὔτέ τι ἔργα.

Laudat primum a forma corporis, deinde ab animi dotibus, quare ἐδὲ φυὴν dicit, potius quam ὔτε φυήν, suppressa in superiori ὐ δέμας particula μὲν, ad quam refertur δὲ, latens in ἐδὲ· sed mentis virtutes distinguit in ingenium et opera, ingenii signa; quare novæ divisioni quadrat ὔτε. Iterum Il. E. v. 333. ubi Diomedem Venerem vulneraturum fuisse ait Poëta,

—Ὅτ' ἄναλκις ἔην θεὸς ἐδὲ θεάων
Τάων, αἵτ' ἀνδρῶν πόλεμον κατακοιρανέουσιν,
Οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίη, ὔτε πτολίπορθος Ἐνυώ.

Primum dicit, Venerem esse deam imbellem, neque ex illis deabus, quæ virorum bellis præsint, suppresso in priori membro μὲν, ἄναλκις μὲν ἔην. Mox deas bellicosas distinguens utitur ὔτε. Ergo neque Minerva erat, neque Enyo. Adde Xenoph. Memor. Socr.

Digitized by Google

I. 2. Οὐδὲ μὴν ἰδίᾳ γε οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων οὔτε ἀγαθῶν ἀπεστέρησεν, οὔτε κακοῖς περιέβαλεν. *Quin neque quenquam hominum privatim aut bonis evertit, aut in mala conjecit.*

IV. Potest et οὐδὲ, parti principali præfixum, latere in οὐδεὶς, posito pro οὐδὲ εἷς· ut apud Platonem in Euthyphr. pag. 8. Οὐδεὶς οὔτε θεῶν, οὔτε ἀνθρώπων. *Nullus aut deorum, aut hominum.*

V. In epistola ad Gal. cap. I. comm. 12. post οὐδὲ sequitur semel οὔτε. Nempe Apostolus dicit, evangelium, quod prædicabat, non esse secundum hominem, divinam auctoritatem sic arguens: Οὐδὲ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ubi duo sunt membra principalia, quorum alterum est negativum, alterum affirmativum: evangelium non homini debetur, sed revelationi Christi. Illud primum membrum iterum distinguitur, οὔτε παρὰ ἀνθρώπου ἔλαβον, οὔτε ἐδιδάχθην. *Neque ab homine accepi*, nempe per traditionem, *neque* longo temporis usu *doctus sum.* Quare, ne divisioni suæ desint particulæ, οὔτε semel possit intelligi, ut sint integra verba: οὐδὲ γὰρ οὔτε παρὰ ἀνθρώπου ἔλαβον, οὔτε ἐδιδάχθην.

VI. Contra post duplicatum οὔτε sequitur οὐδὲ apud Aristotel. lib. I. de Generat. Animal. cap. XVIII. pag. 649. quia οὐδὲ inchoat alterum principale membrum. Verba sunt: Οὐχ ὑπάρχει σπέρμα οὔτε ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ, οὔτε ἐν τῷ γήρᾳ, οὐδὲ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις. *Semen nec in prima ætate, nec in senili, neque in morbis adest.* Distinguuntur primum ætas et valetudo, quare posteriori additur οὐδέ; sed ætas iterum distinguitur in primam et senilem, cui secundæ divisioni congruum magis est οὔτε.

VII. Quæritur, an οὔτε sequi possit, si præcedat simplex negatio. Negat Devarius, docens, eo ipso οὔτε ab οὐδὲ differre, quod hoc simplici negationi subdatur. Exempla sunt apud Plat. in Phædr. pag. 237. [T. X. p. 301. ed. Bip.] Οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς, οὔτε ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. *Neque enim sibi, neque aliis conveniunt.* Et pag. 241. [ed. Bip. p. 309.] Ἧς οὔτε ἀνθρώποις, οὔτε θεοῖς τῇ ἀληθείᾳ τιμιώτερον οὔτε ἐστὶν, οὔτε ποτὲ ἔσται. *Qua*, nempe mentis disciplina, *neque hominibus neque diis pretiosius neque est, neque erit unquam.* Negare ego non ausim; cum itaque lego in ep. pr. ad Cor. cap. III. comm. 2.: Οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὔτ' ἔτι νῦν δύνασθε, *Nondum enim potuistis, sed et nunc non potestis;* intelligo ante ἀλλὰ reticeri aliquid, ad quod οὔτε referatur, puto οὔτε τὸ πρόσθεν.

VIII. Idem monet, ubi semel οὔτε præcesserit, alterum οὔτε sequi necesse esse: quod tamen ita intelligendum, si sequatur negatio altera; nam non verum est, si sequatur affirmatio; tunc οὔτε solitarium est, et sequitur καὶ vel τέ. vid. Evang. Joann. cap. IV. comm. 11. Οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ. *Neque haustrum habes, et puteus est profundus.* Eodem jure Latini dicunt *neque*, sequente *et*, ut Suet. in Aug. cap. 66. *Amicitias neque facile*

Digitized by Google

admisit, et constantissime retinuit. Græce: Τὰς φιλίας ὗτ' εὐπετῶς προσεδέξατο, καὶ ἀδιαλείπτως ἐτήρησεν.

IX. Ubi, recensitis levioribus, negando aliquid maxime adstrictum voluerunt Græci, huic præfigere amaverunt ὐδὲ, i. e. *ne quidem*. Cujus particulæ hic usus est, ut nullam exceptionem patiatur, ut in Act. Apost. cap. VII. comm. 5. Καὶ ὐκ ἔδωκε αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, ὐδὲ βῆμα ποδός. *Neque dedit illi hereditatem in ea terra, ne vestigium quidem pedis.* Et Matth. XXIV. 36. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας ὐδεὶς οἶδεν, ὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν ὐρανῶν. *De illo die aut hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum.*

Sed sic sæpius ὐδὲ solitarium invenitur, suppressis superioribus negatis, ut apud Hom. Il. Θ. v. 234. ubi Argivis Agamemnon objicit vanam gloriam, quam jactaverant:

Τρώων ἀνθ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκαστος
Στήσεσθ' ἐν πολέμῳ· νῦν δ' ὐδ' ἑνὸς ἄξιοί ἐσμεν
Ἕκτορος. —

Præcedens negatio reticetur, qua addita, integra sit oratio: Νῦν δ' ὐ μόνον ἕκαστος ὐχ ἱστάμεθ' ἀντὶ ἑκατὸν καὶ διακοσίων, ἀλλ' ὐδ' ἑνὸς ἄξιοί ἐσμεν. *Jactabatis vos singulos adversus centenos et ducenos staturos esse; nunc vero ne contra unum quidem Hectorem valemus.* Sic Marc. VI. 31. Καὶ ὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν. *Et ne idoneum quidem tempus edendi habebant.* ubi post καὶ quælibet alia negotia obeunda intelligi possunt. Et Matth. VI. 29. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τύτων. *Ne Salomonem quidem in omni suo splendore amictum fuisse, ut unum ex his.* Suppleo rursus, ὅτι ὗτε οἱ δυναστεύοντες, ὗτε βασιλεῖς, ἀλλ' ὐδὲ Σολομῶν. Sed plena exemplis omnia.

X. Subobscurum illud Agamemnonis apud Hom. Il. Α. v. 161.

Αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίκ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω, ἐπεὶ ὐδὲ ἔοικε.

ubi, ne ὐδὲ nihil habeat, quo referatur, aliquid latere necesse est, quod præmittatur. Intelligi potest, ὐ δίκαιον, ὐκ ἔξεστι, vel simile, ut integrum sit, ὐκ ἔστιν, ὐδὲ ἔοικε. Atque ita sensus est efficacior. In distribuendis enim præmiis justum non erat, ut unus miles bene meritus præteriretur. At imperatorem ipsum abire indonatum non juri dumtaxat, sed etiam æquitati repugnabat. Hoc voluisse videtur Agamemnon, cum dicebat, ἐπεὶ ὐδὲ ἔοικε. Reddo igitur plenius: *Sed illico mihi parate præmium, ne solus Argivorum indonatus sim: quoniam hoc non tantum injustum est,* vel *non licet, sed ne æquum quidem est.* Confidentius suppleo ὐκ ἔστι, cum video sic ellipsin suppletam apud eundem Od. Θ. v. 358.

Οὐκ ἔστ', ὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι.

Digitized by Google

Non licet, et ne æquum quidem est tuum dictum abnuere.

XI. At non item hoc fit, quando negatio amplificat, quam potestatem τῦ δὲ supra attigi, atque ita ὐδὲ idem sit, quod *καὶ ὐ etiam non.* Cujus usus exemplum est apud Plat. Apol. Socr. pag. 21. [c. 6. ed. Fischer.] Οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι, ὐκ εἰδώς· ἐγὼ δὲ, ὥςπερ ὖν ὐκ οἶδα, ὐδὲ οἴομαι. *Hic quidem putat se aliquid scire, cum nesciat: ego vero, quemadmodum revera non scio, ita etiam me scire, non puto.* Et apud Lucian. Deor. Dial. XVI. extr. Juno Dianæ laudibus obtrectans, postquam pulchritudinis gloriam inanem irriserat, addit: Ἐῶ λέγειν, ὅτι ὐδὲ τὰς τικύσας ἐμαιῦτο, παρθένος γε καὶ αὐτὴ ὖσα. *Mitto, illam etiam non obstetricatam fuisse parturientibus, siquidem virgo est ipsa.*

XII. Non adeo frequenter ὔτι *ne quidem* notat. Exemplum est in Evang. Marci cap. V. comm. 3. Καὶ ὔτε ἁλύσεσιν ὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι. Plenius hoc ordine: Καὶ ὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι, ὔτε ἄλλοις δεσμοῖς, ὔτε ἁλύσεσιν. *Et nemo poterat eum vincire, neque aliis vinculis, neque catenis.*

XIII. Ut simplex ὐ, flexa per interrogationem oratione, ita etiam ὐδὲ compositum, *ne quidem*, suppresso ἆρα, emphasin habet, ut in Evang. Luc. cap. XXIII. comm. 40. Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν; *An ne tu quidem metuis Deum?* i. e. Ἆρ' ὐδὲ σὺ φοβῇ; Conf. cap. VI. 3. Marc. XII. 10. 1 Cor. XI. 14.

XIV. Sed quæritur, an ὐδὲ abundet, ubi in eodem membro repetitur. e. c. Homer. Odyss. Κ.

Οὐδὲ γὰρ, ὐδέ τις, ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ' ἀνέτλη,
Ὅςκε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

Et ex Od. Θ.

Οὐδὲ γὰρ, ὐδέ τις, ἄλλος, ὅτις κ' ἐμὰ δώματ' ἵκηται.

Itidem Il. Μ.

— Ἐπεὶ ὐδὲ μὲν, ὐδὲ ἔοικεν
Δῆμον ἐόντα, παρὲξ ἀγορευέμεν, ὔτ' ἐνὶ βυλῇ,
Οὔτέ ποτ' ἐν πολέμῳ.

Sed primo abundare alterum ὐδὲ non putem, quando utrumque diversa spectat, diversaque notat, cum alterum negat actum, alterum exceptionem tollit, ut fit apud Hom. in Bœot. v. 210.

Οὐδὲ μὲν ὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν. —

Prius ὐδὲ refertur ad ἄναρχοι ἦσαν, alterum ad οἱ. *Nec erant sine duce, ne hi quidem.* Et apud Aristoph. Vesp. v. 478.

Digitized by Google

Οὐδὲ μέν γ', οὐδ' ἐν σελίνῳ που 'στιν, οὐδ' ἐν πηγάνῳ.

ubi prius refertur ad verbum ἐστὶ, posterius ad nomen σελίνῳ, ita: *Neque est, ne in selino quidem, neque in ruta.* Quod attinet ad Homeri locum Od. κ. Οὐδὲ γὰρ, οὐδέ τις, ἄλλος ἀνὴρ etc. si οὐδέ τις, *ne quisquam quidem*, idem sit (id quod suspicor) atque οὐδὲ εἷς, habemus eundem usum. Sic sensus erit: *Neque alius, ne unus quidem, hæc venena sustinuit.* Locus est v. 327. cui similis est lib. Θ. v. 32. Οὐδὲ γὰρ, οὐδέ τις, ἄλλος, ὅτις etc. Pro οὐδὲ γὰρ ἄλλος, οὐδὲ εἷς. *Neque enim alius, ne unus quidem, quicunque meam domum pervenerit.* Quare distingui velim post τις. Itaque οὐδέ τις stylo Evangelico sit οὐδὲ εἷς. vid ep. ad Rom. cap. III. comm. 10. Οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς. Homerico: Οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδέ τις. Sic οὔτις idem valere, quod οὐδεὶς, probat Devarius ex illo Homeri, Il. Α.

— Οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος, σοὶ χεῖρας ἐφήσει.

Difficilius est illud ex eodem Homero tertium, quod invenitur Il. Μ. v. 212. Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν, οὐδὲ ἔοικεν etc. Non hic confugiam ad id, quod modo §. 10. dixi, ut sit positum pro οὐδὲ μὲν ἔξεστιν, οὐδὲ ἔοικεν. Sed si concedimus plenissimam iterationem, an ἐπίζευξιν censebimus sua virtute carere, qualis ἐπιζεύξεως exemplum supra dedi in simplici οὐ sect. I. §. 10. qualesque multæ inveniuntur apud utriusque linguæ auctores. Nec mea hæc est, sed Eustathii sententia ad h. l. pag. 901. Τόδε, οὐδὲ μὲν, οὐδὲ ἔοικε, τῇ διπλῇ ἀποφάσει, ἀποτρεπτὴν τελείαν δηλοῖ τοῦ χρῆναι τὸν δημότην ἀντιλέγειν τῷ κρατοῦντι. i. e. *Duplici hac negatione absoluta aversio significatur, quo minus deceat hominem de populo adversa dicere imperanti.* Tale videtur illud Platonis in Phædr. sub finem [T. X. p. 389. ed. Bip.]: Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν. *Neque enim tuus est prætereundus sodalis, ne is quidem.* Ita negativam qualitatem augeri ait Devarius. Concludimus ergo, in his et similibus repetitum οὐδὲ non plane otiosum esse.

XV. Dicunt etiam οὐδ' ἂν, et οὐδ' ἂν εἷς, ubi tamen ἂν separatim in talibus spectandum est, et referendum ad suum verbum, cujus actum tollit, adeoque particulam οὐδὲ ipsam non afficit. Præter ceteros usus particulæ ἂν, quas hic repetere nihil attinet, etiam post οὐδὲ potestatem conditionalem exercet, quando post negationem redditur *etiam si*, verbatim *neque si*, ubi simplicem negationem efficacior excipit, ut cum Socrates ait apud Plat. in Phædr. [T. X. p. 386. ed. Bip.] Οὐκ ἐκφεύγει τῇ ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι, οὐδ' ἂν ὁ πᾶς ὄχλος αὐτὸ ἐπαινέσῃ. *Non potest non tanquam turpe repudiari, etiamsi cœtus popularis id laudaverit.* Et Xenoph. Cyrop. III. 1. 42. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀπολείψομαί σου, ὦ Κῦρε, οὐδ' ἂν σκευοφόρον με δέῃ σοι συνακολουθεῖν. *Equidem, Cyre, tibi non deero, etiamsi oporteret me sequi tanquam baiulum.* Similem usum habet οὐδ' εἰ apud Hom. Il. ι. v. 389.

Κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο,
Οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι.

Filiam Agamemnonis Atridæ uxorem non ducam, etiamsi cum aurea Venere certet pulcritudine. Neque necesse est negationem præcedere, quæ sequitur apud Hom. Il. ɪ. v. 385.

Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε,
Οὐδέ κεν ὧς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσει' Ἀγαμέμνων.

Neque si mihi tot daret, quot sunt arenæ, et pulveres, ne sic quidem animum meum induceret Agamemnon.

XVI. Jungunt etiam τῷ οὐδὲ particulas γάρ που, ubi negationem ratiocinio firmare volunt, ὑποκοριστικῶς tamen, ne confidentius loquendo arroganter nimis sibi placere videantur. Sic legimus apud Plat. de Rep. VI. pag. 500. [T. VII. p. 102. ed. Bip.] Οὐδὲ γάρ που, ὦ Ἀδείμαντε, σχολὴ τῷ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὖσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι, κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας. *Non enim, opinor, Adimante, vacat illi, qui animum applicat rebus seriis, despicere ad hominum negotia.*

XVII. Additur et particula ΜΕ`Ν ἀνανταπόδοτος, non sequente δὲ, quæ usu suo περιγραφικῷ sequentem negationem priori reddit vehementiorem, ut apud Hom. Il. ɪ. v. 376.

Οὐδέ τί οἱ βουλὰς συμφράσσομαι, οὐδὲ μὲν ἔργον.

Neque cum illo consilia habebo communia, neque labores quidem. Reddi et potest *nedum.* Sed illud οὐδὲ μὲν videtur poëticum. Ad de Theogn. v. 1078.

Οὐδένα τῶν ἐχθρῶν μωμήσομαι ἐσθλὸν ἐόντα,
Οὐδὲ μὲν αἰνήσω δειλὸν ἐόντα φίλον.

Neminem inimicum, si bonus sit, vituperabo; nedum laudabo amicum ignavum.

XVIII. Aliquando μὲν in οὐδὲ μὲν videtur habere usum βεβαιωτικὸν, qui quomodo ex usu περιγραφικῷ nascatur, supra vidimus. Exemplo esto illud Phocylidis, de muliere, quam e sue natam dicit: Οὔτ' ἄρ' κακὴ, οὐδὲ μὲν ἐσθλή. *Neque mala, neque sane bona.*

XIX. Socrates sequens privam εἰρωνίαν pro γε περιγραφικῷ sive βεβαιωτικῷ utitur που στοχαστικῷ. apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 469. extr. [T. VII. p. 45. ed. Bip.] Postquam damnaverat eos, qui mortuos spoliabant, adjicit: Οὐδὲ μήν που πρὸς τὰ ἱερὰ τὰ ὅπλα οἴσομεν ὡς ἀναθήσοντες, ἄλλως τε καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων. *Quin neque (opinor) ad templa deferemus arma suspensuri, præsertim Græcorum.*

Digitized by Google

XX. Adjicitur et τῷ οὐδὲ particula ἂν ex conclusiva potestate βεβαίωσιν nacta, apud eund. lib. de Rep. VI. pag. 492. extr. [Bip. 87.] Οὔτε γὰρ γίγνεται, οὔτε γέγονεν, οὐδ' ἂν μὴ γένηται. *Neque enim est, neque fuit, neque adeo erit.* Sic etiam dicitur οὔτ' ἂν. Verba sunt Telemachi de reditu patris desperantis Odyss. Α. 413.

Εὐρύμαχ', ἤτοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο·
ΟΥ"Τ' ΟΥ"Ν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι, εἴποθεν ἔλθοι·
Οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι. —

ubi non necesse est hic a conclusiva potestate recedere, quæ τῦ ἂν primaria est; nam ex eo, quod certum est Telemacho, patrem nunquam rediturum, concludit: *Neque igitur nuncio amplius fidem habeo, si veniat alicunde, neque vaticinii ullam habeo rationem.* Οὖν itaque post οὔτε concludendi vim non deponit.

ΟΥ"ΤΙ, *cum Annexis.*

I. Particula τὶ, negativis οὐ, οὐδὲ et οὔτε juncta, quamlibet tollit partem, neque ullam patitur exceptionem. Nonnunquam discretæ sunt voculæ, quarum posterior verbi imperium patitur, ut apud Hom. Il. Β. v. 586. Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν. *At nos famam tantum audimus, neque scimus quicquam.* Nihil indicat excipi, quod sciant homines. Sic cum genitivo construitur apud eundem Od. Θ. v. 298. Οὐδέ τι κινῆσαι μελέων ἦν. *Neque ullum ex membris movere poterant,* nullo excepto. Vel sequens naturam adjectivi substantivo paret, apud eundem Il. Α. v. 542.

Αἰεί τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν, οὐδέ τί πώ μοι
Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος, ὅ, ττι νοήσεις.

ubi τὶ potest referri ad ἔπος. *Nullum verbum. Semper tibi gratum est seorsim a me clandestina consilia agitantem pro imperio agere, neque ullum hactenus verbum, quicquid cogitaveris, sustinuisti mihi prono animo dicere.* Atque ita in his οὔτι nihil aliud significat, quam οὐχ ἓν, et οὐδέ τι, quam οὐδὲ ἓν sive οὐδὲν, vel etiam καὶ οὐδέν. ut in primo Homeri loco οὐδέ τι ἴδμεν est idem quod καὶ οὐδὲν ἴδμεν: in secundo οὐδέ τι μελέων erit οὐδὲ ἓν τῶν μελέων: in postremo οὐδέ τι ἔπος i. q. καὶ οὐδὲν ἔπος. Possit et addi οὐδ' ὁτιοῦν, nisi quis exiguam fortasse differentiam notet, quod οὔτι vel οὐδέ τι genus, οὐδ' ὁτιοῦν etiam speciem quamlibet excludat: et οὔτι, et οὐδέ τι solitaria, i. e. nulla alia particula adjecta, puta γε aut που, sit familiarius poëtis; οὐδ' ὁτιοῦν in soluta oratione usitatius. Plat. Apol. Socr. pag. 32. [c. 20. edit. Fischer.] Ἐμοὶ θανάτου μέλει οὐδ' ὁτιοῦν. *Mortis cura omnino nulla tangor.* Plut. de sententia Stoicorum, adversus eos scribens, p. 1067. Ὅταν ἐκπυρώσωσι τὸν κόσμον, κακὸν οὐδ' ὁτιοῦν ἀπολείπεται. *Quum mundum cremaverint, malum prorsus nullum relinquitur.*

Digitized by Google

II. Sed obscurior est particulæ τὶ ratio, quando absolute ponitur, nec, quo referatur, vel unde regatur, habet. Sic apud Hom. Il. A. v. 160. Πρὸς Τρώων, τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις. *A Trojanis, quorum nullam curam aut rationem habes.* In his tamen, ut τῷ τὶ sua constet constructio, possit videri præpositio κατὰ vel διὰ dissimulari. Certe, quando verba per interrogationem inflectimus, dicimus: Τί τούτων μετατρέπῃ; *Quid curas hos?* Patebit idem præstare τί interrogativum, quod encliticum citra interrogationem: *nihil hos curas.* Sit itaque οὔτι idem fere quod οὐδαμῶς, ut explicat Hesychius. Sic Agamemnon apud Hom. Il. A. v. 153.

— Ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.

Quoniam omnino culpa carent. ubi τὶ absolute ponitur post οὐ, cum quo conjunctum notat idem quod οὐδαμῶς· *minime sunt nocentes.* Si enim hic constructionis ratio aliqua quærenda foret, dicendum fuerat: οὔτινος.

Ut οὔτι, ita οὐδέ τι construitur apud Hom. Il. A. v. 124.

Οὐδέ τί πω ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά.

Omnino hactenus nescimus communia multa esse reposita. Ut autem οὐδέ τι, sic et οὔτέ τι, exiguo discrimine, habes apud eundem Il. A. v. 115. Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτέ τι ἔργα.

Sed alia res est, quando οὔ τι, non ut una particula composita, sed ut duæ diversæ voculæ considerandæ veniunt, quomodo οὐ negabit actum verbi, quem τὸ τὶ vi sua μειωτικῇ imminuit, ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 450. extr. [T. VII. p. 6. ed. Bip.] Ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα ἅμα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ὃ δὴ ἐγὼ δρῶ, φοβερόν τε καὶ σφαλερόν, οὔ τι γέλωτα ὀφλεῖν· παιδικὸν γὰρ τοῦτό γε· ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας, οὐ μόνον αὐτός, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους συνεπισπασάμενος κείσομαι, περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. *Qui vero sibi diffidit, simulque quærit rem oratione explicare, id quod ego nunc facio, huic metus et periculum adest, non ne utcunque ridiculus fiat, (puerile enim hoc certe,) sed ne non ipse solum a veritate inveniatur aberrans, sed et amicos in errorem secum trahat, idque in rebus, in quibus minime oportet decipi.* ubi τὶ, redditum *utcunque* a nativa imminuendi potestate non recedit.

V. Additur particula γὲ, quæ tamen, ut videtur, non afficit οὔτι, sed partem adjectam, quam restringit vel περιγραφικῶς, vel βεβαιωτικῶς. Lucian. in Lapith. tom. III. pag. 420. Οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν. *Nequaquam mecum saltem ita agere oportebat.*

VI. Tres hæ particulæ aggregatæ οὔτι πω singulæ quoque egregie suo funguntur officio, et ΟΥ' interrogative negat, ΤΙ μειωτικῶς adhibetur, et ΠΟΥ est στοχαστικόν. Exemplum est apud Sophocl. in Philoct. v. 1226.

Digitized by Google

— Οὔ τι που δῦναι νοεῖς;

Ulysses non vult, reddi arcus: metuit tamen, ne reddantur, quod conjicit ex verbis Neoptolemi, quare ex conjectura interrogat, negative tamen: ΤΙ μειωτικὸν exprimit fere illud quod dicitur, *an tale quicquam cogitas?*

VII. Ex οὐ negante et τοὶ asseverante aggregatur οὔτοι, qua particula usi sunt Græci, quoties asseverantes negabant, et sua ipsorum fiducia alteri dubitationem eximebant. Convenit optime sententias scribentibus. Sic Theogn. v. 437. Οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι. *Non sane congrua est mulier juvenis viro seni.* et Euripid. in Phœniss. v. 558. Οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί. *Non sane propria possident mortales.*

VIII. Convenit quoque citra sententiam serio negantibus, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 1117.

Οὔτοι ποτὲ ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι.

Non sane, dum in vivis ero, hunc exuam. Lys. adv. Agorat. pag. 227. init. Οὔτοι πιστεύει καλῶς ἀγωνιεῖσθαι. *Non credit profecto se feliciter causam dicturum.*

IX. Quo negationis asseveratio magis stabiliatur, addit Aristophanes jusjurandum, ut in Pace v. 187.

Οὔτοι, μὰ τὴν γῆν, ἔσθ' ὡς οὐκ ἀποθανεῖ.

Non sane, per terram, poteris evitare mortem. Sic sæpius, e. c. Nub. 1241. Equit. 433. Plut. 64. etc.

X. Vel sine juramento confirmat negationem asseveratam particula βεβαιωτικὴ ΔΗ'. Ita apud Plat. in Euthyphronis principio: Οὔτι δὴ Ἀθηναῖοί γε δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. *Profecto eam, mihi crede, Athenienses certe non litem vocant, sed accusationem.*

XI. Cum juramento negationem asseveratam stabilit οὐ τοίνυν γε apud Aristoph. in Vesp. 1136. ubi Bdelycleon ait: *si Sardes vidisses unquam, scires: nunc vero ignoras.* Respondet Philocleon:

Μὰ τὸν Δί' οὐ τοίνυν γε.

Quomodo afficiat orationem τοίνυν γε, infra dicetur suo loco.

ΟΥ̓Ν.

I. Primaria particulæ ΟΥ̓Ν potestas est conclusiva. Confundere videtur Devarius particulas ἄρα et οὖν, quæ tamen et potestate, et usu differunt: nam ἄρα est illativum, οὖν conclusivum; ἄρα argumentatur, οὖν accommodat. Utriusque diversa potestas, et diversus usus innotescat ex Plat. lib. VI. de Rep. sub init. [T. VII. p. 70. ed. Bip.] Agit ibi, quinam sint tuendis legibus præficiendi: statuitque duo hominum genera, qui rerum vel periti sunt, vel imperiti; rogatque, utris urbis custodia sit credenda: tum eos eligendos putat, qui custodire possint et leges et urbis instituta. Tum respondet alter colligendo: Τὸ δὲ δὴ ἄρα δῆλον, εἴτε τυφλὸν, εἴτε ὀξὺ ὁρῶντα, χρὴ τὸν φύλακα τηρεῖν ὁτιοῦν. *Itaque hoc jam manifestum est, eum, qui custos sit, sive cæcutit, sive acute videt, oportere servare omnia.* Deinde descriptis, quos intelligat cœcos, et deducta re ad id, quod præcipue intenderat, ita concludit, interrogando tamen: Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα, ἢ τοὺς ἐγνωκότας; etc. *Hos ergo potius custodes præficiemus, quam gnaros?* sed clarius exemplum dabo ex ep. ad Galat. In extremo capite IV. pulcra allegoria ostendit Apostolus discrimen inter liberæ Saræ et ancillæ Agaris filios, et argumento probans, fideles esse filios non ancillæ, sed liberæ: Ἄρα, inquit, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. At in principio capitis V. accommodaturus hoc dictum ad officium Galatarum, pergit: Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. *Persistite igitur in libertate, qua Christus nos liberavit, et ne rursus implicamini jugo servitutis.*

II. Quod ad usum attinet, *imprimis* convenit monenti, cum præmissa officio accommodantur. Vide sis, præter locum ex ep. ad Gal. modo allatum, 1 Cor. IV. 16. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε. *Adhortor igitur vos, este mei imitatores. Secundo* convenit oranti, quisquis, enumeratis nonnullis beneficiis, his utitur tanquam stimulis, quibus alter excitatus voto annuat. Ita facit Orestes apud Eurip. in Or. v. 654. ubi dixerat, quantum Menelaus Agamemnoni patri debuerit, ita concludit precans:

Ἀπότισον οὖν μοι ταὐτὸ, τοῦτ᾽ ἐκεῖ λαβών.

Redde ergo mihi idem, cum hoc acceperis. Tertio apta est hæc particula, quoties verba ad rem vocantur, ut apud Theocr. Idyll. VIII. v. 11. In superioribus Daphnis et Menalcas verbis inter se certaverant, uter melius cantaret, quum Menalcas re probare cupiens, quod verbo dixerat, sic ait:

Χρῄσδεις δ᾽ ὦν ἐσιδεῖν; χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

Vis ergo videre? Vis deponere præmium? Quarto accommodat rei

Digitized by Google

narratæ ipsius explicationem, veluti adjecta coronide. Sic Palæphatus postquam exposuerat cap. 20. Incredib. originem fabulæ de Cotto et Briareo, quos narrant centum habuisse manus, nempe incoluisse illos urbem Hecatonchiriam, et Diis in debellandis Gigantibus opem tulisse; ita concludit: Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Κόττος, καὶ Βριάρεως, καὶ Γύγης, οἱ ἑκατοντάχειρες, βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, αὐτοὶ ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας ἐκ τοῦ Ὀλύμπου. *Quinto* utuntur, cum quæ ad rem agendam requiruntur, omnia parata videntes, rem ipsam aggressos narrant, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 9. Κατανοῶν δὲ ὁ Κῦρος, ὡς εὖ μὲν αὐτῷ εἶχον τὰ σώματα οἱ στρατιῶται πρὸς τὸ δύνασθαι στρατιωτικοὺς πόνους φέρειν, εὖ δὲ τὰς ψυχὰς πρὸς τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, ἐπιστήμονες δὲ ἦσαν τὰ προσήκοντα τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος ὁπλίσει, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι δὲ τοῖς ἄρχουσιν ἑώρα πάντας εὖ παρεσκευασμένους, ἐκ τούτων οὖν ἐπεθύμει τι ἤδη τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους πράττειν. *Animadverso Cyrus, corpora militum ad ferendos labores esse bene comparata, animos ad hostes contemnendos, et esse peritos eorum, quæ usus armorum in singulis requirebat, insuper omnes videbat ad audiendum dicto præfectis paratos, his igitur de causis animum cepit impetus, jam aliquid adversus hostes edendi.*

III. Aliquando totam prolixiorem orationem concludit. Exemplum est apud Eurip. in Med. v. 259. Nempe Medea a versu 214. hactenus fusius excucurrerat tum in communem omnium mulierum, tum in peculiarem suam calamitatem, ita tandem concludens ait:

Τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι,
Ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ,
Πόσιν δίκην τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν.

Tantum igitur a te petere volo, si mihi via aliqua aut ratio inveniri possit marito pro his malis parem referendi gratiam.

IV. Nonnunquam vis conclusiva adeo est obscura, ut omnino videatur, si non evanuisse, languescere saltem, nec, nisi concessa ellipsi, posse erui. Sic apud Plat. in Phædr. pag. 229. [T. X. p. 284. ed. Bip.] Socrates ait: Πρόαγε δὴ καὶ σκόπει ἅμα, ὅπου καθιζησόμεθα. *Age, ducem te præbe, et vide simul, ubi consessuri simus.* Tum Phædrus: Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; Quod si hic vim conclusivam servare velimus, ex præcedentibus nonnulla sunt revocanda in subsidium, q. d. *Quando vis me ducem sequi, qui prospiciat de loco: age ergo, viden' illam altissimam platanum?*

Est et inversa concludendi ratio, quando præponuntur, quæ sequi debent, addita particula οὖν, quæ ultimum dicentis scopum indicat: quod ubi fit, in membro sequenti sequitur γὰρ, aut ἐπεὶ, simile αἰτιολογικόν. Fusius de argumentandi ratione illa disserui supra, ubi γὰρ præcedebat, sequente οὖν etc. quare hic parcior ero. vid. Aristoph. in Pace v. 627. Dixerat Mercurius:

Οὐδὲν αἰτίων ἀνδρῶν γε τὰς κράδας κατήσθιον.

Explicat Schol. κατέκοπτον, ut mens sit: *Innocentium virorum ramos ficulneos exsecuerunt.* Ad hæc Chorus:

Ἐν δίκῃ μὲν οὖν· ἐπεί τοι τὴν κοράνιων γέ μου
Ἐξέκοψαν, ἣν ἐγὼ φυτεύσας ἐξεθρεψάμην.

Pro: Ἐκεῖνοι ἐξέκοψαν τὴν ἐμοῦ κοράνιων, ἐν δίκῃ οὖν κατέκοπτον τὰς κράδας. *Illi ficum meam exsciderunt, ergo jure hoc factum.* Et in Vesp. v. 1412.

Ἐγὼ μὲν οὖν αὐτῷ διαλλαχθήσομαι
Ἑκὼν, ὁμολογῶ γὰρ πατάξαι.

Pro: Ὁμολογῶ. διαλλαχθήσομαι οὖν ἑκών. *Fateor, me verberavisse. Lubens ergo depaciscar.* Neque hoc temere fit, sed arguit motum affectu animum, vel saltem alacrem, præcipitem et impatientem; cupidus enim est uterque inferendi conclusionem, quam ideo præmittit iis, quæ rite ratiocinanti præmittenda fuerant.

V. Ex conclusiva potestate sponte nascitur notio *inchoativa.* Non enim rite quis concludit, nisi ex præmissis quibusdam, quæ videntur idonea fundamenta, quibus conclusio nitatur. Hinc usus est frequentissimus iis, qui ad scribendum aut dicendum se accingunt. Solent illi præmittere nonnulla προλεγόμενα, quæ ad ipsam, de qua acturi sunt, materiam quasi viam sternunt: ubi vero rem ipsam sunt aggressuri, inchoant a particula οὖν, plane ut supra in μὲν οὖν notatum: idem in μὲν δὴ, quod præterquam quod paratum ad dicendum animum, etiam alacrem notat, id quod ab οὖν abest. Possit et alterum fortasse discrimen statui, quod μὲν οὖν et μὲν δὴ sæpius adhibeantur in ipso principio totius operis; at οὖν vel semper, vel frequentius in medio opere, ubi tamen alicujus novæ partis constituit principium. Sic Plat. in Phædr. p. 253. animi naturam pulcra allegoria expositurus, illos equis, hanc aurigæ comparat. Substernit duorum equorum, alterius boni, alterius mali, naturam. Tum ad rem ipsam accedens, et, quid agat auriga, explicaturus, sic demum inchoat: Ὅταν δ' οὖν ὁ ἡνίοχος etc. Apostolus quoque scribens ad Cor. ep. pr. cap. VIII. de impuris gentilium epulis dicturus, nonnulla præmittit; sed comm. 4. rem ipsam aggrediens, sic infit: Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν, ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. *De esu igitur eorum, quæ idolis sunt immolata, scimus, idolum nihil esse in mundo.* Cæterum Romani, qui illud μὲν δὴ et μὲν οὖν non possunt adhibere, quia apud ipsos particula μὲν hanc usum ignorat, suo utuntur *ergo* vel *igitur*, in ipso totius materiæ tractandæ principio, post nonnulla tamen προλεγόμενα. Sic Cicero de Oratore lib. I. postquam multa fuerat præfatus de causis, cur pauci invenirentur veri oratores, rem ipsam jam aggressurus ita

Digitized by Google

tandem incipit cap. VII. *Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus* etc.

VI. Ad usum inchoativum pertinet *continuativus*, cum abruptum orationis filum resumitur; quid enim hoc aliud est, quam novum principium? Fit autem trifariam, *vel* post digressionem, ubi redit, unde declinaverat oratio; *vel* post interjectam parenthesin; *vel* denique post longius hyperbaton. *Post digressionem* abruptum narrationis filum resumit Hom. Il. Φ. v. 49. Narrat Poëta, quantam stragem ediderit Achilles ad fluvium Scamandrum, et quomodo inciderit in Lycaonem. Hujus hac occasione fata enarrat, a qua digressione rediens ad institutum propositum, ait:

Τὸνδ' ὖν ὡς ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς etc.

Hunc igitur postquam animadvertit velox pedibus Achilles.

VII. Digressionis instar est *parenthesis*, quæ, præsertim ubi longior est, requirit, ut orationis filum, tanquam novo dato principio, resumatur, cujus rei signum additur ὖν. ut in Evang. Joann. cap. VI. comm. 22—24. Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος, ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν, ὅτι πλοιάριον ἄλλο ὐκ ἦν ἐκεῖ. et quæ plura ibidem et commate sequenti sequuntur inclusa. Tum comm. 24. repetito principio ita pergit: Ὅτι ὖν εἶδεν ὁ ὄχλος, ὅτι Ἰησῦς ὐκ ἔστιν ἐκεῖ, ὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα. *Postero die turba, quæ cis mare substiterat, cum videbat, navigium aliud illic non esse ——— quum igitur videbat turba, Iesum illic non esse, neque ipsius discipulos, conscenderunt et ipsi navigia.* Vid. aliud exemplum Rom. V. 12. collat. comm. 18. Idem fit etiam post *parenthesin breviorem* in Evang. Joann. cap. XVIII. comm. 5 et 6. Λέγει αὐτοῖς, Ἐγώ εἰμι. (Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰύδας, ὁ παραδιδὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν.) Ὡς ὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. *Dixit iis: Ego sum: (stabat autem et Judas, qui eum prodebat, una cum illis:) ut igitur dicebat illis, Ego sum, retrocesserunt.*

VIII. Sequitur etiam *post longius hyperbaton*, quando medicinam aliquam affert μακρεκωλία. Cujus duo exempla habes apud Plut. in Theseo pag. 1. et in Poplicola non longe ab initio; quæ hic adscribere longum; quare, si non grave sit lectori, consulat notas meas ad Viger. cap. VII. sect. 6. Reg. 3 et 4. Huc refero particulæ hujus similem usum, quoties, cum singularia sunt cumulata, antequam oratio suam consequitur conclusionem, ea generaliori vocabulo comprehenduntur universa, et sic periodus clauditur. Cujus tamen exemplum apud Græcos in præsentia non occurrit, inter Latinos præsto est Cicero orat. Catil. IV. cap. 11. *Quæ cum ita sint, P. C. pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, cæterisque laudis insignibus, quæ sunt a me propter urbis vestræque salutis custodiam repudiata, pro clientelis, hospitiisque provincialibus, quæ tamen urbanis opibus non mi-*

Digitized by Google

nore labore tueor, quam comparo; pro his IGITUR omnibus rebus (ἀντὶ τούτων οὖν πάντων) *et pro meis in vos singularibus studiis, proque hac, quam conspicitis ad conservandam remp. diligentia, nihil aliud a vobis, nisi hujus temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo.*

IX. Sed et continuatæ orationis sive narrationis signum habet citra digressionem, aut parenthesin, aut longiorem orationis contextum; ita tamen ut nunquam non aliquod novi vestigium, unde quasi novum principium sumatur, adferat: ut cum Plato in ipso Reipublicæ suæ exordio, uti solet, quæ ad ornatum et decorem dialogi spectant, historiæ addit, quæ dialogo ansam præbuerunt, narratque, quomodo Socrates et Glauco e festo spectaculo ad urbem reverterentur. Tum pergit: Κατιδὼν οὖν πόῤῥωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος ὁ Κεφάλου, ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεῦσαι. *Videns igitur e longinquo nos domum festinantes Polemarchus, Cephali filius, jussit servum curriculo currere, et jubere ipsum exspectare.* Rursus paucis interjectis, ubi Polemarchus aliique advenerant, ita pergit: Ὁ οὖν Πολέμαρχος ἔφη. *Incipit igitur Polemarchus.* Sic legimus in Evang. Joann. c. XIII. comm 6. Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ, ᾧ ἦν διεζωσμένος. Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον etc. *Dein in pelvim aquam infundit, et cœpit lavare pedes discipulorum, et abstergere linteo, quo cinctus erat. Venit igitur ad Simonem Petrum.* ubi οὖν, quamvis in mediam incidat historiam, tamen constituit quodammodo principium rei memorabilis, quæ ansam præbuit præcepto vere Christiano; quod adeo dignum fuit visum, cui, tanquam vero principio, præfigeretur οὖν, sed quia in mediam incidit historiam, continuativum malim dicere, quam inchoativum Et hic Latini *ergo* habent, ut Horatius lib. II. sat. 6. vs. 106. et Ovid. metamorph. III. v. 370.

X. Cæterum quum ab una ad aliam orationis partem transitur, etiam hoc quid aliud est, nisi novæ partis principium? quare et hic οὖν adhibetur, quod ex hoc usu nominare libeat *transitivum*: ut est in ep. ad Rom. cap. IX. comm. 19. in nova objectione: Ἐρεῖς οὖν μοι· Τί ἔτι μέμφεται; *Dices ergo mihi: Quid adhuc queritur?* ubi οὖν potius transitivum est, quam conclusivum. Conclusionem quidem ex ratiocinio Apostoli falsam deducit adversarius, verum hanc in illo loco non videtur indicare οὖν· cæteroquin dixisset: Ἐρεῖς μοι· Τί οὖν etc. Sed hic usus frequentior est, si præponitur particula οὖν.

XI. Dixi in hujus sectionis principio, τὸ οὖν a δὴ ita differre, ut δὴ habeat præter paratum ad dicendum animum, etiam alacrem, quod ut verum puto in usu inchoativo, ita etiam in conclusivo, et continuativo; quare, ubi utrumque exprimere volunt Græci, utramque particulam οὖν δὴ aggregant. *Conclusive* apud Herodot. in Euterp. cap. 8. ubi probat auctor, Ægyptum ab Heliopoli versus

Digitized by Google

superiora esse angustam; quo probato, sic concludit: Τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλίου πόλιος οὐκ ἔτι πολλῶν χωρίων etc. *Jam igitur spatium ab Heliopoli non longi est itineris.* Et cap. 11. Εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀράβιον κόλπον etc. *Jam igitur, si velit cursum convertere fluvius Nilus in hunc sinum Arabicum.* *Inchoative* apud eund. ibid. cap. 29. Narrationi præmittit loci naturam; deinde inchoat: Ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι, ἄναντές ἐστι χωρίον. Ταύτῃ ὦν δὴ τὸ πλοῖον διαδήσαντα ἀμφοτέρωθεν, κατάπερ βοῦν, πορεύεσθαι. *Ab urbe Elephantina ad superiora tendenti locus est acclivis. Jam igitur hic necesse est ligare utrinque navigium, tanquam bovem, et sic pergere.* Nisi hic δεῖ pro δὴ legendum. *Continuative* apud eund. ibid. cap. 30. Narraturus ibi est, qua de causa Automoli ab Ægyptiis ad Arabes transfugerint: principio ait, sub rege Psammeticho ex illis alios in præsidiis fuisse collocatos adversus Æthiopas, alios contra Arabes et Syros, alios contra Libyam. Tum, paucis interjectis, ita, resumto historiæ filo, pergit: Τοὺς ὦν δὴ Αἰγυπτίους τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπέλυε οὐδεὶς τῆς φρουρῆς. οἱ δὲ βουλευσάμενοι, καὶ κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι, πάντες ἀπὸ τοῦ Ψαμμητίχου ἀποστάντες ἤισαν ἐς Αἰθιοπίην. *Jam igitur Ægyptios, quum tres annos in præsidio fuerant, nemo inde deduxit. Illi vero collatis consiliis, communique ratione ducti, omnes a Psammeticho desciscentes transierunt in Æthiopiam.*

XII. Ex conclusiva particulæ ΟΥ'Ν potestate nascitur vis affirmativa, quæ præcipue sese exserit in responsionibus. Is enim, qui respondet, non simpliciter assentitur, sed ea, quæ alter dixit, quasi conclusione facta confirmat, uti apud Plat. in Phædr. pag. 262. [T. X. p. 354. ed. Bip.] ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ ἀπατωμένοις δῆλον ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσεῤῥύη; ΦΑΙΔΡ. Γίγνεται οὖν οὕτως. *SOCR. Nonne constat, iis, qui præter rerum veritatem opinantur, atque adeo falluntur, hoc evenire per similitudines quasdam? PHÆDR. Sic ergo fit.*

XIII. Citra responsionem asseverat, quando negativo oppositum sustentat absentiam verbi cæteroquin repetendi, ut cum dicimus: *sive scribet, sive non.* Græci possunt dicere: Εἴτε γράψει, εἴτε μή. sed et possunt: Εἴτε μὴ γράψει, εἴτε οὖν. vel εἴτε οὖν, εἴτε μὴ γράψει. Sic Plat. lib. IX. de Legg. pag. 859. [T. IX. p. 14. ed. Bip.] Εἴτ' οὖν δυνάμεθα, εἴτε μή. *Sive revera possumus, sive non.* Eurip. Heracl. vs. 150. Εἴτ' οὖν, εἴτε μὴ γενήσεται. *Sive non fiet, sive etiam.* Respondet enim Græcorum τῷ οὖν Latinorum *etiam.* vid. Cic. pro Rosc. Comœd. cap. 3. *Ultrum cætera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes, an nos? Si non: quomodo tabulas conficis? SI ETIAM: quamobrem, cum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat imprimis magnum, in adversariis relinquebas?*

XIV. Asseverat quoque τὸ οὖν serio id, quod sub conditione erat propositum, tuncque relativo adhæret, ut cum Plato dicit in

Digitized by Google

Phædr. pag. 242. [T. X. p. 312. ed. Bip.] Εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ ἂν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως. *Si vero est, quemadmodum re vera est, Deus aut divinum quid Amor.*

Ut autem h. l. relativo ὥσπερ junctum ΟΥ'Ν asseverabat, sic etiam huic aliisque relativis postpositum conclusivam potestatem servat, quamquam subobscuram. Postquam Ælianus V. H. lib. I. cap. 13. narraverat, Gelonem, gravi somno territum, clara voce exclamavisse, addit: Ὁ δὲ κύων, ὅσπερ ἂν αὐτῷ παρεκάθευδεν, ἐκ τῆς βοῆς διεταράχθη. *Canis, qui nempe juxta eum dormiebat, hac vociferatione perculsus est.* Reddo *nempe*, non quia hoc significat ἂν, sed quia genius Linguæ Latinæ id patitur. Obscura sane est particulæ ἂν notio conclusiva: non tamen plane nulla est, neque temere ea videtur apposita. Ejus potestas quodammodo conclusiva videtur: si enim Auctor tantum dixisset: ὅσπερ αὐτῷ παρεκάθευδε, hinc lector sponte conclusisset, ὅτι, Κύων ἂν αὐτῷ παρεκάθευδε. Hanc lectoris conclusivam vocem occupans, interserit Ælianus τὸ ἂν.

Relativo postpositum nonnunquam exercet usum *inchoativum*, præmissis tamen nonnullis quasi prolegomenis. Hic usus clarius sese exserit, quando relativum in demonstrativum convertitur. Rursus Ælian. V. H. lib. I. c. 24. Γλαύκωνος (f. Καύκωνος) τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀριστοδαμείας τῆς Φόρβαντος, γίνεται παῖς Αὐγέας. Hæc secuturæ historiæ præmittit: deinde ipsam inchoans historiam ait: Ὅσπερ ἂν συνεβούλευσε τῷ Αὐγέᾳ etc. Manifestior est hic usus, si pro ὅσπερ quis οὗτος reponat: *Hic igitur Augeæ suasit* etc.

Vel relativo appositum *inservit explicationi dicti præmissi*, ut cum Agamemnon apud Hom. Il. Δ. vs. 243. Argivos objurgans, ipsos comparat hinulis:

Τίφθ' οὕτως ἔστητε τεθηπότες ἠΰτε νεβροί;

Hanc comparationem explicaturus, quasi novo sumto principio, sic infit:

Αἵτ' ἐπεὶ ἂν ἔκαμον πολέος πεδίοιο θέουσαι,
Ἑστᾶσ', οὐδ' ἄρα τίς σφι μετὰ φρεσὶ γίγνεται ἀλκή.

Hi ergo vel *Qui nempe, postquam fessi sunt currendo per latum campum, consistunt, neque quicquam roboris illorum animis inest.* Hunc opinor particulæ esse usum, quam otiosam vocat Eustathius ad hunc locum pag. 468.

Sed longe a superioribus diversum usum exercet, quando relativis ita adhæret, ut cum iis coalescens unam vocem constituat compositam. Hic usus dicatur ἀοριστολογικὸς, cum exprimit τὸ ἂν Latinorum *cunque*. Hic usus, seu mavis, hæc potestas, nascitur ex potestate conclusiva, quoties ex pluribus vel expressis, vel suppressis formatur conclusio generalis. Ut cum ait Euthyphron apud Plat. pag. 5. Λέγω τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν ὅσιόν ἐστιν, ὅπερ ἐγὼ νῦν ποιῶ, τῷ ἀδικοῦντι, ἢ περὶ φόνους, ἢ περὶ ἱερῶν κλοπὰς, ἤ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐξαμαρτάνοντι, ἐπεξιέναι, ἐάντε πατὴρ ὢν τυγχάνῃ, ἐάντε μήτηρ, ἐάντε ἄλλος ὁστισοῦν·

Digitized by Google

Aio igitur, sanctum esse, id quod ego nunc facio, injuriam facientem, vel cæde, vel sacrilegio, vel alio hujusmodi crimine nocentem jure persequi, sive pater fuerit, sive mater, sive alius quilibet. Vim ἀοριστολογικὴν ex conclusiva natam esse, sic apparebit, si adduntur, quæ intelligenda sunt. Nam si id sanctum est jure persequi patrem, matrem, sororem, fratrem, cognatos, affines, amicos: hinc concludere licet, Ergo quoscunque.

Tale est Ὁποιοςτιςῦν, *qualiscunque.* Ὁπωςτιῦν, *quocunque modo.* Ὁπητιῦν, *aliquid, alicujus momenti.* Ὁπωςδηποτῦν, *quomodocunque.* Ὁποσαπλασιοςῦν, *quantumvis multiplex.* Ὁποσοςτιςῦν, *quantuscunque.* Ὁποστοςῦν, *quotuscunque.* et id genus alia. Sic et Ὁποθενῦν, *undecunque.* Ὁπωςῦν, *quomodocunque* l. *utcunque.* Περὶ ὁτῦν, *de quacunque re.*

Ubi duo talia infinitæ notionis concurrunt, sufficit τὸ ἂν posteriori adjicere, in priori dissimulatum. Exemplum habes apud Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 346. ed. Bip.] Οἴει ἄν τινα τῶν τοιούτων, ὅςτις καὶ ὁπωςῦν (pro ὁςτιςῦν καὶ ὁπωςῦν) δύςνυς Λυσίᾳ, ὀνειδίζειν αὐτὸ τῦτο; *Putasne igitur quempiam talium, quicunque et quomodocunque Lysiæ infestus est, illud ipsum sugillaturum?*

XV. Ex his facile intelligitur particulam ἂν nunquam prorsus vacare, et si quæ ejus generis exempla a Grammaticis afferantur, ea tamen, si ad observationes, quas exposuimus, diligenter revocentur, convincere facillimum est.

ὌΦΡΑ.

I. Hanc particulam sibi vindicarunt poëtæ, pro qua in soluta oratione ἕως invenimus, ita tamen, ut, ubicunque ὄφρα dicunt poëtæ, ibi ἕως habeant oratores; non vero contra: nam ἕως et tempus et locum terminat, ὄφρα solum tempus. Significat autem ΟΦΡΑ continuatam actionem, quam Latinorum exprimunt *quamdiu, dum.* Hom. Od. κ. vs. 176.

Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἐν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε, πόσις τε,
Μνησόμεθα βρώμης. —

Verum agite, quamdiu in navi celeri sit cibus et potus, recordemur cibi.

II. Ubi actio præsens adhuc durat, propter incertum ejus terminum ὄφρα cum subjunctivo construitur, ut apud Theog. vs. 971.

Ταῦτ' ἐςορῶν κραδίην εὖ πείσομαι, ὄφρά τ' ἐλαφρὰ
Γύνατα καὶ κεφαλὴν ἀτρεμέων προφέρω.

Hæc cernens animo delectabor, quamdiu et levia genua et caput intremulus proferam. Sic et vs. 1139.

Digitized by Google

III. Ubi vero de re præterita sermo est, et actio suum jam sortita est terminum, sequitur indicativus, notans rem transactam, adeoque certam, ut apud Hom. Il. E. vs. 788.

Ὄφρα μὲν ἐς πόλεμον πωλέσκετο δῖος Ἀχιλλεὺς,
Οὐδέποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων
Οἴχνεσκον. —

Quamdiu in bello versabatur divus Achilles, nunquam Trojani portis Dardaniis progrediebantur. Sic et lib. I. vs. 352.

IV. Huic respondet nonnunquam τόφρα, ut Il. I. vs. 546.

Ὄφρα μὲν οὖν Μελέαγρος ἀρηΐφιλος πολέμιζε,
Τόφρα δὲ Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.

Quamdiu Meleager bellicosus pugnabat, tamdiu Curetum res male cedebant.

V. Quandoque non tam continuatam actionem, quam continuatæ actionis terminum notat, quum redditur *donec*, respondente itidem τόφρα vel addito, vel dissimulato: addito, apud eund. Il. A. vs. 509.

Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν. —

Tam diu Trojanis adde robur, donec Achivi filium meum honorent. Dissimulato Il. N. vs. 141.

— Ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ὄφρ' ἂν ἵκηται
Ἰσόπεδον. —

Ille vero constanti et perpetua vi fertur, donec pervenerit in planitiem.

VI. Pro τόφρα additur etiam δηθὰ, cui respondet ὄφρα, apud Hom. lib. eod. vs. 588.

ΔΗΘΑ' μάλ' εἱστήκει, (τύχε γὰρ ψαμάθοιο βαθείης)
ὌΦΡ' ἵππω πλήξαντε χαμαὶ βάλον ἐν κονίῃσι.

Diu admodum stetit, (forte enim incidit in altam arenam) donec equi percussum humi dejecerunt in pulverem.

VII. Quærat quispiam, unde ὄφρα acceperit potestatem τελικὴν, quam innumeris locis apud poëtas exercet? Deducere hanc ausim ab actionis termino qui nondum est in actu, sed in voto, unde oriatur causæ finalis notio. E. g. si quis dicatur quærere, donec

Digitized by Google

inveniat. Unde quis colligat, invenire esse in votis: esse et idem finem, sive causam finalem, cur quærat: atque ita quærit, ut inveniat. Recte ὄφρα redditur *ut*, et construitur cum subjunctivo, quia res significatur, quæ non est in actu. Hom. Il. A. 158.

Ἀλλά σοι, ὦ μέγ' ἀναιδὲς, ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς.

Sed te, o impudentissime, una sumus secuti, ut gauderes.

VIII. Optandi si sequitur modus, videtur dissimulari particula ἄν. ut apud Hesiod. Θεογ. vs. 328.

Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόεντ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
ΌΦΡ' ΕΊΗ μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Terra vero primum quidem par sibi peperit Cœlum stelliferum, ut ipsam undique tegat, ut sit beatis diis sedes tuta semper. Pro ὄφρ' ἂν εἴη. *ut possit esse.*

ΠΑ'ΛΙΝ ET ΠΑ'ΝΥ.

I. Prima potestas particulæ ΠΑ'ΛΙΝ est localis. Significat ergo *retro, retrorsum*, ut apud Hom. Odyss. H. vs. 143.

Καὶ τότε δή ῥ' αὐτοῖο πάλιν χύτο θέσφατος ἀήρ.

Tum vero ab eo retro dissipatus est divinus aër. Sic in ep. ad Gal. cap. IV. comm. 9. Πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; *Quomodo vos retrorsum convertitis ad infirma et egena elementa, quibus, reflexis vestigiis, servire vultis?*

II. Hinc quibusdam verbis appositum vice fungitur præpositionis ἀνὰ vel ἀπὸ cum verbo compositæ. Sic πάλιν διδόναι non semper est *rursus dare*, sed ἀποδιδόναι, *reddere*, apud Hom. Il. A. vs. 116.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν.

Sed et sic volo reddere. Eustath. ad h. l. pag. 62. Οὐ λέγει ὁ βασιλεὺς, ἐκ δευτέρου δώσειν τὴν Χρυσηΐδα, ἀλλὰ πάντως εἰς τὰ ὀπίσω πέμψειν τῷ πατρί. Similiter πάλιν ἰέναι, ἥκειν, ἔρχεσθαι, pro ἀνιέναι, ἐπανέρχεσθαι. ut Homer. Od. I. 225. Aristoph. Acharn. v. 820.

III. Significat etiam *retro, retrorsum*, etiamsi non exprimatur locus, quo reflectatur; quare commode redditur, *aliorsum*, ut apud Hom. Il. N. in principio:

Digitized by Google

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε,
Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζὺν
Νωλεμέως, αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ.

Jupiter igitur, postquam Trojanos et Hectora ad naves compulerat, illos quidem apud eas reliquit, ut ferrent labores et ærumnas perpetuas; ipse vero oculos lucidos retrorsum, i. e. *aliorsum flexit.*

IV. Porro, quia, qui redit, rursus tendit per viam, quam antea fuerit emensus; hinc *rursus* notat, qui usus est frequentissimus. Sic πάλιν ἔρχεσθαι non semper notat ἐπανέρχεσθαι, sed ἐκ δευτέρου ἔρχεσθαι. Sic Penelope apud Hom. Od. Τ. vs. 533. narrat, Telemachum suadere, ut secundas nuptias ineat:

Καὶ δή μ' ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ἐκ μεγάροιο.

Et jam optat, ut denuo ex ædibus exeam. Pro eodem dicit Apostolus εἰς τὸ πάλιν, in ep. poster. ad Cor. cap. XIII. comm. 2. Ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν. *Si denuo venero.* non, *si rediero.*

V. Denique qui revertitur, contraria prioribus vestigia format: hinc πάλιν ἐναντιωματικὴν vim accipit significans *contra:* quo sensu intelligit Eustathius pag. 1740. hoc Homeri Od. Ν. vs. 254.

Οὐδ' ὅγ' ἀληθέα εἶπε, πάλιν δ' ὅγε λάζετο μῦθον,

ubi ille: Ἤγουν πρὸς τὸ ψεῦδος ἐλάλησεν· ἀνάπαλιν γὰρ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος. vid. Plat. in Phædr. pag. 267. [T. X. p. 365. ed. Bip.] Ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν. *Vehementissimus erat simul ad iram concitandam, et contra ad iratos, quasi carmine illectos, demulcendos.* Cebet. Tab. pag. 176. Οἱ μὲν δοκοῦντες χαίρειν——οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν——οὗτοι πάλιν κακὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσι. *Qui videntur lætari, hi bonam Fortunam illam vocant: qui vero flere videntur, hi contra malam Fortunam illam vocant.*

VI. Est etiam particula non tam ἐναντιωματικὴ quam ἀντιπαραθετικὴ, i. e. non necesse est in oppositionibus, ut contraria contrariis pugnent; quo casu *vicissim* reddere malim, quam *contra.* E. g. Matth. IV. 6. objicit Satanas Christo locum ex Psalm. XC. 11 et 12. *Angelis suis de te præcipiet, et illi te manibus tollent, ne quando pedem offendas ad lapidem.* Cui loco alterum opponit Servator comm. 7. ex Deuteron. VI. 16. dicens: Πάλιν γέγραπται. *Vicissim prorsus scriptum est.* [G. *Hinwiederum steht geschrieben.*] Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον, τὸν Θεόν σου.

VII. Jungitur et cognato αὖ, non, ut ego quidem puto, ἐκ παραλλήλου, sed diversa notione et usu. Exemplum est apud Plat. Apolog. pag. 27. [c. 15. ed. Fischer.] Τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ ἐγώ φημί σε αἰ-

Digitized by Google

νίττεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι, θεὺς ὐχ ἡγύμενον φάναι με· θεὺς αὖ ἡγεῖσθαι πάλιν. ubi πάλιν repetitam actionem notat, αὖ contrarium contrario opponit, nempe ἡγύμενον et *rursus* ἡγεῖσθαι, ὐ θεὺς εἶναι et *contra* θεὺς εἶναι. Reddo igitur: *Hoc illud fit, quod dico, te obscuris verbis jocari, dicentem, me putare, deos non esse, et rursus putare contra, deos esse.*

VIII. Similiter jungitur τῷ αὖθις, ut alterum repetat, alterum opponat, apud eund. in Tim. pag. 32. [T. IX. p. 308. ed. Bip.] Ὁπόταν ᾗ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον· καὶ ΠΑ'ΛΙΝ ΑΥ'ΘΙΣ, ὅ, τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον. *Quum medium in eadem sit ratione ad ultimum, quod primum ad ipsum: et rursus contra, hoc medium sit ad primum, quod ultimum ad medium.* Imo tria hæc, αὖ πάλιν αὖθις, conjungi, supra vidimus cap. X. Ita quoque ἐξ ἀρχῆς πάλιν significat *a principio rursus, denuo rursus,* e. c. Aristoph. Plut. 221. 867.

IX. Particula ΠΑ'ΝΥ rem omnibus numeris absolutum notat, et cui nihil desit; unde intendit significationem vocis, cui jungitur, ut in εὖ πάνυ, admodum bene, πάνυ σφόδρα, [G. *gar sehr*] et similibus. v. Plat. in Phædon. pag. 64. [c. 9. ed. Fischer.] Οἶμαι γὰρ ἂν τὺς πολλὺς, αὐτὸ ἀκύσαντας, δοκεῖν εὖ πάνυ εἰρῆσθαι εἰς τὺς φιλοσοφῦντας. *Arbitror enim, vulgus, hoc ipsum audiens, putare, illud optime quadrare in philosophos.* Εὖ πάνυ dicit, *optime,* h. e. ita bene, ut nihil, quod requiri possit, desit, quo minus quadret; *omnino, prorsus.* Aristoph. in Plut. v. 745.

Ἐγὼ δ' ἐπῄνυν τὸν θεὸν πάνυ σφόδρα.

Ego vero deum omni laudum genere egregie celebrabam.

X. Hinc verbo junctum, sive per se solitarium, sive cum aliquo adverbio, commode redditur *etiam atque etiam.* Prioris exemplum est apud Plat. Apol. pag. 17. [c. 1. ed. Fischer.] Καὶ μέντοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. *Etiam atque etiam vos precor et flagito.* Alterius exemplum occurrit apud Aristoph. in Plut. v. 25.

Εὔνυς γὰρ ὤν σοι πυνθάνομαι πάνυ σφόδρα.

Nam, cum tibi sim benevolus, etiam atque etiam sciscitor.

XI. Πάνυ καλῶς formulam esse aiunt urbane recusantis apud eundem in Ran. v. 515. ubi famulæ dicenti; Ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί. *At intra una mecum.* respondet Xanthius: Πάνυ καλῶς. [G. *Ei! Sie sind allzugütig.*] Latini dicunt *benigne,* sive ex causa simili, sive alia de causa aliquid humaniter recusant. Sic Horat. lib. 1. epist. 7. v. 62.

Scitari libet ex ipso, quodcunque refers. Dic,
Ad cœnam veniat. Non sane credere Mena:
Mirari secum tacitus. Quid multa? BENIGNE,
Respondet. Neget ille mihi? Negat improbus, et te
Negligit aut horret. —

XII. In responsionibus affirmativis fere aliis particulis itidem affirmantibus præponitur, rarius solitarium invenitur. Occurrit apud Aristoph. in Plut. v. 393.

Β. Καὶ πῦ 'στιν; Χ. Ἔνδον. Β. Πῦ; Χ. Παρ' ἐμοί. Β. Παρὰ σοί; Χ. Πάνυ.

B. Et ubi est? CH. Intus. B. Ubi? CH. Apud me. B. Apud te? CH. Omnino.

XIII. Sed frequentius aliis particulis asseverantibus præfigitur in responsionibus affirmativis, qualis est γε limitativa, et ex limitatione confirmativa, ut sæpe apud Platonem ΠΑ'ΝΥ ΓΕ *omnino id quidem.* Similiter πάνυ μὲν ὖν tum in constructione confirmat, tum in responsione affirmat. In constructione ibid. pag. 238. Πάνυ μὲν ὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τίς σε εἴληφε. ubi μὲν limitat, ὖν conclusione affirmat, et πάνυ limitatam affirmationem suo tanquam calculo format et perficit, ut nihil sic ad plenissimam confirmationem desideretur. Vix Latine verbatim dixeris, *omnino quidem igitur.* i. e. *Omnino quidem hoc verum est, Socrates, flumen aliquod dictionis præter consuetudinem te cepisse.* Sed frequentius in responsione affirmativa, ut apud eund. in Euthyph. pag. 4. Σ. Τίς ὗτος; ΕΥ. Ὁ ἐμὸς πατήρ. Σ. Ὁ σός, ὦ βέλτιστε; ΕΥ. Πάνυ μὲν ὖν. *S. Quis hic? EU. Pater meus. S. Tuus, o optime? EU. Omnino.*

XIV. Neque necesse est, ut præcedat interrogatio, cum, licet non rogati, alterius sententiam nostro assensu affirmare possimus. Sic in Phædr. Platonis pag. 258. [T. X. p. 346. ed. Bip.] Δῆλοι γε ὅτι ὐχ ὡς ὑπερφρονῦντες τῦ ἐπιτηδεύματος, ἀλλ' ὡς τεθαυμακότες. *Manifestum quidem est, illos hoc modo ostendere, se non vituperare, sed admirari hoc studium.* Respondet Phædr. Πάνυ μὲν ὖν.

XV. Cum τι adjicitur, ut fiat ΠΑ'ΝΥ ΤΙ, accedit aut limitatio aut emphasis quædam. Sic apud Demosth. pag. 518. Ἡ μὲν γὰρ ὐσία ὐδὲ τριῶν ταλάντων πάνυ τι ἦν. *Res familiaris ejus non sane omnino fuit trium talentorum.* Μὴ πάνυ τι *ferme nihil.*

ΠΕΡ.

I. Particulæ ΠΕΡ prima notio est *omnino, prorsus, penitus.* Apud poëtas, qui antiqua amant vocabula, solitaria sæpe invenitur: in soluta oratione aut nunquam, aut rarissime, sed semper alteri voci cohærens. *Omnino penitus* notat apud Hom. Il. Φ. v. 410.

Νηπύτι', οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω, ὅσσον ἀρείων
Εὔχομ' ἐγὼν ἔμεναι; —

Fatue, ne nunc quidem adhuc penitus intellexisti, quanto præstantiorem me feram? Et v. 441.

Νηπύτι', ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες, οὐδέ νυ τῶν περ
Μέμνηαι, ὅσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἴλιον ἀμφί.

Stulte, ut cor habes mente cassum, et nondum prorsus meministi eorum, quæ jam mala passi sumus ad Ilium? Rarissime dixi extra poësin solitarium inveniri: unus locus occurrit apud Plat. in Phædr. pag. 235. [T. X. p. 296. ed. Bip.] ubi dubium tamen esse potest, an non poëtam imitatus ita loquatur: Πλῆρές περ, ὦ δαιμόνιε, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. *O optime, plenum omnino pectus habens sentio, præter hæc me posse dicere alia non inferiora.* Certe πλῆρές περ τὸ στῆθος ἔχων principium constituit versus hexametri.

II. Hanc significationem servat alii voculæ annexa, ut ὥσπερ, ἤπερ. *Plane ut.* Plat. Euthyphr. init. Οὐ γάρ που καί σοι δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἐμοί. *Non enim, opinor, aliqua tibi lis est apud regem, plane ut mihi.* Aristoph. in Vesp. v. 1262. Πεινῇ γὰρ ἤπερ Ἀντιφῶν. *Namque esurit plane ut Antiphon.* Hinc fit, ut reddi possit, *ita ut.* e. g. Xenoph. Cyrop. III. 1. 7. Εὐθὺς πορεύεται πρὸς τὸν Κῦρον, ἤπερ εἶχεν. *Recta ad Cyrum tetendit, ita ut tum erat comparatus.*

III. Affirmat etiam in compositione. Sic ὅπερ ἐστὶν Latine redditur, *id quod res est*, apud Dem. de Rhod. Libert. pag. 79. Ἡγεῖσθαι τὴν νῆσον ταύτην, ὅπερ ἐστὶν, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶναι βασιλεῖ χρησίμην ἐν τῷ παρόντι, τῆς δ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα. *Existimare, insulam hanc, id quod res est, regi ad nihil aliud nunc esse utilem, nisi quod regni ejusdem sit propugnaculum.* Idem præstat in διόπερ, convenitque vel confidenter concludentibus, vel sententias dicentibus. Prioris exemplum est apud eund. Philipp. III. pag. 49. Διόπερ φημὶ ἔγωγε, καὶ σπουδῆς πολλῆς, καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι. *Quare ego quidem aio, præsentem rerum statum magnæ diligentiæ et consilii boni egere.* Posterioris exemplum habet Demosth. Olynth. I. pag. 4. Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται· διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. *Nam successus, præterquam digni sunt, prosperiores temeritatis occasionem imprudentibus præbent; quare sæpe revera difficilius videtur servare bona, quam acquirere.*

IV. Ubi languidior hæc asseverandi vis est, saltem inservit explicationi, et vel *vere* vel *nempe* significare potest, ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 53. Λῃσταὶ ἅμα τὴν Λακωνικὴν ἐλύπουν ἐκ θαλάσσης, ἧπερ μόνον οἷόν τ' ἦν κακουργεῖσθαι. *Piratæ simul Laconicam infestabant*

Digitized by Google

a mari, qua parte nempe tantum infestari poterat. Lucian. Tom. III. Adv. Indoct. pag. 110. ubi loquitur de Orpheo: Τὴν κεφαλὴν καταθάψαι, ἵναπερ νῦν τὸ Βακχεῖον αὐτοῖς ἐστι. *Caput sepelivisse, ubi nempe nunc Baccheum illis est.* Sed in Thucydidis verbis περ potest servare propriam notionem, et significare *omnino.*

V. Habet etiam ΠΕΡ sensum interminatum s. ἀοριστολογικόν. Etenim si περ indicat partes, ex quibus constat totum, quid naturæ ipsius convenientius quam interminatum ei sensum adscribere? Idem itaque notat, quod Latinorum *cunque*, aliis itidem partibus annexum. Sic ἄλλοιπερ sunt *alii quilibet, quicunque* apud Hom. Il. I. v. 301.

—Σὺ δ' ἄλλους περ Παναχαιοὺς
Τειρομένους ἐλέαιρε κατὰ στρατόν. —

Sed frequentius in hoc sensu relativis adhæret, ὅς, ὅσος, ᾗ, ὁσαχῆ, ὡς, ὅτε, ἔνθα, ὅτι, ὅθεν et similibus, notatque infinitas personas, res, modos, tempora, loca. *Infinitam personam:* ap. Aristoph. Acharn. v. 1049. Καλῶς ποιῶν, ὅστις περ ἦν. *Recte facit, quicunque tandem est. Rem interminatam:* apud Plat. in Phædon. pag. 70. Συλλήβδην ὅσαπερ ἔχει γένεσιν. *In summa quæcunque generationem sortiuntur.* et Aristoph. in Acharn. v. 559.—Λέγει γ' ἅπερ λέγει, Δίκαια πάντα, κοὐδὲν αὐτῶν ψεύδεται. *Loquitur, quæcunque loquitur, omnia justa, nec horum quicquam mentitur. Infinitam rationem modumque:* sic Plat. in Phædon. pag. 78. [c. 25. ed. Fischer.] Ἆρ' οὖν τῷ μὲν συντεθέντι τε καὶ συνθετῷ ὄντι φύσει προσήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτῃ, ᾗπερ συνετέθη; *Nonne igitur convenienter accidit rei, quæ composita est, aut cujus hæc sit natura, ut componi possit, ut eadem ratione dissolvatur, quacunque composita est?* Porro *tempus infinitum* notat, particulis χρονικαῖς annexum, ut ὅτε περ *quandocunque* apud Hom. Il. Δ. 259. Denique adverbio locali appositum designat *locum nullo fine terminatum,* ut apud Theogn. v. 270.

Πάντῃ δ' ἐχθρὰ ὅμως γίγνεται, ἔνθα περ ᾖ.

Ubicunque fuerit, inimica est. Sic ἔνθι περ pro eodem apud Plat. in Phædon. pag. 108. ubi anima dicitur ἀφικέσθαι, ἔνθι περ αἱ ἄλλαι. *devenisse, ubicunque reliquæ sunt.* Simile huic ὅθεν περ *undecunque* apud Aristoph. Acharn. v. 821.

VI. Particula ἄν, aut poëticum κε si additur, non apponitur ἐκ παραλλήλου, sed pertinet ad verbum, ut apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 477. [T. VII. p. 60. ed. Bip.] Καὶ ἄλλο πᾶν ὅ, τι περ ἂν δύνηται. *Et aliud omne, quodcunque possit.*

VII. Conjuncta tam arcte potestati ἀοριστολογικῇ potestas est adversativa, ut hæc ex illa facili opera deducatur; id quod liquet, si animadvertimus, illud, *ubicunque fuerit*, fere perinde esse, ac si di-

cas, *licet hic et illic fuerit*, et *quicunque* idem esse ac, *licet hic aut ille fuerit*. Sæpissime igitur hæc particula significat *quamvis*, *licet*, sed apud poëtas, quibus hic usus proprius est, ita ut frequentissime cum participio jungant. Ita Agamemnon apud Hom. Il. Α. v. 131.

Μηδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐὼν, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Κλέπτε νόῳ. —

i. e. ἀγαθός περ ἐὼν, μὴ κλέπτε ὅμως νόῳ. *Quamvis sis fortis, ne tamen mente fraudulenter agas.* Vel ut ad sensum ἀοριστολογικὸν reducatur: *Ne, quantumcunque virtute prævales, mente tamen sis fraudulenta.* Sic v. 275.

Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐὼν, ἀποαίρεο κούρην.

Neu tu hunc, quamvis sis præstans, priva virgine. Adde Ε. v. 382.

VIII. Sæpe participium dissimulatur, ut apud Hom. Il. Φ. v. 63.

Γῆ φυσίζοος, ἥτε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει.

Alma parens tellus, quæ quantumlibet fortem coërcet. Pro κρατερόν περ ἐόντα. Et v. 130.

Οὐδ' ὑμῖν ποταμός περ ἐΰῤῥοος, ἀργυροδίνης
Ἀρκέσει. —

Neque vobis fluvius, licet late fluens vorticibus argenteis, opem feret.

IX. Contra ipsa particula περ apud eund. ibid. v. 589. supprimitur:

— Σὺ δ' ἐνθάδε πότμον ἐφέψεις
Ὧδ' ἔκπαγλος ἐὼν καὶ θαρσαλέος πολεμιστής.

Tu vero hic fatum invenies, adeo licet terribilis et audax bellator. Et Od. Δ. v. 250.

— Ἐγὼ δέ μιν οἴη ἀνέγνων τοῖον ἐόντα.

Pro ὄντα περ τοῖον. *Ego vero sola illum agnoscebam, licet talis appareret.*

X. Adverbio jungit idem Il. Λ. v. 391. de sagitta leviter perstringente:

— Εἴ κ' ὀλίγον περ ἐπαύρῃ.

Digitized by Google

Si vel leviter attigerit, i. e. *quantumlibet leviter.*

[Alias affictas huic particulæ significationes recte confutavit Hoogeveenus in majori opere; qua tamen disputatione in hoc breviario melius caremus.]

ΠΗ͂ ET ΠΗ.

I. Interrogativum πῆ circumflectitur more eorum, quorum rectus casus in ὸς acuitur. Rectius subscribitur ἰῶτα, quia natura est ablativus femin. suppresso ὁδῷ, secundum quod etymon notat locum, per quem motus fiat, sive proprie, sive metaphorice; nam ut per viam tendimus, ita ratione agimus: quo spectat illud Pythagoreum v. 42.

Πῆ παρέβην; Τί δ' ἔρεξα; Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Qua via sive *ratione transgressus sum? Quid feci? Quid, quod fieri a me oportuit, non est factum?*

II. Poëtæ motum ad locum huic particulæ attribuunt, utentes ea pro ποῖ. Hom. Od. P. v. 219.

Πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις; —

Suidas reddit: εἰς τίνα τόπον; *Quo hunc helluonem ducis?* Quanquam et hic significare potest, *qua via?* Ita etiam Il. Z. 377. Odyss. O. 578.

III. Hoc sensu sæpe adjicitur particula δὴ, cupidum rogantis animum indicans. Sic Plat. in Phædon. pag. 82. Πῆ δὴ οὗτοι εὐδαιμονέστατοι; *Qua tandem ratione hi sunt felicissimi?* Et in Phædr. pag. 269. [T. X. p. 369. ed. Bip.] Ἀλλὰ πῆ δή; *Sed quomodo tandem?* Sic in obliqua interrogatione apud eund. in Phædr. pag. 246. [Bip. 320.] Πῆ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. *Igitur, qua tandem ratione mortale et immortale animal appellatum sit, conandum est dicere:* Interrumpuntur hæ particulæ, interposita alia, apud eund. lib. VI. de Rep. p. 501. [Bip. VII. 105.] Πῆ γὰρ δὴ ἕξουσιν ἀμφισβητῆσαι; *Nam qua tandem ratione ambigere poterunt?* Ἀναφορικῶς utitur idem et confundit cum ὅπη in Phædr. pag. 274. [T. X. p. 379. ed. Bip.] Τὸ δ' εὐπρεπείας δὴ γραφῆς πέρι, καὶ ἀπρεπείας, πῆ γιγνόμενον, καλῶς ἂν ἔχοι, καὶ ὅπη ἀπρεπῶς, λοιπόν· ἦ γάρ; *Quod attinet ad id, quod in scribendo deceat, et, quod minus, qua ratione id fiat decenter, et qua indecenter, reliquum est dicere. Nonne?*

IV. Ut πῆ circumflexum interrogativum notat *qua via*, ita ΠΗ inclinatum notat *aliqua via*, apud Hom. Il. Φ. v. 219.

Οὐδέ τί πη δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν.

Digitized by Google

Neque prorsus ulla via est, qua possim effundere undas in mare.

V. Ut πῇ, ita et πη metaphorice designat non locum tantum, sed et rationem modumque agendi. Prioris exemplum est apud Plat. lib. V. de Rep. pag. 474. [T. VII. p. 54. ed. Bip.] Εἰ μέλλομέν πη ἐκφεύξεσθαι. *Si qua volemus effugere.* Sic εἴ πη sive conjunctim, sive disjunctim, est *sicubi.* ut apud Aristoph. Ach. v. 732.

Ἀμβᾶτε ποττὰν μάδδαν, αἴχ' εὕρητέ πα.

Accedite ad placentam, sicubi invenitis. Posterioris apud Plat. in Criton. pag. 48. Εἴ πη ἔχεις ἀντιλέγειν ἐμοῦ λέγοντος, ἀντίλεγε. *Si qua ratione potes mihi dicenti obloqui, obloquere.* Et lib. VI. de Rep. pag. 501. [Bip. VII. 104.] Ἀρ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, πείθομέν πη ἐκείνους; *An igitur, inquam, aliqua ratione illis persuademus?*

VI. Ita usum habet μειωτικὸν, quo aliquid de toto eximit. vid. eundem in Phædr. pag. 246. [Bip. p. 321.] Κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή. *Omnium vero, quæ sunt circa corpus, maxime anima divinæ naturæ aliquatenus particeps est.* h. e. κατά τι, uti duo hæc conjungit in Sophist. pag. 241. [T. II. p. 150. ed. Bip.] Τό τε μὴ ὂν ὡς ἔστι κατά τι, καὶ τὸ ὂν αὖ πάλιν ὡς οὐκ ἔστι πη. *Et id, quod non est, aliqua ratione esse: et rursus ex adverso id, quod est, quadamtenus non esse.*

VII. Ut πῇ motum ad locum *quo?* ita πη *aliquo* notat apud Hom. Il. Z. v. 377. modo allato:

Πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη λευκώλενος ἐκ μεγάροιο;
Ἠέ πη ἐς γαλόων; —

Ad encliticorum classem refero quoque πῇ, quantumvis περισπώμενον. Nempe enclitica appello, non quæ tonum amittunt, aut rejiciunt, sed quæ amittere aut rejicere possunt: omnia enim enclitica, quoties non habent, vel in quod tonum rejicere, vel in quo ipsorum tonus acquiescere nequeat, eum servant. Non habent autem, in quod tonum rejicere possint, quando principium aliquod constituunt. Principium vero constituunt aliquatenus, sequentibus particulis μὲν et δὲ, ut πῶς μὲν, πῶς δέ. ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ. sic πῇ μὲν, πῇ δέ. quod redditur *partim.* ut apud Plut. de Orac. Def. pag. 417. Τὸ μὲν γὰρ ἴσον πάντη· τὸ δ' ἄνισον πάντη· τὸ δὲ, πῇ μὲν ἴσον, πῇ δ' ἄνισον. *Aliud enim undique æquale: aliud undique inæquale: aliud partim æquale, partim inæquale.* Ubi πῇ μὲν aliquatenus constituit principium, quare recte distinguitur post τὸ δέ. nam si verborum ordo immutatur, perit accentus et inclinatur τὸ πῇ. ut si dixisset: Τὸ δ' ἴσον μέν πη, ἄνισον δέ πη. Sic Alcinous περὶ Πλάτ. δογμ. cap. 17. Τῆς μὲν ἐπιπλασσομένης, πῇ μὲν λευκῆς, πῇ δὲ πελίας. Loquitur de nervis carne investitis, *partim alba, partim ni-*

gra. *Secundo* servat tonum, si præcedentis dictionis talis est natura, ut eum nec suscipere, nec tueri valeat, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 395. Μῶν ὁ γέρων πῆ διαδύεται; *Num senex aliqua elabitur?* *Tertio* servat tonum, quoties emphasis subest, qualis est in omni discretione; ut cum dicimus: Οὐκ ἐπαινετὸν ὁ φθόνος, οὔθ᾽ ὁ ἁπλῶς, οὔτε ὁ πῆ. *Non laudabile est invidia, neque absolute, neque certa ratione* sive *respectu.* Exemplum quidem non subit, sed similis particulæ πῶς apud Aristot. Eth. II. Οὐ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ᾽ ὁ πῶς. *Non reprehenditur, qui absolute irascitur, sed qui certa ratione.* Cæterum τὸ πῆ materialiter acceptum retinere tonum, nemo nescit: habet enim et sic emphasin.

ΠΛΗ´Ν.

I. Primaria particulæ ΠΛΗ`Ν potestas est *præter*, aut *excepto.* [G. *ausser, ausgenommen.*] ut apud Plat. in Apolog. Socr. pag. 25. [c. 12. ed. Fischer.] Πάντες Ἀθηναῖοι καλοὺς κἀγαθοὺς ποιοῦσι, πλὴν ἐμοῦ. *Omnes Athenienses bonos honestosque homines reddunt, præter me,* sive *me excepto.* Construitur autem cum genitivo ejus rei quæ excipitur. Excipitur autem *vel* ex multitudine, *vel* ex plenitudine. Ex *multitudine* bifariam, *vel* negando, si affirmatio præcedat, *vel* affirmando, si præmittatur negatio. Ex *multitudine affirmata* excipitur unus vel pauci, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 758.—Λέγ᾽ ὅ, τι βούλει, πλὴν ἑνός. *Dic, quæcunque vis, præter unum.* Πλὴν γὰρ τέκνων, ἔμοιγε φίλτατον πολύ. *Nam, liberis exceptis, mihi est carissima.* Adde Dionem lib. XXXVII. pag. 57. extr. Vel *ex multitudine,* de qua *negatur* quid, exceptio habet affirmationem, ut Marc. XII. 32. Εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος, πλὴν αὐτοῦ. *Unus est Deus, et non est alius præter eum.* Et Joann. VIII. 10. Μηδένα θεασάμενος, πλὴν τῆς γυναικός. *Neminem conspiciens, præter mulierem.* De *plenitudine* excipitur, quando de toto pars negatur, ut apud Palæphat. c. 1. Ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς. *Totam equorum formam habebant, excepto capite.*

II. Neglecto sæpe regimine suo, casum recipit ex superioribus dependentem, ut nominativum apud Plat. in Phædon. pag. 68. [c. 13. ed. Fischer.] Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες, πλὴν οἱ φιλόσοφοι. *Metus igitur et timoris ratione omnes fortes sunt, exceptis philosophis.* Et in Phædr. pag. 249. init. [p. 325. sq. ed. Bip.] Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως. Potuisset dicere, πλὴν τῆς τοῦ φιλοσοφήσαντος. *Nam in eundem locum, unde veniunt singulæ animæ, non redeunt intra decem annorum millia, præterquam sine dolo philosophantium.*

III. Generalis illius, vel totius, vel multitudinis notio latet in voculis οὐδὲν, ἄλλο, οὐδεὶς, vel τὶ, ut apud Aristoph. Acharn v. 476.

Κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τί σ' αἰτήσαιμ' ἔτι
Πλὴν ἓν μόνον.

Pessime peream, si quid a te amplius petam, præter unum. Sophocl. Ai. Flag. v. 125.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Video enim nos nihil aliud esse quam simulacra, quotquot vivimus, aut levem umbram.

IV. Commode etiam interdum additur casus cum *præterquam*, ut apud Eurip. in Oreste v. 540.

Ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ' ἀνήρ,
Πλὴν εἰς θυγατέρας. —

In reliquis mihi adspiravit fortuna præterquam in filiabus. Hinc non simpliciter *sed* redditur, sed *dumtaxat*, et *sed tantum*. ut in Act. Apost. cap. XXVII. comm. 22. Ἀποβολὴ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν πλὴν τοῦ πλοίου. ubi πλὴν, si velimus servare vim exceptivam, non potest respicere τὸ ὑμῶν, sed τὸ ἀποβολή. *Nullius vestrum vitæ jactura erit, sed tantum navis jactura.*

V. Hanc potestatem exceptivam non deponit, quando, deposito regimine, sequentium structura a præcedenti non dependet, et ponitur pro ἀλλά, non ἁπλῶς, sed quatenus et illud exceptivum est, ut vidimus in ea particula. Ita, ait Iesus Sirach cap. XVII. comm. 24. Ἀνταποδώσει αὐτοῖς, καὶ τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν ἀποδώσει. *Retribuet illis, et ipsorum vicem in caput ipsorum regeret.* Tum ex horum numero excipiens resipiscentes, sic pergit: Πλὴν μετανοοῦσιν ἔδωκεν ἐπάνοδον. *Sed regressum concedit resipiscentibus.*

VI. Quum tamen non totum quid præcedit, sed pars, vix potest servare τὸ πλὴν vim exceptivam, sed assumere ἐπανορθωτικήν, et pro οὐ μὴν ἀλλὰ poni, ut πλήν γε καί, pro οὐ μὴν ἀλλὰ καί, ut infra videbimus, e. g. apud Lucian. Tom. III. in Lapith. pag. 429. Οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων, πλὴν μόνου, ὥς ἐμοὶ ἔδοξε, τοῦ Ἀρισταινέτου. ubi, si sit exceptivum. Aristænetus exciperetur e numero eorum, qui viderant. Sed videtur Lucianus, cum dixerat, οὐ πάνυ πολλῶν, se ipsum corrigere, hoc modo: *Non admodum multis videntibus, imo, ut mihi videbatur, solo Aristæneto.*

VII. Est et ubi generale illud, quod exceptionem patitur, dissimulatur, et per ellipsin intelligi debet, unde fit, ut pro ὅμως accipi videatur. Sic *verumtamen* commode redditur Matth. XVIII. 7. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ,

Digitized by Google

δι' ὃ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. *Necesse est, offensiones fieri. Verumtamen væ illi homini, per quem offensio accidit.* Hic si exceptionem quærimus, fortasse recte intelligemus necessarias esse offensiones ad salutem electorum, quorum e numero excipiatur ille, per quem fiunt.

VIII. Plenitudinis potestatem non obscure præfert, cum, relatis nonnullis specialibus, reliqua generaliori nomine, tanquam uno fasciculo comprehenduntur: hæc enim sunt quasi supplementa, quæ plenitudinem absolvunt. Sic Lucianus in Lapith. Tom. III. pag. 448. postquam narraverat, quæ in nuptiis vulnera Philosophi dedissent et accepissent mutua, quasi coronidis loco adjicit: Πλὴν ταραχῆς γε καὶ δακρύων μεστὰ ἦν πάντα. *Cæterum omnia tumultus et lacrymarum plena erant.* Idem in Solœcist. tom. III. pag. 581. Καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σὲ ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα, καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέτην· πλὴν γὰρ (malim πλήν γε) περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως ἔχει σοι. *Etenim quicunque uxorem tuam contumeliose tractat, in te contumeliosus est, et quicunque filium tuum, et amicum, et quicunque servum tuum: summatim de tuis rebus ita tibi comparatum est.*

IX. Potest etiam inservire prætermissionibus, cum summa rerum attingimus, ut apud eund. in Lapith. pag. 425. Εἱστιώμεθα οὖν ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα· πλὴν οὐδὲν, οἶμαι, χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι χυμοὺς, καὶ πέμματα, καὶ καρυκείας· ἅπαντα γὰρ ἄφθονα. *Epulabamur igitur primum placide, et apparata erant varia. Cæterum nihil, opinor, attinet etiam hæc recensere, juscula, opera pistoria, condimenta: nam omnium rerum erat copia.*

X. Supplementi quoque sapit indolem, quando τοῦ οὖν conclusivi vice quodamtenus fungitur, ut cum dicimus *superest ut*, vel *restat igitur ut.* Sic Simon lib. I. Macchab. cap. 13. comm. 6. postquam dixerat, omnes suos fratres pro lege et sacris occubuisse, addit: Πλὴν ἐκδικήσω περὶ τοῦ ἔθνους μου, καὶ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῶν γυναικῶν, καὶ περὶ τῶν τέκνων ἡμῶν. *Restat igitur, ut vindicem gentem meam, et sacra, et conjuges et liberos vestros.* Ita conclusionis notam inferre potest, quando doctrina aliqua præcedens admonitione clauditur, ut in epist. Pauli ad Ephes. cap. V. comm. 33. In superioribus docuerat, quomodo Christus dilexerit ecclesiam, ad cujus exemplum officium virorum erga uxores comparaverat. Tum ita concludit: Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω, ὡς ἑαυτόν. Possimus, servantes plenitudinis notionem, ita reddere: *Quod reliquum est. Quod superest. Quæ cum ita sint, vos quoque singuli diligite uxores vestras, ut vosmet ipsos.*

XI. Plenitudinis quoque signum habet, cum quid superioribus, tanquam palmarium, adjicitur. Cujus rei exemplum est in Evang. Matth. cap. XXVI. comm. 64. Interrogat Pontifex Christum, addita per Deum viventem obtestatione, an esset filius Dei. Respon-

Digitized by Google

det Iesus: *ut tu ais.* additque. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ᾽ ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. *Quin etiam dico vobis* etc. Huc refero et illud in Evang. Luc. cap. XII. comm. 31. ubi primum ostendit salutis Auctor, quæ multo opere non sint quærenda, nempe cibus et potus, per quos intelliguntur omnia ad vitam hanc sustentandam necessaria. Restabat igitur aliud sectandum longe præstantius, quod subjungens dicit: Πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Quin potius quærite*, h. e. *Restat igitur, ut quæratis regnum Dei.*

XII. Jam facile intelligetur vis et usus τῶν ΠΛΗ῀Ν ἈΛΛΑ῀, quorum illud supplementum habet rei adhuc dicendæ vel cognoscendæ, hoc a superioribus diversum quid postulat. Ante interrogationem ubi adhibetur, notat rem partim quidem expositam, sed ad quam penitius cognoscendam aliud quid superest, quod quæritur: ut apud Lucian. in Timon. interrogat Plutum Mercurius, cum sit cæcus, quomodo possit invenire viam? Ad quod cum responderat alter, pergens Mercurius ad alia, inquit: Πλὴν ἀλλὰ [G. *Nun aber*] τί πράττεις καταπεμφθείς; intelligens, aliud nunc superesse cognoscendum, nempe quid faceret ab Jove missus?

XIII. Est et ubi ἀλλὰ ἐναντιωματικῶς intelligendum est, ut apud eund. Dial. Deor. XVI. extr. ubi dicit Latona: Μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς· ΠΛΗ῀Ν ἈΛΛ᾽ ὄψομαί σε μετ᾽ ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος. *Magnifice, o Juno, te jactas, quia Jovis uxor es, et cum ipso regnas, ideoque secure contumeliosa es: cæterum ex adverso* [G. *gleichwohl aber*] *videbo te rursus non ita multo post lacrymantem, quum ille, te relicta, in terram descendet, assumta tauri vel cycni forma.*

XIV. Interdum πλὴν ἀλλὰ superioribus coronidis instar aliquid adjicit diversum, ut, cum Mercurius apud Lucian. in Tim. cap. 26. narraverat, quanto amore mortales prosequantur Plutum, in eum unice oculos defigentes: postremum adjicit: Πλὴν ἀλλὰ καὶ, σὺ ἄν, εὖ οἶδα, ὁμολογήσειας, εἴ τι ξυνίῃς σαυτοῦ, κορυβαντιᾷν αὐτοὺς ἐρωμένῳ τοιούτῳ ἐπιμεμηνότας. *Quod superest, illud etiam tu confiteberis, quod scio, insanire eos, si modo te nosti, qui tanto amore talem amasium prosequuntur.*

XV. Vis impulsiva τοῦ ἀλλὰ tribui etiam potest verbis Alexandri apud Lucian. Mort. dial. XIII. pag. 391. Πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς; ut sit pro πλὴν ἄγε. Apposite reddit Erasmus: *sed age*, malim, *cæterum age, quid rides?* Si quis tamen malit hic retinere potestatem διαφορικὴν, non refragor: sic dicet: *Quod superest, aliud mihi dic: quid rides?*

XVI. ΠΛΗ῀Ν ἈΛΛ᾽ Ἢ significat *præterquam*, sic ut ἀλλὰ adversetur præcedenti negationi, ubi tamen Latini ἀλλὰ diserto verbo

Digitized by Google

reddere nesciunt. v. c. ap. Aristot. Metaphys. cap. 1. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, ΠΛΗ'Ν 'ΑΛΛ' Ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ Καλλίαν, ἢ Σωκράτην, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ εἶναι. Agit Aristoteles de arte et experientia, quarum illam dicit cognitionem esse universi, hanc singularium, et omnes actiones versari circa singularia. Tum negat, medicum sanare hominem sensu generali. Sanat tamen Socratem et Calliam. Si itaque cupimus in vertendo exprimere vim particularum, ita ut nulla sit otiosa, sic reddamus: *Non enim hominem sanat medicus*, nempe quatenus homo est genus; *QUARE nihil restat ALIUD QUAM quod sanat secundum accidens hunc vel illum hominem.* Quod quid aliud est, quam si dicas: *Non enim hominem sanat medicus, nisi secundum accidens.*

XVII. Citra ἀλλὰ dixit πλὴν ἢ Plato in extrema Socratis Apologia: Ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. Ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ ΠΛΗ`Ν Ἢ τῷ Θεῷ. Latini hic apposite dicunt *præterquam*, vocabulo composito ex *præter*, quo exprimitur πλὴν, et *quam*, quod reddit τὸ ἤ. *Abeundi jam tempus est, mihi quidem morituro, vobis vero victuris; utri vero nostrum ad meliorem sortem festinent, omnibus est incognitum, præterquam Deo.*

XVIII. ΠΛΗ'Ν ΓΕ est *præterquam quidem; præterquam tantum.* ut apud Aristoph. in Pace v. 613. Trygæus dicit, se quiddam non audivisse, respondet Chorus: Οὐδ' ἔγωγε, πλήν γε νυνί. Si hunc locum redderemus: *Neque ego, præterquam saltem nunc*, illud *saltem* præteritum tempus in medio relinqueret, quasi minus certum, utrum antea audivisset, nec ne; quod tamen diserte negat. Sic v. 917. Καὶ πλήν γε τῶν θεῶν ἀεί σ' ἡγησόμεσθα πρῶτον. *Et coluimus semper te principem, deos solos serio excipio.* Rursus in Vesp. v. 1305. Οἱ δ' ἀνεκρότησαν πλήν γε Θεοφράστου μόνου. *Illi vero applauserunt, solo quidem Theophrasto excepto.* Adde Plat. in Soph. pag. 225. extr. [T. II. p. 219. ed. Bip.] Καὶ τίς ἂν αὖ εἰπὼν ἕτερον, οὐκ ἐξαμάρτοι, πλήν γε τὸν θαυμαστόν; *Et quis non erraverit nominans rursus alium, præter hunc in primis admirabilem?*

XIX. Sequitur etiam post μὲν in altero divisionis membro, ubi ita vicem τοῦ δὲ implet, ut simul nativam notionem non deponat. Exemplum apud Lucian. Dial. Jun. et Laton. in quo tamen πλὴν γε interposito vocabulo separantur. Loquitur Juno de Apolline ex oraculorum fraudibus et hominum credulitate ditescente. Καὶ πλουτεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ τοιούτου· πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι, καὶ παρέχοντες αὑτοὺς καταγοητεύεσθαι. ΠΛΗ`Ν οὐκ ἀγνοεῖταί ΓΕ ὑπὸ τῶν συνετωτέρων τὰ πολλὰ τερατευόμενος. *Et ditescit quidem tali modo; multi enim desipientes se fascinandos præbent: cæterum sapientiores minime latet, ipsum plerumque præstigias offundere.* Ubi γε, negato verbo subjunctum, negationi vim addit: quare non simpliciter reddo *non*, sed *minime* potius.

Digitized by Google

XX. His additur particula δὴ βεβαιωτικὴ, ut fiat ΠΛΗ'Ν ΓΕ ΔΗ', apud Aristoph. in Vesp. v. 853.

— Πάντα γὰρ πάρεστι νῷν,
Ὅσων δεόμεσθα, ΠΛΗ'Ν ΓΕ ΔΗ' τῆς κλεψύδρας.

Omnia enim adsunt nobis, quorum indiget usus, excepta dumtaxat clepsydra.

XXI. Particulæ ΠΛΗ'Ν ΕΙ' conditionem excipiunt. Earum usus est in affirmatis aut negatis generalioribus, ex quibus vix ac ne vix quidem aliquid excipitur, quod potius non excipi debere videatur. Ita Demosth. Philipp. IV. pag. 57. Τί ἂν παθόντες τοῦτο ὀνειδίζομεν ἀλλήλοις; καὶ προφάσει χρώμεθα τοῦ μηδὲν τῶν δεόντων ποιεῖν; ΠΛΗ'Ν ΕΙ' τῆς τύχης βοηθεία γεγονυία τοῖς ἀπόροις φθονοῦμεν. *Qua igitur causa moti hoc alii aliis exprobramus? et prætextu utimur, quo minus ea, quæ facta oportet, faciamus? nisi forte excipias, nos tenuioribus invidere fautricem fortunam.* Cum nihil aliud restet excipiendum, præter illud, quod nemo concessurus sit, per hoc ipsum confirmat orator argumentum. In Apologia apud Plat. pag. 18. [cap. 2. ed. Fischer.] queritur Socrates, a multis se esse accusatum, nemine defendente: imo ne licuisse quidem sibi scire nomina accusantium: excipit tamen: Πλὴν εἴ τις κωμῳδιοποιὸς τυγχάνει ὤν. *Excipio tamen, si quis forsan comicus sit.* Atque ita indignationis notam præfert.

XXII. Inter πλὴν et εἰ interponit voculam Thucydides, id quod nonnihil obscuritatis parit. Locus est lib. VI. cap. 88. init. Ἀθηναίοις εὖνοι ἦσαν, πλὴν καθόσον εἰ τὴν Σικελίαν ᾤοντο αὐτοὺς δουλώσεσθαι. *Atheniensibus erant benevoli, nisi forte hoc unum excipias, quod putabant, eos subacturos Siciliam.* Elliptica est locutio, quæ ita suppleri possit: Πλὴν εἰ κατὰ τοσοῦτον οὐκ εὖνοι ἦσαν, καθόσον etc.

XXIII. Dixerunt etiam ΠΛΗ'Ν 'ΕΑ'Ν, cujus exempla ex Isocrate et Theophrasto affert H. Stephanus. Nullo autem discrimine πλὴν εἰ et πλὴν ἐὰν distant, nisi quod prius certam, posterius incertam conditionem excipit, propter ἂν, quod latet in ἐὰν, quare hoc cum subjunctivo construitur. Sic Isocr. πλὴν ἐὰν συμφέρῃ. et Theophr. Πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γίνηται. Illud cum indicativo, ut apud Dem. et Plat. modo ad partes vocatos.

XXIV. Sed additur etiam negativum μὴ, ut fiat ΠΛΗ'Ν ΕΙ' ΜΗ', quod nihil aliud significat quam πλὴν εἰ. Discrimen in nulla alia re consistit, nisi in locutionis forma: res eodem redit. Si dicimus πλὴν εἰ, continet τὸ πλὴν conditionem exceptam, nec indiget τοῦ μή: sin πλὴν εἰ μὴ, in ipsa conditione negativa comprehenditur. Sic Lucian. in Dial. Diog. et Mausol. Σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, ΠΛΗ'Ν ΕΙ' ΜΗ' τοῦτο φῂς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. *Tu vero, o optime, non*

video, quem fructum capias ex isto (monumento), *nisi excipiens dicas, magis te premi, quam nos, tantorum lapidum pondere.* Item alterum ex Diog. Laërtio, qui de Socrate ait pag. 102. Ἀποδημίας δὲ οὐκ ἐδεήθη, καθάπερ οἱ πλείους, ΠΛΗ͂Ν ΕΙ᾽ ΜΗ᾽ στρατεύεσθαι ἔδει. *Peregrinationes non magni faciebat, ut plerique: nisi excipias expeditionum necessitatem.*

XXV. De πλὴν ἐὰν μὴ et πλὴν ἂν μὴ, quorum exempla profert Stephanus, eadem dicta putantor, observata tantum aliqua differentia, quam dedi modo §. 23. Non possum tamen non hic quasi in transitu notare, πλὴν ἐὰν et πλὴν ἐὰν μὴ nonnunquam promiscue adhiberi posse. Sic legimus in lib. III. Reg. cap. VIII. comm. 25. Οὐκ ἐξαρθήσεταί σου ἀνὴρ ἐκ προσώπου μου καθήμενος ἐπὶ θρόνου Ἰσραὴλ, ΠΛΗ͂Ν ἘΑ͂Ν φυλάξωνται τὰ τέκνα σου τὰς ὁδοὺς αὐτῶν πορεύεσθαι ἐνώπιόν μου, καθὼς ἐπορεύθης ἐνώπιον ἐμοῦ. Si dixisset πλὴν ἐὰν μὴ, signum fuisset exceptionis: *Nullus excidet a facie mea, nisi excipias, si filii tui non servabunt* etc. Sed, cum dicat πλὴν ἐὰν, illud πλὴν est limitativum, terminans promissionem certa conditione, cum reddo: *sed tantum, dumtaxat, si filii tui* etc. [G. *Ausser wenn.*]

XXVI. Præfigitur etiam πλὴν relativis, ut excipiat vel limitet quantitates, qualitates, modos, partes, tempora, loca. Talia sunt πλὴν ὅσον, πλὴν οἷον, πλὴν ὅπως, πλὴν ὅπῃ, πλὴν ὅταν, πλὴν ὅπου. Longum est omnia discutere. Quorsum enim? nam, uno intellecto, reliqua omnia patebunt. Pauca igitur de πλὴν ὅσον et πλὴν ὅτι dicam. Sic πλὴν ὅσον excipit certam rationem vel partem apud Paus. in Arcad. pag. 457. Ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ οὔτε θεὸς ἐγένετο οὐδεὶς ἔτι ἐξ ἀνθρώπου, ΠΛΗ͂Ν ὍΣΟΝ λόγῳ καὶ κολακείᾳ πρὸς τὸ ὑπερέχον. *Mea vero ætate nemo hactenus ex homine factus est deus, nisi nomine tantum et immodica adulatione.* Et pag. 462. Καὶ τῷ μὲν ἐπιφανὲς συμβῆναι παρὰ τὸν βίον φασὶν οὐδὲν, ΠΛΗ͂Ν ὍΣΟΝ οὐκ ἐν Τεγέᾳ τὴν βασιλείαν κατεστήσατο, ἀλλ᾽ ἐν Τραπεζοῦντι. *Et hujus ætate nihil præclarum contigisse ferunt, nisi tantum, quod non Tegeæ, sed Trapezunte regni sedem collocavit.*

XXVII. Ubi subjungitur ὅτι, illud nihil aliud est, quam διήγησις rei exceptæ, estque locutio elliptica, suppresso ἓν vel ἑνὸς post πλήν. Sic apud Sophocl. in Electr. v. 427.

Πλείω δὲ τούτων οὐ κάτοιδα, ΠΛΗ͂Ν ὍΤΙ
Πέμπει με κείνη τοῦδε τοῦ φόβου χάριν.

Πλὴν ὅτι pro πλὴν ἓν τοῦθ᾽, ὅτι. *Excipe hoc unum, quod. Plura,* inquit, *his nescio præter hoc unum, quod hujus timoris causa me mittit illa.* Sic Act. Apost. cap. XX. comm. 23. Πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδὼς, ΠΛΗ͂Ν ὍΤΙ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγον, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. i. e. πλὴν ἓν τοῦθ᾽ ὅτι. *Proficiscor Hierosolymas, nesciens, quæ mihi ibidem sint eventura, nisi hoc unum, quod Spiritus Sanctus oppidatim*

Digitized by Google

testatur, dicens, vincla mihi parata et afflictiones. Supplet ellipsin Aristophan. in Pac. v. 227.

Οὐκ οἶδα, ΠΛΗ'Ν "ΕΝ, "ΟΤΙ θυείαν ἑσπέρας
Ὑπερφυᾶ τὸ μέγεθος εἰσηνέγκατο.

Nescio, nisi quod vesperi mortarium ingens vastumque intulit.

XXVIII. Junguntur etiam πλὴν γ' ὅτι καὶ, in quibus πλὴν est exceptivum, γε astringens, sequente καὶ ἐπιδοτικῷ. Utuntur, quando superioribus nobilior pars adjicitur: eandemque vim habent, quam οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, in sensu ἐπανορθωτικῷ. Tale illud Aristidis pro Quatuorv. pag. 305. "Ωστ' ἔμοιγε δοκεῖ τῆς Τερπάνδρου μᾶλλον ἂν εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι, ΠΛΗ'Ν Γ' "ΟΤΙ ΚΑΙ' παρελήλυθεν· *Ita ut mihi videantur potius cum Terpandri Musica posse comparari, excepto quidem hoc uno, quod etiam excellunt.* h. e. *nisi quod excellunt*, vel, *imo etiam superare.*

XXIX. Dicunt etiam πλήν γε δὴ ὅτι, stabiliente τῷ δὴ exceptionem nervosius adstrictam. Sic Epict. Enchir. c. 73. "Αν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; ΠΛΗ'Ν ΓΕ ΔΗ' "ΟΤΙ ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. *Sin ipsam enarrandi rationem fuero admiratus, quid aliud nisi grammaticus evasero, cum debuerim esse philosophus? Nisi quod id unice interest, quod pro Homero Chrysippum explicem.*

ΠΟΤΕ'.

I. Adverbium temporis ποτὲ fere rem diu exactam, et a præsenti tempore longius remotam notare, abunde cuilibet notum. Hinc jungitur τῷ πάλαι in illo:

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Fuere quondam strenui Milesii.

Et τῷ ἤδη postpositum commode *dudum* redditur, ut apud Plat. in Cratyl. pag. 386. [T. III. p. 235. ed. Bip.] "Ηδη ποτὲ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἀπορῶν, καὶ ἐνταῦθα ἐξηνέχθην, ἅπερ Πρωταγόρας λέγει. *Jamdudum ego, Socrates, dubitans sum delatus ad ea, quæ Protagoras dicit.*

II. Sed contra notare tempus modo elapsum, docet Eustathius ad Hom. Il. Θ. v. 108.

Οὕς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην. —

Quos (equos) *nuper* vel *modo ab Æneα cepi*, imo *heri*, ut idem vult pag. 702. Sed sæpe neque diu exactum, neque propius tempus

Digitized by Google

notat, sed nullo omnino termino limitatum, cum repetitum postponitur τοῖς μὲν et δὲ, *nunc, nunc: modo, modo* Latini repetunt, vel etiam *interdum* et *aliquando*, ut apud Procl. in Platonis Theolog. lib. I. cap. 4. Ποτὲ μὲν συμβολικῶς ἐξαγγέλλων τὰς ἀῤῥήτους αὐτῶν ἰδιότητας, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτὰς ἀνατρέχων. *Nunc obscure enuncians ineffabiles earum rerum proprietates, nunc ab imaginibus ad ipsas recurrens.* Et sic opponitur τῷ ἀεὶ ap. Plat. in Theæt. pag. 170. [T. II. p. 108. ed. Bip.] Πότερον ἀληθῆ φῶμεν ἀεὶ τοὺς ἀνθρώπους δοξάζειν, ἢ ποτὲ μὲν ἀληθῆ, ποτὲ δὲ καὶ ψευδῆ; *Utrum dicemus, homines semper vera opinari, an nunc vera, nunc etiam falsa?*

III. Hæc postrema notio ἀοριστολογικὴ effecit, ut ποτὲ particulæ naturam induerit, quæ relativis juncta, locutioni novam emphasin addat. Afficit autem relativa bifariam, *vel* simpliciter iisdem sensum tribuens ἀοριστολογικὸν, *vel*, si dubitatio sit admixta, dubitantis sollicitudinem aut sciscitantis cupiditatem augens. In *priori* sensu Latini reddunt *cunque*, ut *quicunque, qualiscunque, qualis qualis*, et similia. Sic Dem. de Pace pag. 23. init. Τὴν ὑπάρχουσαν εἰρήνην μὴ λύειν τοῦτο ποιήσῃ, οὐχ ὡς ἀξίαν οὖσαν ὑμῶν, ἀλλ' ὁποία ποτ' ἐστὶν αὐτὴ, μὴ γενέσθαι μᾶλλον, εἶχε τοῖς πράγμασι καιρὸν, ἢ γεγενημένη (leg. γεγενημένην) νῦν δι' ὑμᾶς λυθῆναι. *Id facit, ut præsentem pacem non solvat, non quia est egregia, aut vobis digna, sed qualis qualis hæc est, opportunius vestris rebus fuisset, eam non fuisse factam, quam nunc, cum facta est, per vos dissolvi.* Proprie *qualis unquam sit*, aut, *qualis esse unquam dici potest.*

IV. Exprimit dubitantis sollicitudinem apud Plat. in Soph. pag. 231. [T. II. p. 229. ed. Bip.] Κἀκεῖνον ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ἤδη σφόδρα ἀπορεῖν, ὅπῃ ποτὲ ἔτι διαδύσεται τὸν λόγον. *Et ille existimandus est nunc jam vehementer dubitans quærere, qua tandem ratione nostrum sermonem subterfugiat.* Sic lib. II. Macchab. cap. XIV. comm. 32. Τῶν δὲ μεθ' ὅρκων φασκόντων μὴ γινώσκειν, ποῦ ποτ' ἐστὶν ὁ ζητούμενος. *Cumque illi jurati dicebant, nescire se, ubi tandem is esset, qui quærebatur.*

V. Exprimit percontantis cupiditatem apud Aristoph. in Pac. v. 188.

Οὔτοι μὰ τὴν γῆν ἔσθ' ὅπως οὐκ ἀποθανεῖ,
Εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομ' ὅ, τι ποτ' ἐστί σοι.

Per terram non poteris effugere, quin pereas, nisi dicas mihi nomen, quale tandem tibi est.

VI. Additur et καὶ ἐπιδοτικὸν, ut fiat ὅ, τί ποτε καί. [G. *Was es auch nur sei.*] Ita Chariclea apud Heliod. lib. II. cap. 8. Μακαρίζω μὲν τὴν θρηνηθεῖσαν ὑπὸ Θεαγένους, ἢ καὶ φιληθεῖσαν, ὥς φησι Κνήμων, ἥτις ποτὲ καὶ ἐστιν. *Beatam quidem illam censeo, quam Theagenes luxit, vel etiam osculatus est, ut ait Cnemon, quæcunque tandem illa est.*

Digitized by Google

VII. Interponit καὶ ante ποτὲ Plat. in Phædr. pag. 268. init. [p. 366. T. X. ed. Bip.] Ἴδωμεν, τίνα καί ποτ' ἔχει τὴν τῆς τέχνης δύναμιν. *Videamus, qua tandem vi ars polleat.*

VIII. Interrogationibus rectis itidem cupidus percunctantis animus per hanc particulam notandus, ubi Latini itidem reddunt *tandem.* Sic apud Aristoph. in Acharn. v. 422.

Ποίας ποτ' ἀνὴρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων;

Qualia tandem vestium fragmenta hic sibi vult? Et in Pac. v. 600.

Ἀλλὰ πῦ ποτ' ἦν ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τῦτον χρόνον;

Sed ubi tandem hinc a nobis abfuit tam diu? Sic τίς ποτε in Acharn. v. 588.

Πτίλον γάρ ἐστιν, εἰπέ μοι, τίνος ποτέ;

Penna enim, dic mihi, cujus tandem est? Sic πῶς ποτε apud Plut. Quæst. Plat. pag. 1004. Ita etiam τί ποτε, ut apud Plat. in Apol. pag. 21. de oraculo ipsum hominum sapientissimum pronuntiante; Τί ποτε λέγει ὁ Θεός; καὶ τί ποτε αἰνίττεται; *Quid tandem dicit Deus? et quid tandem significat?* Interdum, interjecta alia voce, disjunguntur τί ποτε· ut apud eund. in Soph. pag. 231. [Bip. 229.] Ἀπορῶ δὲ ἔγωγε ἤδη, —— τί χρή ποτε ὡς ἀληθῆ λέγοντα καὶ διϊσχυριζόμενον εἰπεῖν ὄντως εἶναι τὸν σοφιστήν. *Jam equidem dubito, quid tandem, si quis vere dicere et asseverare velit, oporteat dici revera esse Sophistam.* Et apud Aristoph. in Plut. v. 19.

Ἐγὼ μὲν ὖν ὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι,
Ἢν μὴ φράσῃς ὅ, τι τῦδ' ἀκολυθῦμέν ποτε.

Ego quidem nullo pacto silebo, nisi dicas, quid tandem hunc sequamur? Et Plat. Apol. pag. 21. [c. 6. ed. Fischer.] Τί ὖν ποτε λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; *Quid igitur tandem dicit cum me pronunciat esse sapientissimum?*

IX. In significatione temporis, interrogantis securitatem ostendit, quum verosimile non sit, interrogaturum fuisse illum, si scivisset, alterum habiturum, quod opponeret. Exemplum est apud eund. in Theæt. pag. 188. extr. [T. II. p. 148. ed. Bip.] Ἦ σὺ οἴει ποτὲ τὸ ἓν ἐν τοῖς μὴ ἔστιν εἶναι; *An tu unquam putares, id, quod unum est, inter ea esse, quæ non existunt?*

X. Ὅστις δή ποτε est *quicunque nimirum tandem,* quamvis δὴ in hac compositione Latinis negligitur. ut cum ait Demosth. in Cherson. init. Ἔνιοι τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δ' ἥτινι δήποτ' αἰτίᾳ προάγονται λέγειν. *Nonnulli partim ambitione, partim quacunque tandem causa ad*

dicendum impelluntur. Ἀεί ποτε includit omne tempus, et est *nunquam non.* Sic. Thucyd. lib. IV. cap. 78. Τοῖς Ἀθηναίοις ἀεί ποτε τὸ τῶν Θεσσαλῶν εὔνουν ὑπῆρχεν. *Atheniensibus plebs Thessalorum nunquam non fuit benevola.* Et cap. 103. Ἀεί ποτε τοῖς Ἀθηναίοις ὄντες ὕποπτοι. *Nunquam non Atheniensibus suspecti.* In interrogationibus idem præstat τὸ ποτὶ, παρακελευστικῶς adhibito τῷ δὴ, ut fusius ostendi supra in ΔΗ. vid. Plat. in Euthyphr. pag. 15. [c. 18. ed. Fischer.] Τί δή ποτ' ἂν εἴη ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα τοῖς θεοῖς; *Age, quæ tandem illa sint dona?* proprie: *Quæ unquam dona dici* vel *excogitari possunt, quibus Dii a nobis augeantur?*

ΠΟΥ͂ ET ΠΟΥ.

I. Locale adverbium est ποῦ, et interrogat de loco, quo quid fiat aut contineatur. Exempla in re nota superflua. Videndum tantummodo, an etiam pro ποῖ positum motum ad locum designet. Exempla apud vetustissimos in promtu non sunt. Utitur Lucian. Dial. Mort. 3. Ποῦ σοι τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; *Quo ista tui Dei dimidia pars abiit?* In Evang. Joann. non semel occurrit, ut cap. III. comm. 8. de vento: Οὐκ οἶδας, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. *Nescis, unde veniat, et quo abeat.* cap. VII. comm. 35. Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι; *Quo hic abibit?* Ita et που encliticum ponitur; v. c. apud Plat. Euthyphr. pag. 15. σπεύδω που *festino aliquo.*

II. At, cum που inclinatur, locum notat, nullo termino limitatum, sed vagum et incertum, ut apud Hom. Il. Ρ. v. 446.

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρός.

Non enim quicquam uspiam est ærumnosius homine. Ita Socrates apud Plat. in Phæd. pag. 67. [c. 12. ed. Fischer.] Πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ, οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἱκανῶς ἐκεῖ, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο. *Magna spes est ei, qui pervenerit, quo ego proficiscor, fore, ut illic, si usquam alibi, hoc consequatur.*

III. Designat etiam locum, terminatum quidem, sed laxioribus limitibus circumscriptum, sublata strictiori ejusdem designatione, ut apud Hom. Il. Ε. v. 193.

Ἀλλά που ἐν μεγάροισι Λυκάονος ἕνδεκα δίφροι.

Sunt undecim, inquit, currus, et designat locum, nempe in ædibus Lycaonis, sed, ubi illic inveniendi sint, relinquit ἀόριστον τὸ που.

IV. Hinc jungitur adverbiis locum limitatum designantibus, qualia sunt ἐνταῦθα, ἐκεῖ, ut apud Lucian. Dial. Nept. et Nereid. Οὐδὲ καλὸν ἘΝΤΑΥ͂ΘΆ ΠΟΥ κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτήν. *Neque decorum est, eam illic alicubi sub arena jacere.* Ἐκεῖ που habet idem

2

Digitized by Google

Dial. Jov. et Merc. ἘΚΕΙ͂ δέ ΠΟΥ ὁ Ἄργος βυκολεῖ. *Illic alicubi Argus pascit.*

V. Sed et πῦ circumflectitur, etiam quando non interrogat, non tantum, cum materialiter tantum ponitur τὸ πῦ, verum etiam apud philosophos, ubi neque terminatum quid notat, neque interminatum locum, sed quatenus terminum terminati; ut cum roges, ubi sit cœlum, quod omnia complectitur, neque designari potest, quod ipsum comprehendat. Consulatur totum caput quintum libr. IV. Physicor. Aristotelis: τὸ δὲ πᾶν, inquit, ὐ πῦ· τὸ γὰρ πῦ (non τὸ γὰρ πυ) αὐτό τί ἐστί τι, καὶ ἔτι ἄλλό τι δεῖ εἶναι παρὰ τῦτο, ἐν ᾧ ὃ περιέχει. *Universum vero non est alicubi: nam illud alicubi et ipsum est aliquid, et præterea oportet aliud quid esse præter hoc, in quo sit, quod contineat.* [G. *Denn das Wo.*]

VI. A loci interminati atque adeo incerti significatione facilis translatio est ad omnia alia incerta, i. e. ex usu τοπικῦ natus est usus στοχαστικὸς, cum de re non plane certa conjecturam facimus. Hinc redditur *fortasse* innumeris locis. vid. Hom. Il. Ξ. v. 144.

Ἀλλ' ἔτι πυ Τρώων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
Εὐρὺ κονίσυσιν πεδίον. —

Sed fortasse adhuc Trojanorum duces et principes latum campum pulvere implebunt. Sic Ο. v. 43. Φ. 83. Ω. 488.

VII. Hinc commode jungit verbo εἰκάζειν Heliodorus Æthiop. lib. VIII. cap. 11. Ἀρσάκης, ὡς εἰκάζειν ἔνεστιν, ἕτερόν πυ καὶ καινότερον τιμωρίας τρόπον τανῦν ἐπινοῦσης. *Arsace, ut conjicere licet, aliud fortasse et magis novum supplicii genus in præsentia excogitante.* Commode quoque adhibetur interrogationibus, ut apud Plat. in Phædr. pag. 226. [T. X. p. 363. ed. Bip.] Καλὸν πύ τι ἂν εἴη, ὃ τύτων ἀπολειφθὲν, ὅμως τέχνῃ λαμβάνεται; *An pulcrum forsan foret, si id, quod his rebus destituitur, tamen arte perciperetur?* Convenit etiam ironice jocantibus, qui de re nota dubitantes, in aliorum superstitione cavillantur. Talis videtur esse Bacchus ap. Aristoph. in Ran. v. 772. qui vapulans ita invocat Apollinem:

Ἄπολλον, ὅς πυ Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις.

Apollinem Deli et Pythone sive Delphis domicilium habere, nemo ignorabat: neque dubitat vere, sed ironice ludit, quantumlibet vapulans. Potest quidem illud πυ adhiberi τοπικῶς, ut sit sensus, *qui, nescio ubi, aut Deli aut Pythone habitas:* sed et potest στοχαστικῶς explicari: *qui Deli forsan aut Pythone habitas.* Hæc vis στοχαστικὴ parturit aliam μειωτικὴν, qua id, quod in oratione nimium videtur, imminuitur et mollitur. Ita Mercurius in Timone Lucianeo cap. 42. Αὐτά πυ σχεδὸν φῂς τὰ γιγνόμενα. Illud σχεδὸν videlicet non satis imminuere visum est assentientis voluntatem; quare

Digitized by Google

alterum imminuens addit τὸ που. *Ista, quæ dicis, fortasse prope vera sunt.*

VIII. Convenit egregie suæ sententiæ vel vere diffidentibus, vel diffidere se fingentibus, et ob id cautius loquentibus, et verba sua ex aliena sententia suspendentibus; quare frequens fuit in ore Socratis εἰρωνεύων soliti. ut apud Plat. in Phædr. pag. 270. [T. X. p. 370. ed. Bip.] Ὁ αὐτός που τρόπος τέχνης ῥητορικῆς, ὅσπερ καὶ ἰατρικῆς. Hic ne dicamus, Socratem aut dubitare, aut conjectura uti, sed id, quod sentit, dicere. Non itaque particula est plene στοχαστική, sed potius μειωτική, emolliens ea, quæ nimis confidenter dicta videri possint. Latini, apud quos is particulæ usus non est, exprimere tamen conati sunt per subjunctivum modum: *Eadem fuerit artis oratoriæ ratio, quæ medicandi.*

IX. Pulcrum est, quando sequens particula γε partem rei, hoc modo propositæ, limitative urget; sic enim significatur, non plane a veritate esse alienum, quod dictum sit. Ut cum Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 266. [T. X. p. 363. ed. Bip.] monuisset, dicendum porro restare, quid adhuc ad rhetorices explicationem desideretur, respondet Phædrus: Καὶ μάλα που συχνά, ὦ Σώκρατες, τά γ' ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς περὶ λόγων τέχνης γεγραμμένοις. Primum ait, admodum multa restare: sed, quia hoc fortius affirmatum videtur, remedium affert τὸ που στοχαστικὸν sive μειωτικόν. Mox contra, ne nimis attenuetur dictum universum, τὸ γε partem limitando urget: *saltem multa adhuc inveniuntur in libris de arte dicendi scriptis.*

X. Hinc apposita hæc est particula, quoties alterius assensum elicere, et quasi emendicare conamur, ut idem Phædrus pag. 257. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Σύνοισθά που καὶ αὐτός, ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοι καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται. *Mecum, ni fallor, et ipse scis, eos, qui auctoritate valent, et optimates in civitatibus, pudere orationes scribere, et scripta sua relinquere, metuentes, ne a posteris inter sophistas censeantur.* Sic pag. 264. Ἐννοεῖς που, ὡς ἐγῷμαι. *Intelligis, si recte opinor.* [G. *Du verstehsts doch wohl, denk' ich.*]

XI. Qui ita loquuntur, fere talia dicunt, quæ concessum iri, facile conjiciunt, quare fere sequitur responsum affirmativum. ut apud Plat. in Lysid. pag. 214. [T. V. p. 234. ed. Bip.] Ἀδικοῦντας δὲ καὶ ἀδικουμένους ἀδύνατόν που φίλους εἶναι. *Qui injuriam faciunt et accipiunt, fieri, ni fallor, non potest, ut inter se sint amici.* Respondet aliquis: Ναί. Et paulo superius: Εἰσὶ δέ που οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὅλου διαλεγόμενοι καὶ γράφοντες. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. *Fuerint hi, qui de natura et universo disserunt et scribunt. Vera, inquit, prædicas.*

XII. Extorquet magis quam emendicat assensum hæc particula,

Digitized by Google

conveniτque reprehendenti et objurganti, ut apud Hom. Il. Ε. v. 473.

> Ἕκτορ, πῆ δή τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες;
> Φῆς πυ ἄτερ λαῶν πόλιν ἕξεμεν ἠδ' ἐπικύρων,
> Οἶος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι.

Hector, quo tibi nunc animus abiit, quem ante habebas? Dicebas, opinor, te sine copiis urbem defensurum, et sine sociis, solum cum affinibus et fratribus tuis. [G. *Du sagtest ja, dacht' ich, du wolltest etc.*]

[Abundare hanc particulam nemo idoneis exemplis docuit. Nam v. c. ὐ δή πυ est *non utique, opinor*. Non abundat igitur πυ. Et sic in aliis.]

ΠΡΙ`Ν ET ΠΡΙ`Ν Ἤ.

I. Particula ΠΡΙ`Ν idem est quod πρότερον, neque aliter ab hoc differre videtur, nisi quod πρότερον oratoribus, πρὶν poëtis usitatius sit. vid. Hom. Il. Β. v. 112. ubi πρὶν et νῦν opponuntur:

> — Ὃς ΠΡΙ`Ν μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν,
> Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι·
> ΝΥ͂Ν δὲ κακὴν ἀπάτην βυλεύσατο. —

Qui olim quidem mihi promisit, et annuit, Ilio me bene munito exciso rediturum: nunc vero malam fraudem machinatus est. Opponitur τῷ δὴ χρονικῷ apud eund. Il. Ε. v. 472.

> Ἕκτορ, πῆ ΔΗ' τοι μένος οἴχεται, ὃ ΠΡΙ`Ν ἔχεσκες;

Hector, quo nunc tibi robur abit, quod antea habebas? Cum articulo τὸ utitur Plat. in Symp. pag. 196. [T. X. p. 216. ed. Bip.] Πᾶς ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμυσος ᾖ τὸ πρὶν, ὗ ἂν Ἔρως ἅψηται. *Quisque evadit poëta, licet antea eruditionis expers, quemcunque Amor afflaverit.*

II. Et, ut πλὴν, ita etiam πρὶν cum genitivo construitur, more vel præpositionum, vel potius comparativorum, ut cum dicas, πρὶν θέρυς, *ante æstatem*, πρὶν ὥρας, *ante tempus*, ap. Pind. Pyth. IV. 76. Admittit et, ut πρότερον, ante se voculam intensivam, quale est πολὺ πρὶν, *longe ante*, Hom. Il. Λ. v. 236.

III. Genitivus casus, cujus exemplum modo ex Pindaro vidimus, rarior est; sed frequentius resolvitur per particulam ἢ, ut apud Latinos *priusquam*. vid. Matth. I. 18. Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτύς. *Priusquam illi conveniebant*. Plat. lib. VI. de Rep. pag. 501. [T. VII. p. 104. ed. Bip.] Μηδὲ γράφειν νόμυς πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν (τὴν

πόλιν) ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. *Neque leges scribere, priusquam civitatem acceperint puram, vel talem ipsi effecerint.* Significatio vero particulæ τῦ *priusquam* soli debetur ellipsi particulæ ἢ, quæ crebro negligitur, ut Matth. XXVI. 34 et 75. Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. *Antequam gallus cantabit, ter me abnegabis.* pro πρὶν ἢ φωνήσει. Joann. IV. 49. Κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. *Descende, priusquam filiolus meus moriatur.* Ex his, quæ hactenus dicta sunt, liquet, proprie post se requirere infinitivum, quod etiam Eustathius observavit ad Hom. pag. 1450. lin. 29. ad Homeri versum 374. Od. Β.

IV. Nec obstat, si actus posterior non sequitur; sufficit, si prævenatur, ut apud Aristoph. Vesp. 1316.

Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι, πρὶν πληγὰς λαβεῖν.

Sed hinc me auferam, priusquam vapulo.

V. Cum *indicativo* construit Homerus, ubi sermo est de re futura, Il. Α. v. 29.

Τὴν δ' ἐγὼ ὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν.

Hanc vero non solvam, priusquam senectus eam subeat. Cæteroquin utuntur indicativo præterito, ubi de re jam transacta sermo est, vel, ut ait Devarius, ubi de re præterita ut de præterita loquimur; afferens ex Budæo hoc Demosthenis, quod est in orat. adv. Leptin. pag. 374. Χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτῦ νόμον, πρὶν ἢ τὸν παλαιὸν τῦτον ἔλυσε. *Oportuit igitur Leptinem non prius suam legem ferre, antequam veterem hanc abrogavisset.* Quando cum *optativo* construitur, intelligitur particula ἂν, quando tempus ponitur quidem præteritum, sed revera res nondum in actu est constituta, atque adeo adhuc futura, ut in Act. Apost. cap. XXV. comm. 16. Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπόλεσιν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορύμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τὺς κατηγόρυς, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τῦ ἐγκλήματος. *Non mos est Romanis quempiam in gratiam cujuspiam in perniciem tradere, antequam reus in conspectu habeat accusatores, locumque inveniat defensionis super accusatione.* Cum *subjunctivo* construitur in Evang. Luc. cap. II. comm. 26. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τῦ Πνεύματος τῦ ἁγίυ, μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίυ. *Et divinitus erat monitus per Spiritum Sanctum, non visurum mortem, antequam vidisset Christum Domini.* Cæterum cum optativo et subjunctivo ita construitur, ut infinitivo possit esse locus. Sic pro πρὶν ἢ ἴδῃ potuit dici πρὶν ἰδεῖν, ut liquet ex comm. 20.

VI. Quemadmodum oratores priori membro πρότερον præmittunt, sequente in posteriori πρὶν, ita poëtæ geminant τὸ πρὶν, ubi non statim prius habendum est otiosum, sed geminatio hæc emphasin ha-

Digitized by Google

bet, quæ cæteroquin abest. Illius exempla habet Budæus, Stephanus et Devarius; hujus dabo ex Homero. vid. eum Il. B. v. 348.

Πρὶν Ἄργος ἰέναι, πρὶν καὶ Διὸς Αἰγιόχοιο
Γνώμεναι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, ἦε καὶ οὐχί.

Ut prius Argos redeamus, antequam Jovis Ægidem tenentis cognoscamus, num falsa sit promissio, nec ne. Et v. 354.

Τῷ μή τις πρὶν ἐπειγέσθω οἶκονδε νέεσθαι,
Πρίν τινα πὰρ Τρώων ἀλόχῳ κατακοιμηθῆναι.

Idcirco ne quis ante festinet domum ire, priusquam cum Trojanorum uxore concubuerit.

VII. Ubi πρὶν repetitur, posterius cum infinitivo construi ait Eustathius ad Hom. Il. A. v. 97.

Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει.
Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην.

Neque ante a peste graves manus abstinebit, priusquam patri charo reddiderit nigris oculis puellam. Et sane loca Homerica hoc confirmare videntur; quo minus tamen constantem hunc canonem statuam, impedit locus Aristophanis, qui repetit πρὶν cum optativo. Is est in Pace v. 1112.

— Οὐ γὰρ οἷόν τε
Ἡμῖν πρὶν διδόναι, πρὶν καὶ λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.

pro ὑμεναιοῖν. *Non enim possumus prius dare, antequam lupus ovem sibi connubio junxerit.*

VIII. Adhibetur et elliptice, cum nonnulla ex præcedentibus veniunt repetenda: ut apud Platon. in Critia pag. 110. [T. X. p. 41. ed. Bip.] Μυθολογία γὰρ, ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν, μετὰ σχολῆς ἅμ' ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον, ὅταν ἴδητόν τισιν ἤδη τοῦ βίου τἀναγκαῖα κατεσκευασμένα· πρὶν δὲ, οὔ. Nempe πρὶν ἴδητόν τισιν ἤδη τοῦ βίου τἀναγκαῖα κατεσκευασμένα. *Nam fabularum et antiquitatum disquisitio simul in civitates intraverunt una cum otio, cum videbant expedita nonnullis ad vitam necessaria: antea vero non.* i. e. priusquam hoc viderunt, non intraverunt. Nisi dicamus, πρὶν pro πρότερον adhiberi ἁπλῶς, ablata post καὶ distinctione: sed prius amplector; quod πρὶν hoc modo adhibere potius poëtæ solent, quam oratores.

IX. Ubi particula ἂν adjicitur, non infinitivo, sed fere subjunctivo locus est, ut in illo antiquissimi poëtæ:

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Digitized by Google

Ne feras sententiam, priusquam utramque partem audieris. Plat. in Euthyphr. pag. 15. Πρὶν ἂν μάθω. *Priusquam didicero.*

X. Dicitur et πρίν τί; quod exprimit vehemens desiderium cupientis discere temporis terminum, quo quid futurum sit, plane ut dicitur ἵνα τί; ὅτι τί; ὥσπερ τί; quæ omnia damnant moram, et afferunt tacitam reprehensionem, quod alter vel omnino non, vel saltem tardius continuat orationem: est enim harum particularum maximus usus in colloquiis. Exemplum habet Sophocl. in Ai. Flag. v. 107.

— Θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔτι πω θέλω.
ΑΘ. Πρὶν ἂν τί; ἢ τί κερδάνῃς πλέον;

AI. Nam nondum volo eum mori. MIN. Priusquam quid commodi capias? i. e. *Quid igitur prius faciendum est, quam moriatur?* Quia dixerat οὔπω.

Π Ω.

I. Particulæ ΠΩ diversi sunt usus, rationem modumve nempe, vel tempus notantes. Amatque imprimis hæc particula aliis jungi, præsertim negativis, ut οὔπω, μήπω, οὐδέπω, μηδέπω, οὔτι πω etc. quibus tempus excluditur. Rarior usus est, quo rationem modumve, quo quid fieri aut agi possit, excludit. Exemplum est apud Aristoph. in Acharn. v. 581.

ΛΑΜ. Τί δ' εἶπας ἡμᾶς; οὐκ ἐρεῖς; ΔΙΚ. Οὐκ οἶδά πω.

LAM. Quid in nos dixisti? Non indicabis? DIC. Nequaquam scio. i. e. *nulla ratione.*

II. Sed crebrior est temporis usus, quando semper negativo subjunctum, terminat negando præteritum per tempus præsens, futurum nihil morans, quare cum futuro, ut futuro, construi nequit. Construitur ergo plerumque cum præterito, nonnunquam cum præsenti. Cum *præterito* apud Plat. Euthyphr. pag. 11. [c. 9. ed. Fischer.] ubi loquitur περὶ τοῦ ὁσίου: Ὅ, τι δὲ ὄν, οὔπω εἶπες, *Quid autem illud sit, nondum dixisti.* Excludit tempus præteritum, de futuro nihil asserens, aut negans; non enim negat, alterum dicturum; neque ait, dicturum, sed petit, ut tandem dicat: nam sic pergit: Εἰ οὖν σοι φίλον, μή με ἀποκρύψῃ, ἀλλὰ πάλιν εἰπὲ ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε ὂν τὸ ὅσιον. *Si igitur tibi placet, ne me celes, sed repetito quasi exordio dic, quid tandem sit illud sanctum.* Sic Dem. Olynth. I. pag. 2. *Tantum,* inquit, *Philippum effecimus,* ἡλίκος οὐδείς πω βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. *Quantus nondum quisquam Macedoniæ rex fuit.* Negat tantum de præterito, nihil futurum curans; non enim negat, posse regem Philippo potentiorem postea existere, aut ipsum Philippum majorem fieri.

Digitized by Google

III. Sed facile admittit tempus præsens, ut apud Plat. in Phædon. pag. 92. Ὅταν φῇς μὲν εἶναι τὴν ψυχὴν, πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπου εἶδός τι καὶ σῶμα ἀφικέσθαι, εἶναι δ' αὐτὴν συγκειμένην ἐκ τῶν οὐδέπω ὄντων. *Quum dicis, existere animam, etiam antequam in hominis speciem et corpus pervenerit, et esse eam conflatam ex iis, quæ nondum sunt.*

IV. Quamvis amet negativa subsequi, ab iis tamen sæpe separatur, nec plane cohæret: ut apud Aristoph. in Pac. v. 243.

Ταυτὶ μὲν, ἄνδρες, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω.

Hactenus, o viri, illa ad nos nihil attinent. Atque hoc perpetuum est in οὔτιπω, in quo τὶ μειωτικὸν ne minimum quidem relinquit, quod non excipiatur. Invenitur apud Sophocl. Ai. Flag. v. 106.

— Θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔτιπω θέλω.

Mori enim illum nequaquam hactenus volo.

V. In hoc temporis usu differt a ποτὲ, quod ποτὲ tria tempora, πω præteritum tantum, et præsens nonnunquam, excludit, præcedente negativo: et hoc ἁπλῶς *nunquam*, illud ὁριστικῶς *nunquam antea*, vel *hactenus nunquam* redditur. Sic πω et πρότερον junguntur apud Dem. pro Cor. pag. 321. ubi ait, tantam fuisse proditorum copiam, quantam nemo unquam antea fuisse meminerit, ὅσην οὐδείς πω πρότερον μέμνηται γεγονυῖαν. Hinc negativo junctum recte vertitur *nondum*, significans spatium a tempore præterito infinito ad præsens: quare alterum pro altero adhibere non licet. Ita apud Hom. Il. Β. v. 251.

Οὐδέ τι πω σάφα ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.

Neque hactenus scimus aperte, quorsum res evasuræ sint. ubi minime licet dicere οὐδέποτε. Rursus Il. Α. v. 543.

VI. Πω cum tempore præterito, et ποτὲ cum futuro diserte distinguuntur apud Plat. in Phædr. pag. 247. [T. X. p. 322. ed. Bip.] Τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. *Locum vero illum supra cœlum neque quisquam nostrorum poëtarum hactenus celebravit, neque unquam pro dignitate celebravit.*

VII. Alia ratione differunt οὔπω et οὐκέτι nam, ut illud eximit tempus præteritum et præsens, ita hoc futurum: illud nunquam cum futuro construitur, hoc nunquam cum præterito. Οὔπω ἐστὶ καιρὸς significat *nondum est tempus.* Οὐκέτι ἔσται καιρὸς *non amplius erit tempus.*

Digitized by Google

VIII. Ex præcedentibus colligere liceat, πω in temporis usu semper subsequi negativam vocem, neque hanc particulam per se stare posse: ubi enim sensus est affirmativus, habet ποτὲ sibi junctum, quo sustineatur. v. Plat. Apol. Socr. pag. 19. Ὅσοι ἐμοῦ πώποτε ἀκηκόατε. *Quotquot unquam hactenus me audivistis.*

IX. In πώποτε τὸ πω παραπληρωματικὸν vocat Eustathius ad Hom. pag. 70. lin. 44. ad versum 154. Il. A.

Οὐ γάρ πώποτ᾽ ἐμὰς βοῦς ἤλασαν. —

Fateor, abesse posse, sed, cum adsit, non otiosum tamen est: terminum enim notat, ante quem factum negatur: *Nunquam hactenus*, sive *hactenus* id asseverare possum, *Trojanos abstulisse nunquam boves meas.* Μήπω τι est *ne nunc quidem quidquam*, ut in Agamemnonis verbis apud Hom. Il. Δ. v. 235.

Ἀργεῖοι, μήπω τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς.

ubi Menelao vulnerato Agamemnon Græcos nihil de virtute sua remittere jubet; ita ut μὴ prohibeat, πω terminet tempus, et τὶ partem notet, virtutis scilicet, quam ne minimam quidem deponi jubet: ut sit sensus: *O Argivi, quamvis Menelaus sit vulneratus, tamen ne hactenus quidem quidquam de virtute vestra remittite.*

ΠΩ͂Σ ET ΠΩΣ.

I.

De Particula ΠΩ͂Σ *et Adjunctis.*

I. Particula ΠΩ͂Σ interrogativa est, *quomodo?* Interrogat igitur de modo. Estque illa interrogatio vel *simplex*, sive propria; vel *figurata.* Proprie sive simpliciter interrogamus, de quo quid scire cupimus, ut apud Plat. in Sophist. pag. 239. [T. II. p. 249. ed. Bip.] ΞΕΝ. Δόξει σοὶ μύειν, ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματα. ΘΕΑΙΤ. Πῶς; *HOSP. Videbitur tibi oculos claudere, vel omnino non habere. THEÆT. Quomodo? Figuratæ* interrogationis multiplex usus est. *Primus* est θαυμαστικὸς, s. *admirationis plenus*, qui habet affectum per exclamationem fere indicatum, et sic adhibetur pro ὡς *quam.* ut in Evang. Marc. cap. X. comm. 23. Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται; Non rogat de modo, quo intrabunt: sed admirantis est: *Quam difficulter ii, qui bona possident, intrabunt in regnum Dei! Secundus* usus est negativus, quo, quum arbitramur, aliquid nullo modo fieri posse, quasi interrogando alterum lacessimus, ut dicat, quod dicere non posse putamus. Atque hoc habet commune πῶς cum aliis ἐρωτηματικοῖς, πότε, ποῦ, πόθεν etc. Ita apud Æschin. Socrat. περὶ θανάτου cap. 16.

Πῶς δὲ ἐπὶ τῷ μὴ παρέχοντι γνῶσιν τῶν λυπησόντων γένοιτ' ἂν ἡ λύπη; *Quomodo tristitiam potest adferre res, quæ non præbeat cognitionem rerum dolorem facientium?* h. e. *Nullo modo. Tertius* usus est *expostulantis et objurgantis*, quale illud Servatoris apud Marc. cap. IV. comm. 13. Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; Καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε; *Non intelligitis hanc similitudinem? Et quomodo omnes similitudines intelligetis? Quartus* usus est *prohibitivus* in epist. ad Rom. cap. VI. comm. 2. Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; *Quotquot peccato mortui sumus, quomodo jam vivemus in illo? Quintus* usus est *dubitativus*, qualis est τοῦ ὅπως, de quo supra cap. XXXVI. sect. I. §. 2. Sic dem. Ol. II. pag. 8. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων πῶς ἔχουσι Φιλίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. *Vulgus igitur Macedonum quo sit erga Philippum animo, ex his cognoscere difficile non est.*

II. Patitur Syntaxis Græca, πῶς, præfixo articulo, materialiter accipi, ut in Evang. Luc. cap. XXII. comm. 2. Ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. *Quærebant pontifices et scribæ, quomodo eum de medio tollerent*, sequente subjunctivo, qui index est particulæ ἂν suppressæ. Sic mox comm. 4. de proditore Juda: Συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. *Collocutus est cum pontificibus et præfectis, quo pacto eum traderet illis.* i. e. *quo pacto posset tradere.*

III. Cum indicativo construitur in ep. pr. ad Thessal. cap. IV. comm. 1. Καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ περιπατεῖν. *Prouti accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare.* Cum indicativo, quia non est, cur actus verbi tollatur. Imo, præcedente μηδὲν, tamen τὸ πῶς sequitur in Act. Apost. cap. IV. comm. 21. Μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται αὐτούς. *Nihil invenientes, quomodo eos punirent.*

IV. Est ubi πῶς περισπώμενον neque ἐρωτηματικὸν neque διαπορητικὸν est, sed ὁριστικὸν, terminans modum; et significans *certo quodam modo* opponitur τῷ ἁπλῶς vel τῷ ὅλως. Ratio servati accentus est emphasis, quæ a discretionibus abesse nequit. vid. Aristot. de Rep. lib. II. cap. 5. Δεῖ γὰρ ΠΩ͂Σ μὲν εἶναι κοινὰς (κτήσεις), ὍΛΩΣ δ' ἰδίας. *Oportet enim bona certo quodam modo esse communia, universe vero propria.* Talia sunt πῆ μὲν, πῆ δὲ, ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, de quibus vid. Vigerum de Idiot. L. G. cap. VII. sect. II. §. 3.

V. Adjunguntur particulæ πῶς etiam aliæ, ut ἂν, γὰρ, δὴ, οὖ. De particulis tamen πῶς ἂν nihil singulare habeo; nam ut recte sentit H. Stephanus, ἂν non est aggregatum τῷ πῶς, sed per se spectandum pertinet ad verbum, cujus actum tollit.

[Est tamen ubi πῶς ἂν significat *utinam*, ut recte observavit Cel. Valckenaer ad Eurip. Hippol. pag. 185. e. c. Alcest. Eurip. v. 864. Πῶς ἂν ὀλοίμαν. *utinam perirem.* Hippol. v. 345. Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας. *utinam tu mihi diceres.* ubi Germani propius accedunt ad

Digitized by Google

Græcarum particularum structuram: *Wie wärs, wenn du mir sagtest?*]

VI. Sed particula γὰρ huic aggregata suum habet usum, et stabilit ratione πῶς γὰρ præcedentem negationem ἐρωτηματικῶς. ut apud Plat. de Rep. lib. X. pag. 596. [T. X. p. 285. ed. Bip.] Οὐ γάρ πυ τήν γε ἰδέαν αὐτὴν δημιυργεῖ ὐδεὶς τῶν δημιυργῶν· πῶς γάρ; *Non utique fabricat ipsam ideam certe quispiam opificum. Quomodo enim?* i. e. *nullo modo*. non sic respondetur: ὐδαμῶς. Estque ea locutio elliptica, dissimulato præcedenti verbo fere cum particula ἄν· nam cum adjicit πῶς γὰρ, plenior est oratio: πῶς γὰρ ἂν δημιυργοῖ;

VII. Nec sua destituitur elegantia, quando mediæ verborum structuræ interjicitur, ad negationem firmius adstruendam: ut, cum Demosthenes ait adv. Nausimach. pag. 634. extr. Ἔστι μὲν ὐκ ἴσον (πῶς γάρ;) πρὸς τὺς πράξαντας διαλυσαμένυς τῶν ὐκ εἰδότων κατηγορεῖν. i. e. πῶς γὰρ ἴσον εἴη. *Est enim non æquum, (qui enim?) eos, qui cum auctoribus transegerint, accusare rei ignaros.*

VIII. Eandem vim negativam obtinet in responsionibus, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 490. [T. VII. p. 82. ed. Bip.] Ἡγυμένης δὴ ἀληθείας, ὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν, αὐτῇ χορὸν κακῶν ἀκολυθῆσαι. *Præeunte jam veritate duce, nunquam, opinor, agmen malorum eam secuturum esse, dicemus.* Respondet alter: Πῶς γάρ; *Quî enim?* Rogat, quomodo id fieri possit, certus, nullo modo fieri posse: i. e. πῶς γὰρ ἂν ἀκολυθήσειεν;

IX. In his intelligitur negatio, ut in Act. Apost. cap. VIII. comm. 31. ubi rogat Philippus eunuchum, an intelligeret, quæ legebat: respondet ille: Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με. Intelligitur ὐ γινώσκω. *Quî enim possim, si nemo est, qui ducat me?*

X. Particulæ πῶς ὔ; sic usurpantur, ut quæratur, *quomodo fieri possit, ut aliquid non sit*, ut adeo ellipsin verborum ἐνδέχεται τῦτο, vel similium includant. Non autem h. l. quærimus de illo πῶς ὔ; ubi τὸ ὐ, pertinens ad sequentia, negatione contrarii plus significat, quam dicit: ut in Tab. Cebet. pag. 175. Πῶς ὐχ ὁμοίαν ἔχυσι τὴν μορφήν; i. e. πῶς πολυειδεῖς ἔχυσι τὰς μορφάς; *Quomodo dissimiles sive varias habent formas?* Et apud Ælian. V. H. lib. XII. cap. 13. Πῶς ὐκ ἔγνως τῶν ἐκεῖ πόλεων τὴν πρώτην; pro πῶς ἀγνοεῖς; *Quomodo ignoras primariam ibidem civitatem?*

XI. Sed h. l. de isto particularum usu agimus, quoties interrogando alterum, an ullum modum vel fingere possit, quo quid non fiat, vel negamus, ullum excogitari posse, quo non fiat; vel affirmamus, aliquid omnibus modis fieri. Sic Plat. in Phædr. pag. 343. [T. X. p. 315. ed. Bip.] Πῶς ὐκ ἂν οἴει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκύειν ἐν ναύταις πυ τεθραμμένον; *Quomodo non putas?* h. e. *Quî fieri potest, ut non putes, eum inter nautas alicubi esse educatum?* Et in Phileb.

Digitized by Google

pag. 55. [T. IV. p. 298. ed. Bip.] Πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι; Plus dicit, quam Διὰ τί οὐκ ἄλογόν ἐστι; *Quî non absurdum est?* potius quam, *Cur non absurdum est?* Sic Dem. adv. Timocrat. pag. 475. Πῶς οὐ κάκιστος ἁπάντων ἀνθρώπων δικαίως ἂν νομίζοιο; *Quomodo non*, i. e. *quî fieri potest, ut non omnium hominum pessimus jure existimeris?* Intellige: *nullo non modo eum talem existimari.* Ita cum Creon dicit apud Euripid. in Phœniss. v. 907.

Καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;

Et quomodo non volo servare patriam? revera rogat de modo, quo quid fiat, ut sensus sit: *quî fieri potest, ut non* etc. non enim intelligere se significat verba Tiresiæ, qui dixerat:

Βούλει σὺ μέντοι, κοὐχὶ βουλήσῃ τάχα.

Profecto tu quidem vis, sed mox noles. Aristoph. Pac. v. 471. ubi plures una Pacem magno nisu ex antro trahunt, et Trygæo dicenti, se omni conatu in id incumbere, ut sursum trahat, Mercurius ait: Πῶς οὖν οὐ χωρεῖ τοὔργον; *Quomodo ergo non procedit?* i. e. *Unde ergo fit?* vel *Quomodo fit, ut non procedat?* Cebet. Tab. pag. 177. Ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; *Quî fit ergo, ut hæc non sint bona?* Thucyd. lib. IV. cap. 62. Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν ποιήσασθαι; *Pacem vero, quam omnium consensu summum bonum esse constat, unde fit, ut inter nos facere non oporteat?* Ibid. cap. 92. Οἳ καὶ μὴ τοὺς ἐγγύς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀγῶνος ἐλθεῖν; Reddit interpres: *Cum iis vero, qui non solum finitimos, sed etiam remotos in servitutem redigere conantur, quomodo vel summo cum periculo certandum non fuerit?* Aristid. pro Quatuorv. pag. 476. Πῶς οὐχὶ ληρήσει; *Quomodo non nugabitur?* i. e. *Omni modo. Quis modus vel fingi poterit, quo non nugetur?* Nequaquam rogat, quæ sit causa, cur non nugetur. Matth. XVI. 11. Πῶς οὐ νοεῖτε; *Quî fieri potest, ut non intelligatis?* Confer Marc. VIII. 21. Luc. XII. 56. Rom. VIII. 32. 1 Cor. III. 8.

XII. Ut πῶς γὰρ supra vidimus præcedentem negationem ἐρωτηματικῶς stabilire non sine ellipsi; ita πῶς γὰρ οὔ; præcedentem affirmationem ἐρωτηματικῶς confirmat, similem ellipsin passum. Ita Socrates apud Plat. in Phædr. pag. 264. [T. X. p. 359. ed. Bip.] Τὸ δέ γε, οἶμαι, σε φάναι ἂν δεῖν, πάντα λόγον, ὥσπερ ζῶον, συνεστάναι, σῶμά τι ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι, μήτε ἄπουν· ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα πρέποντα ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. *Hoc certe, opinor, te dicturum, oportere omnem orationem, tanquam animal, esse constitutam, habentem proprium aliquod corpus, ita ut nec capite nec pedibus careat, sed et media et extremitates tum inter se, tum universo corpori habere congrua.* Respondet Phædrus: Πῶς γὰρ οὔ; *Quidni enim?* Particula γὰρ index est ellipseos, quæ ex superioribus supplenda est per repetitionem: Πῶς λόγος ἔχει σῶμά

Digitized by Google

τι. Tum rogat πῶς negative: *Quî enim fieri potest, ut non habeat?*

XIII. Estque hic usus frequens in colloquentium responsionibus, non tantum post affirmata, sed etiam post interrogata: ut cum rogat Socrates apud Plat. in Euthyphr. pag. 7. *Si dissideremus de gravitate aut levitate, an non ipso pondere dijudicaremur?* Respondet Euthyphro: Πῶς γὰρ οὔ; Plenior sensus sit: Διακριθείημεν ἄν· πῶς γὰρ οὐκ ἂν διακριθείημεν; Et lib. V. de Rep. pag. 477. [T. VII. p. 60. ed. Bip.] Ἆρ' οὖν λέγομέν τι δόξαν εἶναι; *An igitur opinionem aliquid esse dicimus?* respondetur, Πῶς γὰρ οὔ; q. d. Οὕτως ἔχει· πῶς γὰρ οὐκ ἄν τι εἴη ἡ δόξα;

XIV. Similis farinæ est πῶς δ' οὔ; in oratione continua. Discrimen leve est in adjecto: nam ubi illic γὰρ tacitum infert argumentum, hic τὸ δὲ est μεταβατικόν. Sic Lucianus adv. Indoct. ubi ab inutili librorum coëmtione transiturus est ad argumentum a turpi desumtum, ait cap. 18. Πῶς δὲ οὐ κἀκεῖνο αἰσχρόν; *Quomodo et illud non sit turpe?*

XV. Inde responsione affirmativa post affirmationem utitur Plat. in Theæt. pag. 188. [T. II. p. 147. ed. Bip.] Εἰδότα γε μὴ εἰδέναι τὸ αὐτὸ, ἢ μὴ εἰδότα εἰδέναι, ἀδύνατον. *Sciens ut nesciat idem, et nesciens ut sciat, fieri non potest.* Respondetur, Πῶς δ' οὔ;

XVI. Idem post interrogationem sit apud eundem in Euthyphr. pag. 13. [c. 15. ed. Fischer.] Ἦ ἐπὶ βλάβῃ οἴει τοῦ θεραπευομένου τὴν θεραπείαν εἶναι; ΕΥΘ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚΡ. Ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ; ΕΥΘ. Πῶς δ' οὔ; *An censes cultum ejus rei, quæ colitur, esse damno? EUTH. Per Jovem, non ego quidem. SOCR. An vero utilitati? EUTH. Quidni?* Proprie, *Quomodo non utilitati?*

II.

De Particulis ΠΩΣ, ἌΛΛΩΣ ΓΈ ΠΩΣ, ΟὝΤΩ ΠΩΣ, ὩΔΈ ΠΩΣ.

I. At πῶς encliticum, *quodammodo*, imminuentis est, infirmantis, et nonnunquam dubitantis, q. d. *nescio quomodo.* ut apud Plat. in Euthyphr. pag. 11. [c. 12. ed. Fischer.] Οὐκ ἔχω, ὅπως σοὶ εἴπω, ὃ νοῶ. Περιέρχεται γάρ πως ἀεὶ ἡμῖν, ὃ ἂν ὑποθώμεθα. *Quomodo tibi dicam, quod cogito, non habeo. Semper enim nescio quomodo nobis id, quod statuimus, vage fluctuat.*

II. Hinc commoda hæc est particula circumspecte loquentibus, et suæ opinioni diffidentibus. Ut, cum Phædrus apud Plat. in Phædr. pag. 261. [T. X. p. 352. ed. Bip.] verbis Socratis, rogantis,

Digitized by Google

an rhetorica, sive ars oratoria non tantum in judiciis, verum etiam in aliis omnibus coetibus, tum publicis, tum privatis adhibeatur, non ausus palam occurrere, respondet: Μάλιστα μέν πως περὶ τὰς δίκας λέγεται καὶ γράφεται τέχνη. *Aiunt scribuntque hanc artem præcipue quodammodo versari circa judicia.* Non ausus nempe certo affirmare, alienam potius, quam suam sententiam profert: *aiunt*, dicit, et *scribunt*. Neque dicit, in judiciis solis versari, sed μάλιστα. Nec hoc quidem certo affirmare audens, imminuens dictionis ἐνέργειαν, addit πῶς, *quodammodo*.

III. Dicunt etiam ἄλλως γέ πως, quod, præmisso negativo, notat *nullo prorsus modo*, verbatim *certe non alio quopiam modo*. Usus est, quum aliquid perfricte negatur. vid. Æschin. Socr. Dial. de Mort. cap. 16. Μὴ συνυποθέμενος ἄλλως γε πως μίαν αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀνεπιστῆμον, οὐκ ἄν ποτε πτυρείης τὸν θάνατον. *Si nullum prorsus sensum statuas, plane ut res sui ipsius prorsus ignara, morte non terrereris.*

IV. Simile huic ἁμῶς γέ πως, quod conflatum ex tribus, una voce fere effertur, in quo τὸ γὲ περιγράφει, et πως imminuit. Verbatim, *uno*, vel *aliquo saltem modo*. Exemplum habet Plat. in Phædr. pag. 228. [X. 283. Bip.] Δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἁμῶς γέ πως. *Videris tu minime me dimissurus, priusquam uno saltem modo*, h. e. *quomodocunque dixero*.

V. In his quoque vim suam μειωτικὴν servat encliticum πως, cum v. c. dicitur μάλα πως με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ Hom. Il. Ξ. 104. *satis acriter commovisti animum meum.* Ita ἀκριβῶς πως est, [*ziemlich genau*,] *sic satis accurate*. et οὕτω πως, ὧδέ πως, *sic fere*.

ῬΑ.

I. Particula ῬΑ passim habetur prorsus abundans et expletiva, quæque interpretationem nec postulet nec admittat. Hæc opinio de pleonasmo hujus particulæ fortasse fuit causa, cur ejus apud grammaticos aut nulla, aut parcissima fieret mentio. Illud ex sequentibus constabit, opinor, et ἄρα et ῥα neque origine, neque potestate, neque usu differre, nisi quod hoc magis poëticum est, adeoque esse eandem plane particulam; quare diu dubitavi, utrum utramque confundens eadem opera explicarem: visum tandem est aliquid separatim de hac particula dicere.

II. Primigeniam prorsus sapit notionem rei omnibus numeris absolutæ; quæ notio sese exserit in successu temporis, cujus specimina vidimus in particula ἄρα sect. 2. vid. Hom. Il. Ε. v. 871. ubi Poëta Martis vulnerati querelas apud Jovem descripturus, quæ ejus orationem præcedunt, nempe ipsius in cœlum profectionem, locumque honoris, quem apud Jovem obtinebat, animique mœro-

Digitized by Google

rem, sanguinisque e vulnere profluentis ostentationem postquam rite exposuerat; his, inquam, rite quasi paratis, sic ait:

Καί ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Et tunc, atque ita lamentans verbis volatilibus allocutus est. Sic Ξ. v. 383.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκὸν,
Βάν ῥ' ἴμεν. —

ubi prius ῥα potest esse μεταβατικὸν, ut τὸ ἄρα supra sect. 4. et de quo usu mox fortasse aliquid tangam: alterum ῥα temporis justi et opportuni notionem affert: *Postquam igitur induerunt circum corpus rutilum æs, sic tandem incedebant.*

III. Hinc commode jungitur particulæ δὴ χρονικῇ, ut apud eund. Il. Α. v. 493.

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,
Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες.

ubi similiter transitum indicare potest.

IV. Vis collectiva ut particulæ ἄρα inest, ita a particula ῥα non abest; sed ut illic sæpe obscura est, ita et hic latet, præcipue quando jungitur τῷ γὰρ, aut simili causali. Revocanda huc, quæ supra notata sunt in γὰρ ἄρα et γὰρ οὖν: uti enim illic, ita et hic vis collectiva posterioris particulæ ita obscuratur, ut pæne evanuisse dicas, nisi adhiberi dicamus ad vim αἰτιολογικὴν τοῦ γὰρ augendam, ut cum Agamemnon apud Hom. Il. Α. v. 236. jurat per sceptrum, quod nunquam folia aut ramos emittet, postquam semel truncum in montibus reliquit,

Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλά τε καὶ φλοιόν. —

Neque repullulabit: nec mirum; nam æneus culter ipsi et folia et corticem exemit. Confer Il. Α. v. 113. ubi Agamemnon ait, noluisse se pro virgine redemtionis pretium accipere, quod eam malebat domi sibi habere; additque:

— Καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
Κουριδίης ἀλόχου, ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων.

nec mirum, etenim longe eam prætuli Clytæmnestræ, quoniam ipsa non inferior est.

V. Nisi malis inversam hic admittere argumentandi formam,

de qua supra in γὰρ et ἄρα fusius dixi, ubi collectiva vis obscurior est, quando una cum consequentia in argumentatione præmittitur, magisque exseritur transpositis sic vocabulis: Καὶ γὰρ, ἐπεὶ οὐκ ἔστι χερείων Κλυταιμνήστρης, προβέβουλα ἄρα αὐτῆς. *Etenim, quandoquidem non inferior est Clytæmnestra, hinc sequitur, me illi hanc prætulisse.* Clarius inversæ argumentationis exemplum est Il. Μ. v. 164. ubi Asius sic indignatus Jovem alloquitur:

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά νυ καὶ σὺ φιλοψευδὴς ἐτέτυξο
Πάγχυ μάλ᾽· οὐ γὰρ ἔγωγ᾽ ἐφάμην ἥρωας Ἀχαιοὺς
Σχήσειν ἡμέτερόν γε μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους.

Argumentum quidem insulsum, sed tamen argumentum; nam ex eo, quod Asius putaverat, Achivos non esse sustenturos robur suum, non sequitur, Jovem esse mendacem, qui ipsi nullus promiserat. Ita tamen argumentatur, quasi pollicitus esset Jupiter, Achivos non fore pares. Argumentationis forma talis est: *Ego putaram, Achivos non fore pares. Atqui hoc falsum est. Ergo mendax Jupiter.* Talis argumentationis ordo indicat animum vehementer motum ejus, qui præceps nimis, id quod maxime intendit, præmittit, quod legitime sequi debuisset. Cujus inversæ argumentationis index est γὰρ in membro sequenti.

VI. Ex inversa hac argumentandi ratione nascitur nova particulæ notio, et usus, qui ad superiorum declarationem spectat, quo commode redditur, *nempe, scilicet, utique.* Si enim in postremo Homeri loco admittere quis nolit metathesin, talis erit sensus: *Nempe tu, o Jupiter, fallax es; nam* etc. Notio hæc opportuna est Il. Α. v. 56.

Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

Nam curam gerebat Danaorum, quod scilicet morientes videbat. Frequenter itaque sequitur post relativum ὃς, ut Ε. v. 612.

Καὶ βάλεν Ἄμφιον, Σελάγου υἱὸν, ὅς ῥ᾽ ἐνὶ Παισῷ
Ναῖε πολυκτήμων. —

Et feriit Amphium, Selagi filium, qui nempe in Pæso habitabat locuples. Sic innumeris locis, ut Il. Φ. v. 206. 236. 283. 344. etc.

VII. Sed et post relativum ὃς manifestam indicat consequentiam apud Callimach. Hymno in Dian. v. 91. et 94.

Τὶν δ᾽ ὁ γενειήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγοὺς,
Τρεῖς δὲ παρουατίους, ἕνα δ᾽ αἰόλον, ΟΙ ῬΑ λέοντας
Αὐτοὺς αὖ ἐρύοντες, ὅτε δράξαιντο δεράων,
Εἷλκον ἔτι ζώοντας ἐπ᾽ αὐλίον· ἑπτὰ δ᾽ ἔδωκε
Θάσσονας αὐράων Κυνοσουρίδας, ΑΙ ῬΑ διῶξαι

Digitized by Google

Ὤκιστοι νεβρούς τε καὶ οὐ μύοντα λαγωὸν,
Καὶ κοίτην ἐλάφοιο, καὶ ὕστριχος ἔνθα καλιαὶ,
Σημῆναι, καὶ ζορκὸς ἐπ' ἴχνιον ἡγήσασθαι.

En locum integrum, in quo sex priorum canum ex colore et auribus virtus notatur, cujus effectus est et ea consequentia, ut leones vivos in stabulum traherent: septem posteriorum celeritatem laudat, QUARE ad persequendas feras dicuntur aptissimæ. *Tibi vero barbatus ille dedit duos canes firmo corpore* (sive, *media parte albos nigrosque*), *et tres flaccidis auribus, unumque maculosum,* QUI PROINDE *ipsos leones, cute apprehensos ac resupinatos, trahebant vivos adhuc in stabulum: septem vero Cynosurides, ventis velociores,* QUÆ PROINDE *alacerrimæ erant ad persequendum hinnulos, et nunquam oculos claudentem leporem, et ad monstrandum cubile cervi, et hystricis cavos, et ducendum ad vestigium damæ.*

VIII. Quodsi consequentia factum comprehendit, ex usu συλλογιστικῷ nascitur alter indicans, vel effectum, vel successum, ut in ἄρα supra observavi. Sic Hom. Il. Α. v. 405. dixerat Briareum patre suo præstantiorem fuisse, subditque:

Ὅς ῥα παρὰ Κρονίωνι καθέζετο, κύδεϊ γαίων.

Unde juxta Saturnium sedebat, gloria lætus. virtutem ipsi hunc honorem peperisse indicans.

IX. Hinc καί ῥα reddi potest *atque adeo, atque ita*, aut similiter, apud Hom. Il. Φ. v. 164.

— Ὁ δ' ὁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς
Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν·
Καί ῥ' ἑτέρῳ μὲν δουρὶ σάκος βάλεν —
Τῷ δ' ἑτέρῳ etc.

Ille simul duas hastas emisit, (erat enim ambidexter,) atque adeo altera quidem hasta scutum percussit — altera vero etc.

X. Ut ἄρα, ita etiam ῥα, notat mandati exsecutionem, qui usus superiori proximus est. vid. Hom. Il. Α. v. 569. Jupiter cum Junone altercans jubet eam sedere tacitam:

Ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο. —

Mox de Junone:

Ὣς ἔφατ'· ἔδδεισεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
Καί ῥ' ἀκέουσα κάθηστο. —

Sic ait: at timuit Juno veneranda, tacensque
Consedit. —

Digitized by Google

Et Ξ. v. 383. ubi Neptunus hortatur Argivos, ut arma induant, et hostibus obviam eant. Hoc mandatum eos exsecutos fuisse indicat poëta his verbis:

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκὸν,
Βάν ῥ' ἴμεν.

XI. Ex hoc usu sponte fluit alius μεταβατικὸς· nam in proxime allato loco simul transitus fit a sermocinatione ad narrationem. Commode igitur redditur: *Postquam ergo induerunt circum corpus rutilum æs, sic tandem incedebant.* Sic commode vicem sustinet particularum μὲν et δὲ, ut Ε. v. 280.

Ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος.

Quid aliud est ἦ ῥα καὶ προΐει, quam οὕτω μὲν εἶπε, προΐει δέ. *Sic ille quidem locutus est, emisit vero longam hastam.*

XII. Transitioni rite succedat orationis continuatio, ut vicem sustineat particularum μὲν οὖν et μὲν δή· cum scilicet narratio abrupta interjecta aliqua observatione, resumitur; ut cum Poëta narrat lib. eod. v. 334. historiam Veneris a Diomede vulneratæ, ait, eum irruisse in Venerem: tum interjicit, novisse eum, Venerem imbellem esse Deam, neque unam illarum dearum, quæ virilia bella obeunt, quales sunt Minerva et Bellona. Mox narrationem continuans subdit:

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκίχανε πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζων,
Ἔνθ' ἐπορεξάμενος μεγαθύμου Τυδέος υἱὸς
Ἄκρην οὔτασε χεῖρα μετάλμενος ὀξέϊ χαλκῷ.

Cum igitur jam erat assecutus per multam turbam persequens, tum porrecta hasta irruens magnanimi Tydei filius summam vulneravit manum assiliens acuto ære. Confer Φ. v. 171. ubi Achilles dicitur in Asteropæum emittere hastam, continuatque ita narrationem:

Καὶ τοῦ μέν ῥ' ἀφάμαρτεν· ὁ δ' ὑψηλὴν βάλεν ὄχθην.

Historicus diceret: Αὐτοῦ μὲν οὖν ἀφήμαρτεν, ὁ δὲ etc. *Ab ipso quidem aberravit, sed altam ripam percussit.*

XIII. Hinc redditur frequenter *deinde, deinceps, tum,* aut si quid simile. vid. Il. Φ. v. 115.

Ὣς φάτο· τοῦ δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ·
Ἔγχος μέν ῥ' ἀφέηκε· ὁ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας.

Sic ait, illius autem soluta sunt genua et carum cor. Tum hastam emisit, et sedit passis manibus. Et v. 205. ubi, cæso Asteropæo,

convertit se Achilles ad Pæonas persequendos. Transitionis nota est ῥα, cum sic ait:

Αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετὰ Παίονας.

Deinde, Mox, Tum convertit se ad Pæonas.

ΣΧΟΛΗ.

I. Ex dativo σχολῇ adverbiascente nata est per ambages et quasi nonnullos gradus denique particula negativæ proxima, pari forma qua δημοσίᾳ, σιγῇ, σπουδῇ, ἡσυχῇ, ὑπερβολῇ, et Latinorum *forte*, *sponte*, et similia. Cum autem σχολὴ notet *otium*, non ignavum illud et turpe, sed tranquillum et sedatum, hinc genuina τοῦ σχολῇ notio est *otiose*, cujus ex Andocide exemplum habet Budæus in Comment. l. gr. pag. 489. Οἵγε σχολῇ περὶ τῶν εἰσαγγελλομένων σκοποῦνται. *Qui otiose contemplantur.*

II. Quia, qui otio quid agit, non præcipitanter ille agit, sed quasi lente festinat, *lente*, *cunctanter* redditur. ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 21. ubi rogat aliquis: Ἀλλ' ὑπακούων σχολῇ ὑπήκουσα; *At, cum parerem, lente parui?* Hinc opponitur τῷ ταχέως, ut et comparativum σχολαίτερον opponit τῷ θᾶττον Plato in Theæt. pag. 206. [T. II. p. 186. ed. Bip.] Τοῦτό γε πᾶς ποιεῖν δυνατὸς θᾶττον ἢ σχολαίτερον. *Hoc quidem qui facere potest citius aut tardius.*

III. Sed et duas contrarias admittit notiones, quarum discrimen dependet a præmissa conditione aut affirmativa aut negativa: si enim affirmativa præcesserit, notabit *facile:* si negativa, *vix*, *ægre*, imo *neutiquam*. Prioris exemplum ex Luciani Parasito affert Devarius, nempe Tom. II. pag. 856. Ὡμολόγηται γὰρ δή, τήν τε ῥητορικὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ γενναιότητα καὶ ἐπιστήμας ἀποφαίνονταί τινες· ἐπειδὰν γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, σχολῇ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξει προφερεστάτη. *Constat enim, rhetoricam et philosophiam, quas propter nobilitatem etiam scientias nonnulli esse demonstrant,* (esse principes). *Si jam ostendero, artem parasiticam his esse præstantiorem, facile nimirum apparebit, hanc reliquarum artium esse principem.* Et sic naturam particulæ induit.

IV. Sin conditio negativa præcesserit, σχολῇ contra *vix*, *ægre* notabit, ut in argumentis a majori ad minus: et tunc fere additur particula γε, σχολῇ γε. Ita argumentatur Plat. in Phædon. pag. 65. [c. 10. ed. Fischer.] Εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσι μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ γε αἱ ἄλλαι. *Quod si hi corporis sensus non sunt accurati et perspicui, vix ac ne vix quidem erunt reliqui.* Estque locutio μειωτικὴ, quali gaudent antiqui Græci, q. d. *Tarde* i. e. *vix saltem erunt reliqui*, pro, *neutiquam erunt.*

Digitized by Google

V. Idem fit, quando et conditio et negatio est implicita, ut apud eundem in Lys. pag. 214. [T. V. p. 234. ed. Bip.] Ὃ δὲ αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη καὶ διάφορον, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο. *Quod vero sibi ipsum dissimile est et discrepans, vix alii cuipiam possit esse simile et amicum.* Conditio negativa expeditior erit, si ita formetur oratio: Εἴ τι αὐτὸ αὑτῷ μὴ ὅμοιον ἂν εἴη, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ γένοιτο ὅμοιον.

VI. Aliquando tota negativa conditio intelligenda est, vel saltem ex superioribus repetenda, ut apud Xenoph. Memorab. lib. III. pag. 789. Ἐάν τις ἄνευ τοῦ σίτου καὶ τὸ ὄψον αὐτοῦ ἐσθίῃ μὴ ἀσκήσεως, ἀλλ' ἡδονῆς ἕνεκα, πότερον ὀψοφάγος εἶναι δοκεῖ, ἢ οὔ; Σχολῇ γ' ἄν, ἔφη, ἄλλος τις ὀψοφάγος εἴη. *Si quis sine pane comedat opsonium, non quod athleta sit, sed voluptatis gratia, utrum ille opsoniorum helluo esse videtur, an non?* Respondet alter: *Certe alius quis vix esset.* i. e. Εἰ οὗτος ὀψοφάγος οὐκ ἔστι, σχολῇ γ' ἂν ἄλλος εἴη. *Si hic opsoniorum helluo non sit, vix ac ne vix quidem alius erit.*

VII. Argumentandi hanc rationem magis formalem reddit addita particula γὰρ, pro γὲ ἄρα posita apud Ælian. lib. IX. cap. 24. Agit ibidem de homine molli, qui, cum rosarum foliis incubuerat, relicto post somnum cubili, querebatur de pustulis in corpore ex lecti duritie subortis: tum subjungit: Σχολῇ γὰρ οὗτος ἐπὶ χαμεύνης κατεκλίθη, ἢ στιβάδος, ἢ πόας ἐν προσάντει πεφυκυίας, ἢ ταύρου δορᾶς. *Nempe ægre certe ille vel humi cubaret, vel in stramento, vel in gramine collis acclivis, vel tauri exuviis.*

VIII. Atque ita accipit sensim vim negantis: si enim, qui rosarum foliis incumbens de lecti duritie queritur, certe ille neutiquam duriori lecto uti potest; quare Suidas σχολῇ reddit οὐδ' ὅλως et οὐδαμῶς. Exemplum habet Max. Tyrius Dissert. VII. Τὰ δὲ τῶν βαρβάρων τί χρὴ λέγειν; σχολῇ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι τὰ Ὁμήρου μάθοιεν. *De barbaris vero quid dicere attinet? Vix enim fieri potest, ut didicerint Homeri carmina.* h. e. *nequaquam didicerunt illi.*

ΤΑ'ΧΑ.

I. ΤΑ'ΧΑ primum *cito* significat, deinde, *forsan*, s. *fortasse*. Sic Plat. Euthyphr. pag. 9. extr. [c. 12. ed. Fischer.] Τάχ', ὦ 'γαθὲ, βέλτιον εἰσόμεθα. *Fortasse, o bone, melius intelligemus.* Dem. adv. Nausimach. pag. 635. init. Τάχα τοίνυν καὶ τριηραρχίας ἐροῦσι. *Fortassis igitur et constructas a se naves prædicabunt.* Epist. Paul. ad Rom. cap. V. comm. 7. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. *Nam pro bono forsan aliquis sustineat mori.* Et ad Philem. comm. 15. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς. *Fortasse ad tempus ideo separatus est, ut æternum obtineas.*

Digitized by Google

II. Fit, ut et dupliciter possit explicari, et *cito* et *forsan:* ut apud Plat. Phædr. pag. 257. [T. X. p. 344. ed. Bip.] Ait ibi Phædrus, a nonnullis Lysiam fuisse contemtum, et λογογράφον per contumeliam dictum: quare veritus addit: Τάχα οὖν ἂν ὑπὸ φιλοτιμίας ἐπίσχοι ἡμῖν ἂν τοῦ γράφειν. Dixeris: *Cito igitur*, an, *forsan igitur ambitione motus a scribendo abstinebit.* De particula ἂν hic geminata vide, quæ supra dixi cap. IV. sect. 7. §. 16. Nam particula ἂν τῷ τάχα subjuncta δυνητικῶς imminuit temeritatem opinionis, ut ibidem notatum.

III. Alioquin ἂν pertinet ad verbum additum, ut apud Aristoph. Vesp. v. 277. Chorus multas facit conjecturas, cur senex absit; in his στοχαστικῶς ait: Καὶ τάχ' ἂν βουβωνιᾷ. *Fieri etiam possit, ut ex inguine laboret.* Et Plat. Phædr. pag. 259. [X. 348. Bip.] Τάχ' ἂν δοῖεν. *Fortasse dabunt.* Item lib. IV. de Legg. pag. 708. Τάχα ἂν ἐθελήσειε μᾶλλον. *Fortasse malet.* Lucian. in Lapith. Tom. III. pag. 430. Τάχα δ' ἄν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ. *Fortasse impacturus fuisset clavam.*

IV. Τάχα et ἴσως, ut Hesychius et Suidas componunt, ita Plato tanquam ἰσοδυναμοῦντα adhibet in Phædro pag. 265. [X. 360. Bip.] Ἴσως μὲν ἀληθοῦς τινὸς ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ ἄλλοσε παραφερόμενοι. *Forsan veritatem assequentes, fortasse vero aliorsum delati.* Et lib. V. de Rep. pag. 451. Λέγειν δή, ἔφην ἐγώ, ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ ποτε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν· τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι. *Dicere sane, inquam, oportet nunc iterum, quod fortasse deinde dici deberet: forsan vero sic recte habeat.*

V. Στοχασμῷ opportune adjicitur casus fortuitus, quem indicat εἰ τύχοι, vel εἰ οὕτω τύχοι. ut apud Dem. pro Rhodior. Libert. pag. 79. extr. Τάχα ἄν, εἰ τύχοιεν, σωφρονέστεροι πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου γένοιντο. *Fortasse, si ita res ceciderit, prudentiores in futurum fieri possunt.* Et pro Phorm. pag. 607. Ὁ μὲν γὰρ περὶ πάντα (an πάντας?) ἄδικος, τάχ' ἄν, εἰ τύχοι, καὶ τοῦτον ἠδίκει. *Qui enim in omnes injuriosus est, fieri potuit, ut, si res ita ceciderit, etiam huic injuriam fecerit.*

VI. Τάχ' ἂν ἴσως est *facile fortasse;* e. c. Aristoph. Vesp. 1147.

Τάχα δ' ἂν ἴσως οὐκ ἐθέλοι.

Facile forsan fieri poterit, ut nolit. [G. *Das mag leicht kommen, dass er keine Lust hat.* s. *Vielleicht mag er auch wohl nicht wollen.*] In quibus τὸ ἴσως habet conjecturam, ἂν notat id quod fieri possit, et τάχα ejus quod fieri possit facilitatem. Atque ita nulla particula temere adjicitur. Adde Plat. lib. IV. de Legg. in principio, agentem de nomine urbi imponendo [T. VIII. p. 161. ed. Bip.]: Τοῦτο (ὄνομα) μὲν γὰρ τάχ' ἂν ἴσως καὶ ὁ κατοικισμὸς αὐτῆς, ἤ τις τόπος, ἢ ποταμοῦ τινός, ἢ κρήνης, ἢ θεῶν ἐπωνυμία τῶν ἐν τῷ τόπῳ προσθείη τὴν

Digitized by Google

αὐτῶν φήμην καινῇ γινομένῃ τῇ πόλει. *Forsan facile fieri poterit, ut ipsius structura, aut situs vel ad fluvium aliquem, vel ad fontem hoc nomen suppeditet, vel Deorum ibidem indigetum cognomen recens natæ urbi ipsorum celebritatis honorem addat.* Noto iterum tria: primo dicit, *fieri posse:* secundo addit, *facile* fieri posse: quod ne forte audacius dictum videatur, denique subjicit *fortasse,* ut ipse, qui hactenus confidentius locutus videbatur, de re modestius potius conjiciat.

VII. Idem plane censeo de τάχα πυ, quod occurrit apud Aristænetum ep. X. pag. 60. Τάχα πυ τὸ σὸν αἰδύμενος κάλλος. ubi vel τάχα potest *facile* notare, vel πυ locum. Occurrit et interposito ἂν apud Plat. in Phædr. pag. 256. [T. X. p. 342. ed. Bip.] Ἐὰν δὲ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, τάχ᾽ ἄν πυ ἐν μέθαις, ἤ τινι ἄλλῃ ἀμελείᾳ τὼ ἀκολάστω αὐτοῖν ὑποζυγίω λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρύρυς etc. Hinc non conjicit, eos, qui agunt a philosophia alienam ætatem, ad dissolutiorem vitam posse delabi: hoc enim sequitur ex ipsa oppositorum natura: nam tales opponit superioribus, qui modeste temperanterque viventes, animam suam, qua vitiosa est, subactam probe purgaverint, atque hinc beatam vitam transigunt: sed conjicit de voce τάχα, quæ vel *facile,* vel quod hoc loco malim, *celeriter, cito* significat, pro ταχέως oppositum. Sensus itaque sit: *Qui autem vitæ genere negotiosiori et a philosophia alieno, et ambitioso utuntur, facile* vel *cito fortasse in ebrietate vel alia licentia dissoluti ipsorum equi deprehensas incustoditas animas invadere possunt.*

TE.

I. Copulandi vim habet particula TE, ut καὶ, a qua non solum differt in eo, quod copulato postponitur, cum illa semper præponatur; sed etiam quod τὸ τε non tot usus admittat, quot supra observavimus in καὶ, sed hæc particula satis habeat, si copulandi vim exerceat, forsitan etiam ἐπιδοτικήν.

II. Quod si conveniat repetitam copulam variare, priori fere membro additur τε, posteriori καὶ, ut in illo Hom. Il. A. v. 17.

Ἀτρεΐδαί τε, καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.

Et Plat. Theæt. pag. 150. init. [T. II. p. 64. ed. Bip.] Διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ ἄτεχνον συναγωγήν. *Propter injustamque et importunam conjunctionem.* Et in Parmen. pag. 151. init. Ἀνάγκη, μηδὲν εἶναι ἐκτὸς τῦ ἑνός τε καὶ τῶν ἄλλων. *Necesse est, extra unum et alia nihil esse.* Sic, βύλομαί τε καὶ ἔχομαι, apud eund. in Phædr. pag. 278.

III. Apud poëtas solet repeti τε, etiam sine καί. vid. Hom. Il. A. v. 38.

Digitized by Google

Κίλλάν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

et innumeris locis, tum apud eundem, tum apud alios. In soluta oratione non adeo hoc frequens est. vid. Plat. in Phædr. pag. 248. [T. X. p. 324. ed. Bip.] Ἥ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖ λειμῶνος τυγχάνει οὖσα· ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις, ᾧ ψυχὴ κουφίζεται, τούτῳ τρέφεται· θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε etc.

IV. Non raro post καὶ, interjecto vocabulo, sequitur τε, non πλεοναστικὸν quidem illud, sed cum altero sequente καὶ sententiæ alteram partem bimembrem copulans πολυσυνδέτως, ita ut posterior sententia, cujus duo membra per τε et καὶ copulantur, per se spectata, cum priori sententia per prius καὶ connectatur. ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 56. Τῶν δὲ ὁπλιτῶν δεξαμένων, ὑπεχώρησαν πάλιν. ΚΑΙ ἄνδρές ΤΕ τινες ἀπέθανον αὐτῶν ὀλίγοι, ΚΑΙ ὅπλα ἐλήφθη. Hic ὑπεχώρησαν, et ὀλίγοι ἀπέθανον, et ὅπλα ἐλήφθη, non pari ratione copulantur: sed prior illa pars ὑπεχώρησαν, per prius καὶ connectitur cum posteriori, ut causa cum effectu, qui cum geminus sit, divisionem patitur, constatque duobus membris per τε et καὶ iterum copulatis ita: *Cum gravis armaturæ milites exceperant, recesserunt, et tum pauci nonnulli interfecti sunt, tum arma capta.* Sic c. 57. Αἱροῦσι τὴν Θυρέαν, ΚΑΙ τήν ΤΕ πόλιν κατέκαυσαν, ΚΑΙ τὰ ἐνόντα ἐξεπόρθησαν. ubi iterum causam cum effectu copulat καὶ, sed gemini effectus rursus copulantur per τε et καὶ. *Ceperunt Thyream, et cum urbem incenderunt, tum quæ in ea erant, diripuerunt.* Sic apud Latinos post *et* sequitur duplex *que.* ut apud Virg. Æn. V. v. 619.

Ergo inter medias sese, haud ignara nocendi
Conjicit, et faciemque dei, vestemque reponit.

V. Videtur et usum præstare ἐπιδοτικὸν apud Hom. Il. Α. v. 218.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Quisquis diis obtemperaverit, illum quoque valde exaudiunt.

VI. At ΤΕ ἐπίδοσιν habere cum emphasi videtur apud Aristoph. in Acharn. v. 598. ubi Lamachus dicit: Ἐχειροτόνησαν γάρ με. *Suis enim crearunt me suffragiis.* Respondet Dicæopolis: Κόκκυγές γε τρεῖς. q. d. Ἐχειροτόνησαν, καὶ οὗτοι κόκκυγες τρεῖς. *Et quidem tres cuculi.*

VII. Ubi τε καὶ in eodem orationis membro inveniuntur, copulat τε, et καὶ est ἐπιδοτικόν. Ita Hom. Il. Φ. v. 262.

— Τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Digitized by Google

Aqua cito defluens strepitat in loco declivi, et prævertit etiam ducentem.

VIII. Sæpe ΤΕ sequitur relativum ὃς, ubi ellipsin quandam involvit. Hom. Il. Α. v. 279.

— Ἐπεὶ οὔποτ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ ΤΕ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

Quoniam nunquam similem sortitus est honorem rex sceptriger, et talis quidem, cui Jupiter gloriam tribuit. Et lib. Ε. v. 467.

Κεῖται ἀνὴρ, ὍΝ Τ' ἶσον ἐτίομεν Ἕκτορι δίῳ.

Jacet vir, et talis quidem, quem pari atque Hectorem divum honore prosecuti sumus.

IX. Similiter interrumpitur οἷός τε apud eund. Ε. v. 340.

—Ῥεῖ δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο,
Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Fluebat sanguis deæ immortalis, Ichor, et talis quidem, qualis fluit diis beatis.

X. Intricatior est particulæ adjectio post οἷος in significatione τοῦ δυνατοῦ. Recte monet Devarius, in hoc usu nomen οἷος a propria significatione non recedere. Est enim ἀνταποδοτικὸν, et respondet præcedenti τοῖος vel τοιοῦτος expresso aut suppresso, ita ut οὐχ οἷός τέ εἰμι λαλεῖν, *non possum loqui*, sic resolvatur, οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος, οἷος ὁ μέλλων, ἤτοι ὁ δυνάμενος, ἢ βουλόμενος, ut Devarius vult, λαλεῖν. i. e. *non sum talis, qualis ille, qui loquatur.* Ellipsin partim supplet Theophrastus passim in principiis Characterum, v. g. Ὁ δὲ λάλος τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν. Promtitudo animi notatur. *Loquax talis est, ut qui promtus sit ad dicendum obvio cuique* etc. Hinc οἷος pro ἕτοιμος dici probat Suid. ex Lysia. Et Plat. ait in Phædr. pag. 256. [T. X. p. 341. ed. Bip.] Οἷός ἐστι μὴ ἀπαρνηθῆναι τὸ αὑτοῦ μέρος χαρίσασθαι τῷ ἐρῶντι. *Paratissimus est ad nihil denegandum, quantum in ipso est, amatori.* Sed hæc in transitu, et satis facilia: sed quid facit particula τε? Otiosa sane non videtur, præsertim cum tantum non ubique τῷ οἷος in hac significatione adhæreat. Sic Æschin. Socrat. Dial. περὶ πλούτου: Ἢ δύναιτο ἀκούειν ἐκ τοῦ μὴ οἷός τε. *Vel reciperet auditum, cum antea audire non potuerit.* A copulandi officio non recedit particula τε, connectens τοῖος et οἷος, ut plenior sit structura: οὐκ εἰμὶ τοῖος, οἷος καὶ, vel καὶ οἷος ὁ μέλλων ποιεῖν. Nam et hic, quanquam rarius, pro τε posse adhiberi καὶ, evincit locus Platonis de Rep. lib. III. init. [T. VI. p. 261. ed. Bip.] Ἆρ' οὖν ταῦτά τε (pro ταῦτα potuisset dicere τοιαῦτα) λεκτέον, καὶ οἷα αὐτοὺς ποιῆσαι ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι. *Nonne talia*

Digitized by Google

dicenda sunt, quæ illos mortis metui omnino eripere possunt? Tu resolve: ταῦτα, vel τοιαῦτα, καὶ οἷα μέλλοντα αὐτοὺς ποιῆσαι etc.

XI. Ut ὅς τε et οἷός τε, ita ὅσος τε dixerunt, ut Hom. Od. Λ. v. 25.

Βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πυγούσιον.

i. e. Βόθρον ὄρυξα, καὶ βόθρον τόσον, ὅσον πυγούσιον. *Scrobem fodi, et talem scrobem, qualem cubitalem,* sive, *qualis est cubitalis.*

XII. Relativis etiam accensetur ἔνθα pro ὅπου positum, apud eund. Il. Ε. v. 305.

—Ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.
Τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς
Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται. —

Pro ἔβαλεν, καὶ ἔβαλεν ἐκεῖ, ὅπου etc. *Ille vero vel solus vibrabat. Eo percussit Æneæ coxendicem, et percussit illic, ubi femur in coxa vertitur.*

XIII. Ut ἔνθα, ita ἵνα τοπικὸν sequentem habet particulam τε apud eund. Il. Υ. v. 478.

—Ἵνά τε ξυνέχουσι τένοντες
Ἀγκῶνος, τῇ τόν γε φίλης διὰ χειρὸς ἔπειρεν
Αἰχμὴ χαλκείη. —

Cuspis ænea trajecit illius caram manum, et ea quidem parte, qua connectuntur tendines cubiti.

XIV. Eadem ratio est in ὅτε τε apud eund. Il. Ε. v. 500.

Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς,
Ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ
Κρίνῃ, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας.

Pro, ἀνδρῶν λικμώντων, καὶ τότε λικμώντων, ὅτε etc. *Utque ventus paleas differt per sacras areas, viris ventilantibus, et tunc quidem ventilantibus, quum flava Ceres secernit, ventis urgentibus, fruges et paleas.*

XV. Simile his ὡσεί τε apud eund. Il. Ι. v. 477.

Καί με φίλησ', ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ.

Et me dilexit, et ita quidem dilexit, ut pater suum filium diligeret.

Digitized by Google

XVI. Similiter ἐπεί τε invenio apud Herodot. Erat. cap. 84. Σκύθας γάρ, τοὺς Νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐσβαλεῖν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι. *Scythas enim Nomades in ultionis perseveratione perstitisse, et ex eo quidem tempore, postquam Darius ipsorum agros invaserat.*

XVII. Nec sola relativa, ita proprie dicta, admittunt hanc particulam, sed et omnia, quæ in continuata structura a superioribus dependent, quale est ἔς τε crebro et quidem apud minus antiquos, qualis est Arrianus. vid. lib. II. cap. 11. Ἀλέξανδρος γάρ, ἔς τε μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν. i. e. ἐδίωκεν, καὶ ἐς τόσον ἐδίωκεν, ἐς ὃ φάος ἦν. *Citato gradu Alexander persecutus, et tamdiu quidem, dum lux erat.* Alia ex eodem exempla dedi ad Viger. cap. IX. sect. 2. R. 14.

XVIII. Quid præstet τε in γάρ τε, non est, cur multis explicem: recurre, sis, ad ea, quæ dicta sunt in καὶ γάρ. Similiter dicunt Latini, *namque*. Exemplum est apud Hom. Il. Φ. v. 24.

Ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
Φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου
Δειδιότες· μάλα γάρ τε κατεσθίει, ὅν κε λάβῃσιν.

Utque metu delphinis immanis alii pisces fugientes implent recessus stationis opportunæ trepidi: namque omnino devorat, quemcunque nactus fuerit.

XIX. Particulæ ΔΕ' ΤΕ conjunctæ significant *vero etiam* seu *et quidem*, ut apud Hom. Il. Φ. v. 151.

Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν;
Δυστήνων ΔΕ' ΤΕ παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσι.

Usus ἐπιδεικτικὸς, ob formam locutionis obscurior, sic elici possit: *Quis*, inquit Achilles, *et unde virorum es, qui ausus es mihi obvius ire?* h. e. Necesse est, ut sit fortissimus et promtissimus, qui mecum velit pugnare: sors tamen ejus periculosa est: sed et insuper certe fatalis; *miserorum* enim *sunt filii, qui meo robori occurrunt*. q. d. *Sed insuper scias, miserorum esse filios.* Possit etiam reddi: *Et miserorum quidem sunt filii.* ut v. 456.

Νῶϊ δέ τ' ἄψορροι κίομεν. —

Nos vero revertebamur, et quidem illico.

XX. Nempe τὸ δὲ explicat propius, et τε illam explicationem præcedentibus connectit, ut Il. Ε. v. 306.

Τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς
Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται· κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι.

Eo percussit Æneæ coxendicem, et percussit illic, ubi femur in coxa vertitur, nempe vocant illud acetabulum.

XXI. In his et similibus ante δέ τε potest intelligi μὲν vel μέν τε, ut alterum alteri respondeat, ut ibid. v. 139. ubi plenius loquitur, de leone, quem pastor ovili assultantem vulnerat, non ita tamen, ut interficiat; additque:

> Τοῦ μέν τε σθένος ὦρσεν, ἔπειτα δέ τ' οὐ προσαμύνει.

Non tantum ejus vim irritat, sed et insuper nullam fert opem ovibus. Et Φ. v. 260.

> Τοῦ μέν τε προρέοντος, ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
> Ὀχλεῦνται, τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει,
> Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ. —

Et hac (aqua) *quidem profluente, subter lapilli omnes agitantur, deinde etiam cito hæc defluens declivi loco strepitat.*

XXII. In conclusionibus προτάσεων καὶ ἀποδόσεων repetitum δέ τε habet relationem non insuavem. Nam ibidem poëta πρότασιν sic claudit: φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα. *Et prævertit etiam ducentem.* Tum sequitur ἀπόδοσις:

> Ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο,
> Καὶ λαιψηρὸν ἐόντα· θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν.

Sic semper Achillem, quantumlibet celerem, assequebatur fluxus aquarum: Dii nempe hominibus sunt præstantiores. Quam loquendi formam ignorant Latini, quare etiam in versione negligunt.

XXIII. ΚΑΙ' ΤΕ ponitur pro καὶ δὲ, et habet vim ἐπιδοτικήν. Vertas *adhæc* s. potius *et quoque.* Ἐπίδοσιν manifestam habet Theognidis hoc v. 662.

> — Ἐκ κακοῦ ἐσθλὸν ἔγεντο,
> Καὶ κακὸν ἐξ ἀγαθοῦ· ΚΑΙ' ΤΕ πενιχρὸς ἀνὴρ
> Αἶψα μάλ' ἐπλούτησε. —

Ex malo fit bonum, et ex bono malum. Et pauper quoque repente admodum fit dives. Simile huic v. 138.

> Πολλάκι γὰρ δοκέων θήσειν κακὸν, ἐσθλὸν ἔθηκε·
> ΚΑΙ' ΤΕ δοκῶν θήσειν ἐσθλὸν, ἔθηκε κακόν.

Sæpe etenim putans daturum se malum, dedit bonum: adhæc putans daturum se bonum, dedit malum. Imo simpliciter verti possit *atque*, pro quo veteres etiam *adque* dixisse liquet ex inscriptionibus.

Digitized by Google

TOI.

I. Particula TOI idem ferme notat quod τούτῳ, vel τῷ ὄντι, *hoc, hac re, re ipsa, ob hanc rem, ideo, quare* etc. Hoc significat τῷ apud Hom. pro quo τοὶ potuisset dicere, Il. B. v. 354.

> Τῷ μή τις πρὶν ἐπειγέσθω οἶκόνδε νέεσθαι,
> Πρίν τινα πὰρ Τρώων ἀλόχῳ κατακοιμηθῆναι.

Ideo ne quis domum reverti festinet, priusquam cum uxore Trojanorum concubuerit. Potestas est ergo βεβαιωτικὴ, quæ nascitur ex præmisso argumento, ut τοὶ pro τῷ ὄντι est apud Aristoph. in Pac. v. 938. Εὖ τοι λέγεις. *Revera, profecto, sane recte dicis.*

II. Ut μέντοι, ita et τοὶ amat socias, quibus aut apponatur aut præponatur, particulas. Solitarium est in senario apud Synes. Epist. 126. ubi est βεβαιωτικόν:

> Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Hei mihi! Quid, Hei mihi? Mortalia sane passi sumus.

III. Accedimus ad TOIΓA'P. Cum γὰρ constet ex γε et ἄρα, τοιγὰρ non duæ, sed tres sunt particulæ, quarum singulæ suo officio egregie funguntur: nam τοὶ infert conclusionem, *propter id*, τὸ γε limitat τὸ τοὶ, et ἄρα vel colligit vel effectum notat. Sic loquitur Calchas apud Hom. Il. A. v. 76.

> Ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διῒ φίλε, μυθήσασθαι
> Μῆνιν Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος·
> Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω. —

Ex eo, quod Achilles jusserat vatem dicere causam iræ Apollinis, colligit Calchas, facultatem sibi dari loquendi: cujus rei signum infert τὸ ἄρα, in γὰρ implicite latens: tum τὸ τοὶ conclusionem habet, *quoniam jubes, ob id loquar.* Tandem τὸ γε limitat hanc conclusionem, et ex aliis, quæ possent adferri, causis hanc eligit principem: aliæ enim, cur loqueretur, causæ adferri potuerunt, officium, puta, vatis; periculum, in quo versabatur totus exercitus Græcorum; misericordia, qua vates movebatur, aut similes: ex omnibus eligit unam, nempe mandatum ducis. Plenius itaque significant hæc verba: *O Achilles, Jovi care, jubes me proloqui iram Apollinis, regis longe jaculantis. Ergo, si minus propter alias causas, certe ob id ipsum, quod jubes, eloquar.* In versione tamen sæpius recte redditur: *igitur.*

IV. Si τοιγὰρ tres sunt diversæ particulæ, quarum nullam esse

Digitized by Google

otiosam vidimus, τοιγαροῦν ex quatuor constabit, quarum singulæ quomodo suo fungantur officio, discere reliquum est. Utuntur Græci, ubi rem cum limitatione serio demonstratam accommodare volunt, qua de re supra in ἄρα οὖν aliquid dictum est. Ἄρα igitur colligit, argumenti materiam suppeditat τοί, quam limitat τὸ γε, et οὖν limitatam argumentationem rei præsenti accommodat. Sic argumentando concludit Aristoteles lib. II. de Rep. cap. 9. sub fin. Reprehenso Lacedæmoniorum instituto, quod ipsorum reges perpetuam in classem præfecturam habebant, atque ita tota legum constitutio circa unam virtutem bellicam versabatur, subjungit: Τοιγαροῦν ἐσώζοντο μὲν πολεμοῦντες, ἀπώλλυντο δὲ ἄρξαντες διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι σχολάζειν, μηδὲ ἠσκηκέναι μηδεμίαν ἄσκησιν ἑτέραν κυριωτέραν τῆς πολεμικῆς. Latini, apud quos hic concurrentium particularum usus non est, reddunt tantum eam, quæ maxime dominari videtur, neglectis cæteris: sic tamen opinor omnium possit servari potestas: *OB ID QUIDEM*, vel, *Hæc quidem cum ita sint, sequitur ERGO, res fuisse salvas, dum foris bella gerebant: sed domi, ubi imperabant, secus; quia in otio vivere nesciebant, nec ullam artem militari propriam magis aut præstantiorem exercuerant.* Potest et τὸ ἄρα, latens in γὰρ, effectum significare, et ita explicari: *Ergo, cum hæc ita quidem sint, hinc factum est, ut res fuerint salvæ* etc.

V. Effectus manifesto notatur, quando consequentia facto constat, sive quando aliquid non adeo argumento, sed facto probatur. Sic Lycurgus advers. Leocrat. cap. 17. cum narraverat, in Alexandrum quemdam, a Xerxe ad Athenienses missum, qui posceret terram et aquam, graviter fuisse animadversum; sequitur hujus severæ constantiæ effectus: Τοιγαροῦν τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις ἐνενήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν. *Ergo, cum hæc quidem ita sint, hinc factum est, ut iis animis usi, nonaginta annos inter Græcos principatum tenuerint.* Sic cap. 27. de Atheniensibus priscis loquens: Οὐ γὰρ λόγῳ τὴν ἀρετὴν ἐπετήδευον, ἀλλ' ἔργῳ πᾶσιν ἐπεδείκνυντο. Τοιγαροῦν οὕτως ἦσαν ἄνδρες σπουδαῖοι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ οἱ τότε τὴν πόλιν οἰκοῦντες, ὥστε etc. *Non enim verbo virtuti studebant, sed hoc re vera omnibus ostendebant. Ergo, cum hæc quidem ita sint, hinc factum est, ut, qui tunc urbem incolebant, viri essent adeo cordati tum publice, tum privatim, ut*———

VI. Utuntur Græci hac particula, quando aliquo argumento vel ratione moti excitant se ipsi ad agendum: ut, cum Demosthenes dixisset Philipp. I. pag. 18. extr. Athenienses in feriarum et Bacchanalium apparatu nihil non exquisitum, nihil non definitum, nihil neglectum reliquisse, in belli vero apparatu omnia esse inordinata, indefinita, incomposita, subjungit: Τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι, καὶ τριηράρχους καθίσταμεν———Ubi quatuor particulæ inter se compositæ, junctis tanquam viribus, serium animo impetum afferunt agendi id, quod factu opus est. Latini solent hunc impetum per solum infinitivum exprimere, quem notat abrupta locutio: *Quare, simul atque aliquid inaudivimus, nos illico triremium præfectos constituere* etc.

Digitized by Google

Hinc optime convenit seriis adhortationibus, sequente secunda persona imperativi, vel prima pluralis subjunctivi. Illius exemplum est in Enchir. Epictet. cap. 27. Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. Ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. Τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. *Quapropter imprimis operam da, ne ab opinione abripiaris.* Hujus in ep. Paul. ad Hebr. cap. XII. comm. 1. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. *Quæ cum ita sint, ergo et nos, quos tanta testium nubes cingit, deposito omni onere, et peccato nos facile circumdante, tolerantia utentes, stadium nobis propositum decurramus.*

VII. Potest etiam aliquando utraque particula ἄρα et οὖν ad diversa referri, quo magis firmentur, quæ superius paulo de particularum, e quibus hæc conflata est, potestate dicta sunt. Quin τὸ οὖν in oppositis, quorum prius negative, posterius affirmative profertur, potest esse βεβαιωτικόν· de qua potestate vide sis supra h. v. Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν. Hic τὸ ἄρα colligit: *Si enim Deus vocavit nos, non ut simus impuri, sed sancti,* hinc sequitur, *eum, qui repudiat, non repudiare hominem, sed Deum.* Habes potestatem τοῦ ἄρα· sed cum duo opponantur, alterum negative, οὐκ ἄνθρωπον· alterum affirmative, ἀλλὰ Θεόν· adhæret οὖν parti affirmatæ βεβαιωτικῶς, *non repudiat hominem, sed Deum quidem.* Hæc vis βεβαιωτικὴ nascitur ex vi conclusiva: nam, si non repudiat hominem, qui non vocavit, restat Deus, qui vocavit, quem repudiat.

VIII. In superioribus omnibus videmus, τοιγαροῦν principem locum occupare, unde colligimus, particulam esse προτακτικὴν, saltem frequentius præponi. Postponi nonnunquam docet H. Stephanus, afferens Luciani verba: Ἐῤῥωμένος τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων. Locus est in Timon. cap. 37. init. cui adde sis ejusdem locum in Dial. Mort. XIX. Σὲ τοιγαροῦν, ὦ Δύσπαρι, οὐκ ἀφήσω.

IX. Sed quid facit τοὶ repetitum in τοιγάρτοι? Devario proclive est dicere, τοὶ amittere suam significationem. Liceat mihi dissentire, aliud opinanti, nempe alterum τοὶ esse βεβαιωτικὸν, quam potestatem ei supra assignatam vidimus, §. 1. Scilicet ἄρα colligit, præbente τοὶ argumentandi materiam, quam restringit γὲ, confirmante omnia τοί. Usus itaque est in seriis confirmationibus. Ita apud Platon. in Gorg. pag. 494. [T. IV. p. 103. ed. Bip.] Socrates, postquam adversam sententiam ridiculo argumento refutaverat, pergit: Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα. σὺ δὲ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς, οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς. Dixerat Callicles: Ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀτεχνῶς δημηγόρος. Respondet ille: *Profecto id ipsum quidem est, unde sequitur,* (nam hæc omnia puto contineri una hac voce τοιγάρτοι, pro τῷ γε ἄρα τοι.)

Digitized by Google

me Polo et Gorgiæ terrorem et pudorem injecisse: tu vero ne terrearis, neve erubescas.

X. Ordine differt a præcedentibus ΤΟΙ'ΝΥΝ, quod τοιγαροῦν et τοιγάρτοι προτακτικαὶ, hæc autem ὑποτακτική. Servat τοὶ eam notionem, quam ipsi in principio hujus capitis assignavi, quare totum hoc τοίνυν reddit Hesychius διὰ τοῦτο. Verum τὸ νυν non omnino negligendum opinor, quia solitaria particula τοὶ per se pro διὰ τοῦτο ponitur. Temporis vestigium ubique servat νυν in τοίνυν, quod quia obscurius est, ideo in compositione post τοὶ amittit accentum. Usus fere est septuplex.

XI. *Primus* est inchoativus, qualis est τοῦ ὖν, de quo supra; non quod omnino incipiat totam orationem, sed præmissa aliqua præfatione, cum, nonnullis præparatis, ad dicendum quispiam se accingit. vid. Plat. in Phædr. pag. 243. extr. [T. X. p. 315. ed. Bip.] ubi Socrates, qui modo longa oratione docuerat, non amanti potius, quam amanti esse obtemperandum, nunc contra quasi palinodiam canturus, post longiorem præfationem, ad decus dialogi addendum ita infit: Οὑτωσὶ τοίνυν, ὦ παῖ καλὲ, ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν λόγος Φαίδρου, et reliqua. *Quare nunc sic cum animo tuo perpende* etc. q. d. *satis hactenus sum præfatus: nunc igitur.* Similiter pag. 253. [Bip. 336.] Ἀρετὴ δὲ τίς τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ κακοῦ κακία, οὐ διείπομεν· νῦν δὲ λεκτέον. *Quæ vero sit virtus boni* (equi), *aut quod vitium mali, non sumus persecuti: at nunc dicendum.* Tum inchoat: Ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὢν, τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην etc. *Nunc igitur horum alter, cujus pulcrior sit corporis constitutio, specie rectus est, et concinnis membris, cervice ardua.* In colloquiis quoque inchoativum est, ubi, exigente altero, alter narrationem inchoat: quo referri potest Platonis locus ille prior, quem attuli: adde Aristoph. in Vesp. v. 1175. ubi Bdelycleon vult, ut Philocleon narrationem instituat de rebus ab hominibus gestis. Incipit ille:

Ἔγωδα τοίνυν τῶν γε πάνυ κατ' οἰκίαν
Ἐκεῖνον, ὡς οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ.

Jam igitur ego novi ex rebus plane domesticis hanc fabulam, quomodo olim esset mus et felis.

XII. Atque ita videmus, particulam τοίνυν eundem usum præstare, quem ὖν inchoativum, ut duas has etiam permutat Lucian. in Lapith. cap. 39. init. Ὁ τοίνυν Ἴων, Πρῶτος ὖν ἄρχομαι, ἔφη, εἰ δοκεῖ. *Jam vero Ion: Primus ergo, inquit, si videatur, incipiam.* Unum hoc observetur inter utrumque discrimen, quod in τοίνυν temporis est notio, quæ ab ὖν abest.

XIII. *Secundus* usus est continuativus, qui ex priori sponte nascitur; utuntur enim Græci in media narratione, quando, nar-

Digitized by Google

ratis nonnullis, id, quod maxime in tota narratione innuunt, inchoaturi sunt, ut possit quasi novum ejus partis haberi principium. In historia Charitonis et Melanippi legimus apud Æl. V. H. lib. II. cap. 4. Charitonem, postquam intellexerat Melanippi consilium occidendi tyrannum, persuasisse, ut commodum ejus rei tempus exspectaret. Quod ubi persuaserat, sic pergit auctor: Ἐφ' ἑαυτῦ τοίνυν ὁ Χαρίτων βαλλόμενος τὸ πᾶν τόλμημα —— ὡρμᾶτο ἐπὶ τὸν τύραννον. Etsi hic usus in diversa abit, potestas tamen utriusque particulæ, quæ format compositum τοίνυν, servari commode potest. Chariton enim, postquam Melanippum in suam perduxerat sententiam, HAC RE (h. e. τοὶ) tanquam instructus, NUNC (νῦν) id, quod cogitabat, exsequitur.

XIV. *Tertius* usus est μεταβατικὸς, cum non ipsa quidem ἁπλῶς transitionis nota est, sed quatenus priorem partem claudit, ut commodam paret transgressionem ad alteram. Ita μὲν τοίνυν invenio pro μὲν ὖν positum, quorum quamvis dissimilis sit potestas, similis tamen usus est. Ita Aristoteles lib. I. de Rep. quæstuariæ artis duo statuit genera, alterum naturale, alterum artificiale. Alterum absolvit cap. 8. quod ita concludit: Ὅτι μὲν τοίνυν ἐστὶ κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς οἰκονόμοις, καὶ τοῖς πολιτικοῖς, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, δῆλον. *Jam vero, esse artem quæstuariam naturæ congruam iis, qui rem domesticam, et qui rem publicam administrant, et qua de causa,* ex superioribus *manifestum est.* Tum transit cap. 9. ad genus artificiale: Ἔστι δὲ γένος ἄλλο κτητικῆς. Imprimis adhibetur τοίνυν, ubi a thesi ad hypothesin transitur, ut cum Demosthenes pro Cor. pag. 330. extr. ostenderat discrimen inter accusationem et calumniam, rem Æschini accommodans, et ostensurus, eum esse calumniatorem, sic ait: Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης ὐδὲν ἧττον ἐμῦ πομπεύειν ἀντὶ τῦ κατηγορεῖν εἵλετο. *Jam vero cum hæc non minus, quam ego, sciret Æschines, conviciari maluit, quam accusare.*

XV. *Quartus* usus est συμπερασματικὸς, isque duplex, vel quando ἁπλῶς ex superioribus concludit, vel cum illatione. *Prioris* exemplum est apud Lucian. libr. Adv. Indoct. quem omnem ita claudit: Καὶ σὺ τοίνυν ἄλλῳ δεηθέντι χρήσειας ἂν τὰ βιβλία, χρήσασθαι δ' αὐτὸς ὐκ ἂν δύναιο. *Quæ cum ita sunt, jam tu alii petenti commodare libros possis, ipse uti non possis.* Similiter Apostolus Paulus pr. ad Cor. ep. cap. IX. comm. 26. comparationem, quam instituerat inter vitæ hujus labores et stadium Græcorum, ita concludit: Ἐγὼ τοίνυν ὕτω τρέχω, ὡς ὐκ ἀδήλως· ὕτω πυκτεύω, ὡς ὐκ ἀέρα δέρων. *Jam vero ego ita curro, ut non in incertum: ita pugilem ago, ut non aëra verberans. Vel* illative concludit, ut ἄρα, ex præmissis, ut, cum apud Aristoph. in Plut. Sycophanta miseram rerum suarum sortem deplorante, rogat Cario causam. Respondet Justus, premi hominem adversis, sed sibi videri esse pessimæ notæ: unde concludens Cario ait v. 864.

Νὴ Δία, καλῶς τοίνυν ἀπόλλυται.

Digitized by Google

Per Jovem, merito ergo periit.

XVI. *Quintus* usus est παρακελευστικὸς, qui nascitur ἐκ τοῦ νυν χρονικοῦ, actionem urgentis, qualem supra in δὴ et νῦν et νῦν δὴ observavimus. Construiturque tunc fere cum imperativis, ut apud Plat. de Rep. lib. VI. pag. 485. [T. VII. p. 71. ed. Bip.] Τόδε τοίνυν μετὰ τοῦτο σκόπει. *Nunc ergo hoc deinde perpende.* Causam impulsivam præfert τὸ τοί. Infert et signum animi cupidius expetentis, ut ap. Lucian. Adv. Indoct. cap. 25. Σκόπει τοίνυν, ὡς ἱερὸν χρῆμα συμβουλή. *Perpende tu vero, quam sacra sit res consilium.* Eandem vim et usum habet cum prima plurali constructum, quando quis se ipsum et alios excitat, ut in ep. ad Hebr. XIII. 13. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. *Jam igitur exeamus ad ipsum extra castra, contumeliam ejus ferentes.* Ubi observandum, particulam præter consuetudinem esse προτακτικήν, quod videtur animi exhortantis augere impetum. Adjecta particula μὴ invertit usum, ut fiat ἀπαγορευτικὸς, ut cum Epictetus ait Enchir. cap. 69. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε. *Jam ergo et tu ne præcepta ostende indoctis.* Ad usum παρακελευστικὸν pertinet, cum quis, alterius exhortatione incitatus, rem alacriter aggreditur, ut Euthyphro apud Plat. pag. 5. postquam Socrates dixerat: Λέγε δή, τί φῄς εἶναι τὸ ὅσιον, καὶ τί τὸ ἀνόσιον; *Age, dic, quid statuas esse sanctum, et quid profanum?* respondet: Λέγω τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν ὅσιόν ἐστι etc. *Jam ergo aio, sanctum esse* etc.

XVII. Observo et usum peculiarem, qui nascitur ex τοὶ βεβαιωτικῷ et νῦν χρονικῷ, quique esto *sextus;* quum nempe aliquis, audiens novum quid, aut peregrinum, aut atrox, vel simile, rei novitate motus tantum non exclamat se percelli. Ita intelligo illud Aristophanis in Pace v. 614. ubi Trygæus nova re, quam ex Mercurio audivit, concitatus exclamat:

Ταῦτα τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ πεπύσμην οὐδενός.

Ita me amet Apollo! NUNC PROFECTO fateri cogor, me ex nemine hæc audivisse. Ita non ad verbum, sed κατὰ τὸν νοῦν reddo, ut appareat, τὸ νυν non omnino vacare.

XVIII. *Septimus* denique usus est προσληπτικὸς, quando idem præstat quod ἀλλὰ μὴν in assumtione, ex qua, propositioni majori subjuncta, rite deducitur τὸ ἐπιφερόμενον sive consequentia. Hic usus commode deduci potest ex continuativo; continuatur enim procedendo argumentum. Habes ejusmodi argumentationem Cyri apud Xenoph. Cyrop. II. 2. 25. Sermo est de pravis militibus aut ducibus a labore alienis, quos eximendos censet. Propositio major, longiori oratione amplificata, huc redit: *Qui milites ad prava ducunt, sunt eximendi.* Sequitur assumtio: Καὶ τοίνυν, ἢν μέν τινες βλακείᾳ καὶ ἀπονίᾳ μόνον κακοὶ ὦσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τοὺς κοινωνούς· οἱ δ' αὖ τῶν μὲν πόνων κακοὶ ὦσι κοινωνοί,

Digitized by Google

πρὸς δὲ τὸ πλεονεκτεῖν σφοδροὶ καὶ ἀναίσχυντοι, οὗτοι καὶ ἡγεμονικοί εἰσι πρὸς τὰ πονηρά. *Jam vero, sive, Atqui si alii socordia et stoliditate tantum sunt pravi, hos ego arbitror, tanquam fucos, nihil aliud quam socios sumtu defraudare: si alii rursus laborum quidem consortes, sed pravi fuerint, et in præripiendis commodis strenui et impudentes, hi quoque duces se præbent ad res pravas.* Sequitur consequentia: Ὥστε παντάπασιν ἐξαιρετέοι οἱ τοιοῦτοι ἡμῖν εἰσίν. *Ergo tales omnino sunt nobis eximendi.* Argumentum sic contractum formari potest: *Qui ducunt ad prava, sunt eximendi. Atqui socordes ducunt ad prava. Ergo socordes sunt eximendi.*

XIX. Adjicitur et particula γε, quæ urgens τὸ νυν insignem adfert emphasin, non sine ellipsi: constatque ex τοὶ βεβαιωτικῷ, νῦν χρονικῷ et γε περιγραφικῷ. q. d. *Si unquam alias, nunc quidem certe.* Exemplum est apud Aristoph. in Acharn. v. 819. ubi Sycophantæ roganti aliquem, cujas sit, respondet ille, se esse Megarensem, et porcos vendere, ad quod alter:

Τὰ χοιρίδια τοίνυν γ' ἐγὼ φανῶ ταδί.

Elliptica oratio sic suppletur: Εἴ ποτε, ἀλλά τοί νυν γε. *Si unquam alias, at nunc quidem certe ego hos deferam porculos.* Similiter *nunc quidem certe* Latini dicunt, e. c. Cic. pro Archia cap. ult.

'Ω Σ.

I.

De Particula 'Ω Σ *Seorsim Posita.*

I. Particula 'ΩΣ ordine est præpositiva, potestate comparativa, et notat proprie *quomodo*, non interrogative, neque dubitative, sed relative, i. q. *ut: Quomodo lupus amat agnum, hoc modo* etc. vel, *ut lupus, sic amator.* Ita relata sunt ὡς et οὕτως 1 Thessal. v. 2. Ἡ ἡμέρα Κυρίου, 'ΩΣ κλέπτης, ΟΥΤΩΣ ἔρχεται. *Dies Domini veniet eodem modo, quo fur.* Sæpe contra οὕτω præcedit, sequente ὡς. ut Joann. VII. 46. Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος. *Nunquam ita locutus est quisquam, ut hic.* i. e. *hoc modo locutus est, quo hic.*

II. Sed etiam in obliqua constructione ponitur ὡς, pro πῶς. ut in Evang. Luc. cap. XXIII. comm. 55. Ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ. *Contemplabantur sepulcrum, et, quomodo corpus ejus esset positum.* Pro πῶς ἐτέθη. Et cap. XXIV. comm. 35. Ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς. pro πῶς ἐγνώσθη. *Narrabant ea, quæ in itinere facta erant, et, quomodo ab ipsis agnitus esset.*

Digitized by Google

III. In formula ἔστιν ὡς particula ὡς non *quodam modo*, sed *quomodo* notat, et totum hoc ἔστιν ὡς, proprie *est quomodo*, sic tandem *quodam modo* redditur. Idem patiuntur alia relativa, ut ἔστιν ὅτι, *aliquando*. ἔστιν ὅπυ, *alicubi*. ἔστιν οἵ, *nonnulli*, quæ elliptica sunt dicta pro ἔστι χρόνος ὅτε. ἔστι τόπος ὅπυ. εἰσὶν ἄνθρωποι οἵ.

IV. Cæterum, ubi ὡς plenissime similitudinem notat, absque protasi invenitur, intellecta tamen clanculum. Estque hic usus duplex, notatque vel veram, vel fictam convenientiam. In priori sensu redditur *utpote;* ὄντως explicat Hesychius in fine lexici sui. Exemplum est apud Eurip. in Phœn. v. 94. ubi pædagogus ait: *Exspecta, dum speculor, ne quis civium occurrat,*

> Κἀμοὶ μὲν ἔλθοι φαῦλος, ὡς δέλῳ, ψόγος,
> Σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ. —

neve mihi eveniat, utpote servo, malum probrum, tibi vero, utpote regiæ filiæ. Vid. et Matth. VII. 29. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτὺς, ὡς ἐξυσίαν ἔχων. *Erat enim docens illos, utpote auctoritatem habens.* Fictam notat convenientiam, quando quis ita agere dicitur, quasi talis aut talis sit, cum revera non sit, vel saltem talem esse non plane affirmamus. Tantum significatur ejus et alterius similitudo. Sic Socrates de Lysia apud Plat. in Phædr. pag. 235. [T. X. p. 296. ed. Bip.] qui ipsi videtur δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς ἐ πάνυ εὐπορῶν τῦ πολλὰ λέγειν περὶ τῦ αὐτῦ. i. e. *Bis et ter eadem dixisse, perinde ac si desit facultas de re eadem multa dicendi.* Et Judæi in Act. Apost. cap. XXIII. comm. 15. Νῦν ἔν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῦ. *Nunc igitur sistite vos coram tribuno et consilio, ut cras eum deducat ad vos, quasi diligentius ejus causam cognituros.* Vera causa supprimitur, ficta profertur.

Ubi non participium, sed verbum sequitur, id, quod in actu non ponitur, optative effertur. ut apud Thucyd. lib. IV. cap. 65. ubi nonnulli multati dicuntur, ὡς, ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι, δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν. *Quasi, cum Siculorum res evertere potuissent, pecunia corrupti, discessissent.* Quod si negatio præcedit, non tam ficta convenientia significatur, quam falsa negatur, quare non reddidero *quasi*, sed *non utpote*. Ut in Act. Apost. cap. XXVIII. comm. 19. ubi ait Paulus: Ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα, ὐχ ὡς τῦ ἔθνυς μυ ἔχων τὶ κατηγορῆσαι. *Non ut qui aliquid haberem, quod populares, meos accusarem.*

V. Ubi vero comparatio instituitur cum prælatione partis prævalentis, adhibetur ὡς præcedente ὕτως cum negatione, ut apud Plat. in Phæd. pag. 77. Οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε ὐδὲν ὕτω μοι ἐναργὲς ὂν, ὡς τῦτο. *Equidem nihil magis habeo perspicuum, quam hoc.* Idem comparativus usus exprimitur etiam non præcedente ὕτω, sed inverso comparatorum ordine: potuisset enim Plato dicere: Τῦτο ἔχω μοι ἐναργὲς, ὡς ὐδὲν ἄλλο, ut loquitur Bdelycleon apud Aristoph Vesp. v. 150.

Digitized by Google

Ἀτὰρ ἄθλιός γ' εἰμ', ὡς ἕτερος οὐδεὶς ἀνήρ.

At miser ego sum, ut nullus alius. h. e. *miserior alio quovis.* Ælian. de Aspasia V. H. XII. cap. 1. Χαρίτων ἀφθονίαν εἶχεν, ὡς οὐκ ἄλλη παρθένος τῶν τότε. *Tanta venustatum copia aderat, quanta nulli suæ ætatis virgini.* A comparativorum natura non abhorret limitatio, quam agnoscit Devarius in illo Luciani: Τυφλὸς Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. *Lynceus ille cæcus est, si mecum comparatur.* Non cæcum dicit ἁπλῶς, sed eatenus cœcum, quatenus secum comparatur. Ubi limitatio desumitur ab altera persona.

VI. Ubi vero aliquis secum comparatur, limitatur *vel* ab adjuncta ætate: ut cum Athenæus dicit: Μικρός γε ὡς τοσούτων ἐτῶν. *Parvulus pro ætate.* Qui usus et proportionalis dici possit: *ratione ætatis. Vel* ab adjuncta gentis facultate, ingenio etc. ut, cum Thucydides ait lib. IV. cap. 84. Ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν. *Erat autem, ut Lacedæmonius, dicendi non imperitus.* h. e. si cum reliquis Lacedæmoniis comparatur. *Vel* ab adjuncta potentia et viribus, tuncque reddi potest *pro* vel *quantum.* Ita Thucyd. lib. VIII. cap. 1. Ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι. *Pro facultatibus, Quantum per facultates liceret.* Pendetque hic sensus a genuina potestate, si intelligas οὕτως, ut sit οὕτω μὴ ἐνδιδόναι, ὡς etc. limitato modo. *Vel* ab adjuncta consuetudine, cui adversum quid ponitur, ut apud Aristoph. Vesp. v. 28.

— Ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασι νῦν
Ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν παρακαλοῦντές μ' ἀεί.

Sero utique nunc surrexerunt, cum vel *prout semper a media nocte me expergefacere solent.*

VII. Proportionem significat ὡς in illo Arriani de Exp. Al. lib. II. cap. 11. Ὥστε. οὐ μεῖον ἢ πεζῶν φόνος ἐν τῇ φυγῇ τῶν ἱππέων ἐγίγνετο. Interpres negligit particulam ὡς, quum ita reddit: *Adeo ut haud minor equitum quam peditum strages in fuga edita fuerit.* Et sic cadentium equitum peditumque numerus æqualis fuisset; præter veritatem, et mentem auctoris, qui, habita ratione paucitatis equitum præ majori peditum multitudine, stragem utrorumque dicit æqualem fuisse. Si enim peditum fuit decuplo major, æqualis habenda est proportionaliter cædes, si centum millia ex his, ex illis decem millia cæsa fuerint. Ita certe mox eodem capite: Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας, καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους. Sensus itaque verior sit: *Adeo ut, habita utrorumque numeri discriminis ratione, in fuga non minorem cladem pedites acceperint, quam equites.* Hoc modo construitur cum infinitivo, cujus exemplum habet Budæus ex Xenophontis Cyrop. I. 5. 11. Ἀλλ' ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας, ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίσασθαι. *Tendamus adversus hostes, quos cum ipse*

Digitized by Google

viderim, scio esse belli imperitos, siquidem nobiscum committuntur. Non vocat ἁπλῶς imperitos, sed habita meliorum ratione.

VIII. Alius usus particulæ ὡς est *intensivus*, quando fere præmittitur superlativis, ut ὡς μάλιστα, *quam maxime*, ὡς τάχιστα, *quam celerrime.* ut Actor. Ap. XVII. 15. Eurip. Med. v. 322.

Ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε.

ubi ὡς τάχιστα elliptice dictum, pro οὕτως ὡς δυνατὸν τάχιστα. Hæc ellipsis nonnunquam partim suppletur, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 11. Κατέταξεν ὡς ἐδύνατο κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. *Ordinavit quam potuit pulcerrimeque et optime.* Sic Ὡς οἷόν τε μάλιστα καλόν τε καὶ ἀγαθὸν dixit Plato in Phæd. pag. 77. *Quam fieri potest bonum et pulcrum.* Dicunt etiam, ὡς ἔνι μάλιστα, ὡς δυνατὸν κάλλιστα. Exempla passim obvia. Sæpe etiam una voce scribitur ὡςτάχιστα, ut Thucyd. VII. c. 60.

IX. Ubi ὡς ὅτι conjunguntur, particulam ὅτι nequaquam abundare, ex iis, quæ supra in ὅτι dicta sunt, liquere potest. Exemplum est apud Ælian. V. H. lib. II. cap. 13. Δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν, ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες. *Constat enim, artifices scenicos ipsum quam pulcerrime effinxisse et expressisse.* Suspicor, antiquissimos ὅ, τι scripsisse, non ὅτι, quomodo verba Æliani commode suppleri possunt ita, ut utrique particulæ sua constet ratio: Ἔπλασαν αὐτὸν ἐξεικάσαντες οὕτως, ὡς ὅ, τι ἐξεικάζεται κάλλιστα. Latini hic satis apposite: *Exprimentes eum, quam quod pulcerrime,* sc. exprimitur.

X. Paulo languidior est ἐπίτασις, quando positivo jungitur, ut ὡς ἀληθῶς sæpe apud Platonem, vid. in Apol. Socr. pag. 41. init. Εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς. *Inveniet, qui vere judices sunt* vel *dicuntur.* nam integra locutio esto: Οὕτω δικαστὰς ὄντας, ὡς ἀληθῶς ὀνομάζοι ἄν τις. vel ὥς τις ἂν ὀνομάζων, ἀληθῶς ὀνομάζοι. Et in Phædro pag. 228. [T. X. p. 283. ed. Bip.] Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστι. q. d. *Mihi sic est consultissimum, ut vere consultissimum dicatur.* Sic ib. pag. 235. Φίλτατος εἶ, καὶ ὡς ἀληθῶς χρυσοῦς. *Carissimus es, et vere aureus.* Quod quum simpliciter Latine redditur *vere,* hinc Devario videtur παρέλκειν.

XI. Ex superioribus facile liquere potest, quam apposita sit hæc particula exclamationibus, quippe quæ gaudet iis, quæ superlativorum naturam habent. Exempla ubivis obvia. vid. Aristoph. Pac. v. 236.

Ὡς αὐτίκα μάλα τὰς γνάθους ἀλγήσετε.

Quam mox malæ dolebunt! Sic v. 242. 245. 247. 249. 256. Convenitque vel lætanti, ut apud eundem in Acharn. v. 7.

Digitized by Google

Ταῦθ' ὡς ἐγανώθην, καὶ φιλῶ τοὺς ἱππέας.

Ut hæc gaudeo, et equites amo! vel lamentanti, ut apud Eurip. in Med. v. 328 et 330.

Ὦ πατρὶς, ὥς σου κάρτα νῦν μνείαν ἔχω.
Φεῦ, φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.

O patria, quam nunc valde tui recordor! Heu, heu, amores, quam magnum malum! vel valde metuenti, apud eundem in Vesp. v. 425. Ὡς ἔγωγ' αὐτῶν ὁρῶν δέδοικα τὰς ἐγκεντρίδας. *Quam ego metuo illorum videns aculeos!* vel explodenti, ibid. v. 434. Ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον. *Ut ego hæc video, tanquam foliorum ficulneorum strepitum audiam!* vel admiranti, ibid. v. 1266.

Ὦς μακάρι' Αὐτόμενες, ὥς σε μακαρίζομεν.

O beate Automenes, ut te ob fortunam laudamus!

XII. Vicinus usus est ἐπιφωνηματικὸς, quo præmissæ rei magnitudini, atrocitati, aut simili excessui acclamatur. Ita Eteocles apud Euripid. in Phœniss. v. 526. postquam dixerat, omnia se experturum, arma, flammas, summa pericula, ut ne serviret, sed ipse potius imperaret; hæc tandem subjungit:

Ὡς οὐ παρήσω τῷδ' ἐμὴν τυραννίδα.

Adeo huic non cedam meam dominationem! Ita Socrates apud Plat. in Conviv. pag. 213. [T. X. p. 253. ed. Bip.] εἰρωνικῶς, fingens vim sibi minantem Alcibiadem, opem petit aliunde acclamans: Ὡς ἐγὼ τὴν τούτου μανίαν τε καὶ φιλεραστίαν πάνυ ὀῤῥωδῶ. *Adeo ego hujus insaniam et amatoriæ cupiditatis impetum extimesco!*

XIII. Ex duobus proximis usibus nascitur alius, qui est εὐκτικὸς, aut, si negativum sit admistum, ἀπευκτικὸς, quo indicatur votum ἐμφατικῶς et cum exclamatione prolatum. Præsertim hoc videtur satis manifestum, quoties cum ὤφελον, ὤφελε construitur, vel etiam apud poëtas ὄφελλον, aut ἀναυξήτως ὄφελον. Sic, ὡς ὤφελον ὀλέσθαι. *utinam periissem!* Proprie et verbatim erit: *quam debui perire!* ut Helena apud Hom. Il. Ω. v. 764.

— Ὡς πρὶν ὤφελλον ὀλέσθαι.

Quam debui ante perire! h. e. *utinam ante periissem!* Sic Il. Φ. v. 279.

Quando ὡς ὤφελε absolute, et parenthesi inclusum, sive in fine sententiæ occurrit, infinitivus ex orationis complexu intelligi debet; ut apud Heliod. lib. VIII. cap. 11. Οὐ γάρ πω καὶ ἀθανασίαν (ὡς

Digitized by Google

ὄφειλε an ὤφειλε) ἐπαγγέλλεται. *Non enim immortalitatem (atque utinam!) pollicetur.*

Quando abest verbum ὤφελον, hujus vicem explet optativus modus, ut apud Hom. Il. Σ. v. 107.

῾Ως ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο.

Utinam contentio et a diis, et ab hominibus pereat!

Vicissim abest particula εὐκτική, cujus vicem solum sustinet tunc ὤφελον et ὄφελον. Exempla suppeditant lexica. Sed rarissimum, si non solitarium, ὤφελε cum indicativo constructum apud Callimach. Epigr. XVIII.

῎ΩΦΕΛΕ μηδ' ἘΓΕ'ΝΟΝΤΟ θοαὶ νῆες.

Utinam nullæ naves fuissent! Alterum exemplum non reperi.

XIV. Numeris fere particula præfixa usum præstat εἰκαστικὸν, quem ita dico non vere conjecturalem, quasi verus numerus ignoretur, ut perspicuum est ex Act. Apost. cap. XIII. comm. 18 et 20. sed cum per loquendi compendium verus numerus non exprimitur, sed vero proximus, plerumque minor. Commode itaque redditur *fere*. Plena exemplis omnia. vid. Thucyd. lib. IV. cap. 9. ῾Οπλῖται τῶν Μεσσηνίων τούτων ὡς τεσσαράκοντα ἐγένοντο. *Ex his Messenis milites graviter armati fere quadraginta fuerunt.* i. e. *circiter quadraginta.* At conjecturalis usus verius est appellandus, quando duo numeri exprimuntur, ita ut, qui sic loquitur, dubitare videatur, utrum prior, an posterior sit verior, an vero inter utrumque medius: ut cum dicit Xenoph. lib. VII. Hist. Gr. pag. 617. Τρεψάμενοι ἐδίωκον ὡς τρία ἢ τέτταρα στάδια. *In fugam versos persecuti sunt fere tria aut quatuor stadia.*

XV. Ad sensum εἰκαστικὸν potius, quam ad usum causalem, de quo postea, refero, quando cum infinitivo εἰπεῖν construitur. Dixerunt ὡς εἰπεῖν, quum vero nomine videbantur non posse rem exprimere, tum vero proximum, vel quod veri aliquam similitudinem referebat, adhibuere, addito illo ὡς εἰπεῖν. Sic I. Chrysost. Homil. XXI. in cap. V. Genes. pag. 237. Διὰ τοῦτο πάλιν ἀμυδρῶς, ὡς εἰπεῖν, καὶ λανθανόντως ἀνακαλέσασθαι βούλεται τὴν ἀπόφασιν. Non prorsus audet, et quasi metuit dicere ἀμυδρῶς de verbo divino, nec tamen inveniens, quo alio nomine utatur, voculæ vim imminuit, quasi medicans, dicitque ὡς εἰπεῖν, ἀμυδρῶς. *Propterea rursus subobscure, ut ita dicam, ac latenter revocare vult sententiam.* Pro eodem quoque dixerunt, ὡς ἔπος εἰπεῖν. Utitur Plato in Euthyd. pag. 272. Αὐτὼ γὰρ τούτω (ὡς ἔπος εἰπεῖν) γέροντε ὄντε ταύτης τῆς σοφίας ἠρξάσθην. *Hi enim ipsi (ut ita dicam) jam senes cum essent, hanc aggressi sunt sapientiam.* Et Apostolus in epist. ad Hebr. cap. VII. comm. 9. Καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) διὰ ᾿Αβραὰμ καὶ Λευῒ, ὁ δεκάτας λαμβάνων, δεδε-

Digitized by Google

κάτωται. *Et (ut ita dicam) per Abraham etiam Levi, qui decimas accipit, decimatus est.*

XVI. Simile huic est illud: cum non *semper*, sed *fere semper* significare volunt, ὡς ἐπίπαν, et ὡς τοεπίπαν dicunt, i. e. ὡς ἐπιτοπλεῖστον, ut explicat Hesychius, h. e. *plerumque*. Utitur Herodotus in Polyhymn. cap. 157. Τῷ δὲ εὖ βυληθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τοεπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι. *Res, ubi probe consulueris, felicem plerumque eventum sortitur.* Pro eodem dixit Aristoteles ὡς ἐπιτοπολὺ εἰπεῖν lib. VI. Hist. Animal. cap. 14. init. Οἱ δὲ λιμναῖοι καὶ ποτάμιοι τῶν ἰχθύων κυήματα μὲν ἴσχυσι πέντε μῆνας τὴν ἡλικίαν ἔχοντες, ὡς ἐπιτοπολὺ εἰπεῖν. *Palustres et fluviatiles pisces uterum gestant quinto plerumque ætatis suæ mense.*

XVII. Novus particulæ ὡς usus est finalis, quo significat, *ut*, [G. *dass, damit, auf dass,*] quo sensu cum aoristis subjunctivi, cum optativo, et cum futuro indicativi construitur.

Cum aoristo ά. conj. construit Euripides in Phœn. v. 1095.

Λέξον, γέροντα τυφλὸν ὡς κατὰ στέγας
Ἐλθῶσα τέρψω. —

Dic, ut senem cœcum domum veniens oblectem.

Cum aoristo β'. idem in Orest. v. 446.

Πάντων πρὸς ἀστῶν (εἱλισσόμεθα), ὡς θάνω. —

Ab omnibus civibus circumdamur, ut moriar. Sed aoristo secundo tunc fere utuntur, cum verbum priori aoristo destituitur; plane ut de ὅπως notatum h. v. sect. 1. §. 2.

Quando cum optativo construitur, supprimi videtur ἄν, ut plurimum, δυνητικόν. Ita Palæphatus cap. 7. Παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρος τιμωρήσαιτο. *Ad Taurum mittebatur, ut Taurus eum puniret.*

Jungitur et futuro indicativi, ut ὅπως, demente nempe futuro tantum de actu verbi, quantum interest temporis spatium inter causam et ipsius effectum, intellecto in priori membro fere ὕτως, aliquando addito, ut apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 420. extr. [T. VI. p. 328. ed. Bip.] Ἡμᾶς μὴ ὕτω νυθέτει, ὡς, ἄν σοι πειθώμεθα, ὔτε ὁ γεωργὸς γεωργὸς ἔσται, ὔτε ὁ κεραμεὺς κεραμεύς. *Ne nos ita moneas, ut, si tibi obtemperemus, neque agricola sit agricola, neque figulus figulus.*

XVIII. Sequens μὴ cum infinitivo singularem videtur inferre emphasin, quam simplex ὡς causale cum subjunctivo non assequitur. Sic construit Lucianus Adv. Indoct. cap. 3. Ἀλλ' ἀντὶ δάφνης μυῤῥίνῃ ἂν ἢ καὶ μαλάχης φύλλοις μαστιγῦσαι, ἀπήλλαξαν ἂν τῶν τοιύτων, ὡς μὴ μιαίνει μήτε τὸν Ὀλμειὸν, μήτε τὴν τῦ ἵππυ κρήνην. Ita interpres: *Sed pro lauro myrtea virga, aut malvæ foliis, flagellatum*

relinquant, ne vel Holmeum vel Hippocrenen polluant. Vehementia major erit, si hunc sensum admittimus: Ita flagellatum relinquant, ut hæc simul addatur cum interminatione prohibitio: μὴ μιᾶναι etc. Atque ita non *polluant*, nempe Musæ, sed *polluat* dicendum ex persona hominis indocti.

XIX. Quemadmodum dixere ἵνα τί et ὅπως τί, sic etiam ὡς τί dixerunt, non sine ellipsi, suppresso nempe subjunctivo verbi; neque enim ὡς in hoc usu, si futurum excipias, cum indicativo construitur. Sic Euripid. in Phœniss. v. 624. Ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; Verbatim: *Ut quid me hoc rogas?* i. e. *ut quid consequaris?* sive *qua mente? quo animo?* τί βουλόμενος; Plenior oratio est: ὡς τί ὠφεληθῇς μ' ἱστορεῖς τόδε.

XX. Additur et δὴ, particula hortantis, quæ natura sua omnem moram damnans, animum notat sciendi cupidissimum, ut exposui supra. Exemplum habet Euripides in Orest. v. 794. Dicente Oreste: Καί με πρὸς τύμβον πόρευσον πατρός. *Et duc me ad sepulcrum patris,* respondet Pylades: Ὡς τί δὴ τόδε; *Quorsum, quæso, hoc?* Excipit alter: Ὥς νιν ἱκετεύσω με σῶσαι. *Ut supplicem ei, ut me servet.*

XXI. Est et ΩΣ ἀποτελεστικὸν, ubi si res suum sortita est eventum, effectum notat particula, et construitur cum infinitivo, ut ὥστε, præmisso ἐν τῇ προτάσει, *vel* adverbio οὕτω. v. Dinarch. adv. Dem. pag. 96. Οὕτω δὴ κατέστρεψεν ἡ τύχη ταῦτα, ὡς τἀναντία γενέσθαι τοῖς προσδοκωμένοις. *Sic fortuna hæc evertit, ut evenerint exspectationi contraria. Vel* pro adverbio οὕτω præcedit illius vicarium nomen vel adverbium τοσοῦτο, aut simile. Sic Aristot. lib. 1. de Rep. cap. 8. Τὰ μὲν συνεκτίκτει τῶν ζώων τοσαύτην τροφὴν, ὡς ἱκανὴν εἶναι. *Una cum fœtu animalia tantum proferunt alimentum, ut sufficiat* etc. Adde Ælian. V. H. lib. XII. cap. 1. Ἐς τοσοῦτον ἀμφοῖν ἡ φιλία προῆλθεν, ὡς ἐγγὺς ἰσοτιμίας εἶναι. *Usque adeo inter eos consuetudo invaluit, ut prope ad æqualitatem accederet.*

XXII. Et quamvis talia non præmittantur, tamen ex præmisso membro, causam continente, effectus nascitur: ut apud Lucian. in Timon. cap. 20. Οὐκ οἶδ', ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. *Tardus, nescio quomodo, et utroque pede claudus, adeo ut vix itineris finem attingam.* Et Dial. Apoll. et Vulc. Μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονεῖν. *Cantat tenerum quiddam et concinnum, o Vulcane, ita ut ipse ei invideam.*

XXIII. Quemadmodum ὥστε, more Latinis inaudito, in sensu ἀποτελεστικῷ, cum imperativo construitur, ut ὥστε σιώπα, verbatim, *Ita ut tace,* pro, *Quare tace,* et similia: ita et ὡς ἀποτελεστικὸν imperandi post se modum habet apud Lucian. in Abdicato cap. 31. Οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο, ὡς, εἴγε ἄλλός τις ἀπαλλάξει, μίσει τότε ὡς ἀδικοῦντα ἐμέ. *Non possit ex præsentibus*

Digitized by Google

malis a medico sanari; ita ut, i. e. *quare, si quis id fuerit pollicitus, si quis curaverit, persequere me, tanquam injuriæ auctorem, odio.*

XXIV. Cum præcedentia non tam causam, quam argumenti materiam præbent, induit ὡς vim conclusivam; sic Ælianus V. H. lib. XII. cap. 35. recenset quatuor Sibyllas, Erythræam, Samiam, Ægyptiam et Sardianam: his, inquit, alii addunt sex; tum concludit: ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα. *Ita ut omnino sint decem.* Pro, εἰσὶν ἂν αἱ πᾶσαι δέκα.

XXV. Alia vis particulæ ὡς est αἰτιολογικὴ, nam revera creberrime ita construitur, ut non tantum commode et recte reddatur per voculas, *quoniam, quandoquidem, quod, nam* et similes, sed etiam vix alio modo reddi queat. Vis itaque αἰτιολογικὴ dependet magis ab usu, quam a natura particulæ. Cæterum hæc potestas αἰτιολογικὴ commode deduci potest a potestate ὁμοιωματικῇ; inter enim rem et ipsius rationem perpetua est convenientia ac similitudo, quæ optime per hanc particulam exprimitur. Sic apud Plat. in Phædr. pag. 228. [T. X. p. 283. ed. Bip.] Νῦν ἤδη ποιεῖν ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν· ὥς μοι δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἀμωσγέπως. Reddit interpres: *At præstat nunc ita prorsus agere, ut, quod possim, tibi exponam: non enim tu me dimissurus videris, priusquam rem quomodocunque exposuero.* Et cur non recte? Mentem enim auctoris exprimit. Videamus tamen, an vis ὁμοιωματικὴ non possit servari, propositionibus, quarum ordo est inversus, in vera loca restitutis, additoque ἀποδόσει adverbio οὕτως, hoc modo: Ὥς μοι δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν. Hæc esto protasis. Sequitur ἀπόδοσις: Οὕτω νῦν ἤδη ποιεῖν ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστι λέγειν. *Quemadmodum tu videris me nunquam dimissurus: sic mihi longe consultissimum nunc est dicere.*

XXVI. Ita apud Eurip. in Phœniss. v. 1267.

— Ἐρήτυσον τέκνα
Δεινῆς ἁμίλλης, ὡς ὁ κίνδυνος μέγας.

Depelle a filiis gravem contentionem: nam magnum est periculum. Sed, inverso ordine, apparet, quomodo ex comparativa potestate orta sit causalis. Ὡς ὁ κίνδυνος μέγας, οὕτω σὺ ἐρήτυσον etc. *Quemadmodum magnum est periculum, ita depelle a filiis gravem contentionem.*

XXVII. Eadem plane ratio est ἐν τοῖς ἀπαγορευτικοῖς. ut apud Eurip. in Orest. v. 1104.

Μηδὲν τρέσῃς τάσδ᾽, ὡς πάρεισ᾽ ἡμῖν φίλαι.

Noli has timere; nam amicæ nobis adsunt.

Digitized by Google

XXVIII. Vim quoque causalem habet ὡς, cum genitivo absoluto constructum, ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 5. 8. Καὶ αὐτὸς μὲν δὴ πρῶτος ἑαυτὸν ἐν μέσῳ κατετίθετο τοῦ στρατοπέδου, ὡς ταύτης τῆς χώρας ἐχυρωτάτης οὔσης. Reddit interpres: *Quod is locus esset quam munitissimus.*

XXIX. Ex sensu παραβολικῷ sive ὁμοιωματικῷ in sensum χρονικὸν transire ὡς, suo jure docet Devarius. Et non Græcis hunc transitum peculiarem fuisse, patet ex aliarum gentium consensu, apud quas similitudinis et temporis vocabula cognatæ sunt originis: qualia apud Latinos sunt *similis*, *simul*, *simulac*. Sic suos Italos *come* Devarius, sic Gallos suos *comme* adhibere Vigerus monet. [Sic Germani usurpant suum *Wie.*] Si igitur statuimus, hoc modo transiisse in usum χρονικὸν particulam, notandum ex similitudine vocum, proprie designari temporis longius intervallum, seu potius duos casus eodem tempore natos, adeoque principio non ἁπλῶς *postquam*, sed *simulac* significare. Hinc Hesychius explicat εὐθέως illud Ὡς ἴδεν, ὡς ἀνέπαλτο. Mirum ni respicit versum 424. Il. Υ.

Ὡς εἶδ', ὡς ἀνέπαλτο, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

Simul ac vidit, exiliit. Latini quoque hic utuntur *ut.* Exemplis plena omnia. Ὡς pro *ut*, i. e. *simulac*, legimus tum innumeris aliis locis, tum in Evang. Joann. cap. II. comm. 9. Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, φωνεῖ τὸν νυμφίον. *Ut vero convivii magister gustavit factum ex aqua vinum, vocat sponsum.*

XXX. Imprimis illud ὁμόχρονον notandum constanter, quoties ὡς geminatur, ut in allato Homeri loco: Ὡς ἴδεν, ὡς ἀνέπαλτο. Et in illo ejusdem, Il. Τ. v. 16. Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.—*Simulac vidit, statim ipsum subiit ira.* Est et ubi ter invenitur, ut apud Theocrit. Idyll. II. v. 82. χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη. *Et, ut vidi, illico insanivi, statimque animus undique tactus est.* Et Idyll. III. v. 42. Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα. *Simulac vidit, illico insanivit, et in profundum amorem incidit.* Notissimum est illud Theocritum imitantis Virgilii, Ecl. VIII. v. 41.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

XXXI. Ubi autem ὡς semel acquisiverat temporis significationem, etiam simpliciter tempus notare cœpit, et recte redditur *quum*, ut apud Ælian. V. H. lib. XII. c. 1. Ὡς δὲ ἦλθε τὸ πρῶτον πρὸς Κῦρον ἡ Ἀσπασία, ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὤν. *Cum vero ad Cyrum Aspasia primum venit; ille forte de cœna surrexerat.* Etiam, cum temporis successionem notet, nihil vetat reddere *postquam.* Differentia est vel nulla, vel levissima. e. c. Plat. in Phædr. pag. 60. init. Ὡς ἂν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη etc. *Postquam igitur vidit Xanthippe.* Notat etiam temporis terminum, a quo quid cœperit, in

Digitized by Google

Evang. Marci cap. IX. comm. 21. Πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε, Παιδιόθεν. *Quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit? A puero, dicebat ille.* Temporis denique progressum seu durationem indicare potest, reddique *tum*. Ita intelligo locum Evang. Joann. c. II. comm. 32. Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. *Et dum erat in festo paschali Hierosolymis, multi crediderunt in nomen ipsius.* Item illud in Evangel. Luc. c. XII. comm. 58. Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ. Signatur omne illud tempus, quod præterlabitur, dum per viam cum adversario tendit ad magistratum.

XXXII. Interdum ὡς etiam præpositionis loco poni videtur; præsertim apud Atticos, ubi tamen omissam esse præpositionem εἰς vel ἐπὶ vel πρὸς, et ὡς vel abundare, vel obscuram ejus significationem esse, viri docti observarunt. Sic Dicæopolis apud Aristoph. in Acharn. v. 393.

Καί μοι βαδιστέον ἐστὶν ὡς Εὐριπίδην.

Et mihi conveniendus est Euripides. Et in Plut. v. 89.

Ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις;

An justos adires? Dem. Philipp. 1. sub fin. Οἱ δὲ (φασὶν), ὡς πρέσβεις πέπομφεν ὩΣ βασιλέα. *Alii dicunt, eum misisse legatos ad regem Persarum.* Addo Ælian. V. H. lib. XII. cap. 1. sub finem: Ἠξίωσεν αὐτὴν, ἔστ' ἂν ἀπομαρανθῇ τοῦ πένθους αὐτῷ ἡ ἀκμὴ, οὕτως ἐσταλμένην ὡς αὐτὸν παριέναι αὐτήν. *Rogavit eam, ut, dum luctus fervor remitteret, sic ornata se adiret.*

XXXIII. Ellipsis præpositionis ἐπὶ non semel suppletur, ut apud Arrian. lib. I. pag. 15. Ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὩΣ ἘΠῚ τὸν ποταμόν. *Duxit Alexander Agrianas et sagittarios versus fluvium.* Et lib. II. cap. 6. Προσῆγεν ὩΣ ἘΠῚ Δαρεῖόν τε καὶ Πέρσας. *Profectus est contra Darium et Persas.* Et in Act. Apost. cap. XVII. comm. 14. Τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὩΣ ἘΠῚ θάλασσαν. *Paulum miserunt fratres, ut proficisceretur versus mare,* sive *quasi ad mare,* s. *usque ad mare.*

XXXIV. Postremus est usus *narrativus*, qui ex illo comparativo fluxisse videatur. Cum enim legitur apud Dem. Phil. III. pag. 45. Λέγοντες, ὡς ἐκεῖνός γε οὐ πολεμεῖ τῇ πόλει, quodammodo verti potest, *dicentes, quomodo ille cum rep. bellum non gerat.* [G. *Sie sagten, was Massen er mit der Rep. nicht Krieg führe.*] Rectius autem: *dicentes, illum cum rep. bellum non gerere,* [*dass er—nicht Krieg führe.*] Atque ita ὡς nacta est significationem particulæ *quod*, quam tamen Latini plerumque evitant accusativo cum infinitivo utentes.

Digitized by Google

XXXV. Nonnunquam ita ponitur in narrationibus, ut simul per *quam* reddi possit, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 9. Κατανοῶν δὲ ὁ Κῦρος, ὡς εὖ μὲν αὐτῷ εἶχον τὰ σώματα οἱ στρατιῶται πρὸς τὸ δύνασθαι στρατιωτικοὺς πόνους φέρειν· εὖ δὲ τὰς ψυχὰς πρὸς τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, etc. Ita interpres: *Quia vero animadverteret Cyrus, et corpora militum recte ad labores militares ferendos esse comparata, et animos inde ad contemnendum hostem.* Quasi legeretur ὅτι εὖ etc. sed quid impedit, quominus reddamus: *Quam recte ad labores ferendos comparata essent corpora.*

XXXVI. Sed sæpe levia sunt superiorum significationum vestigia, ut plane in sensum narrativum evanescere videantur, imprimis, cum ὡς sequitur post verba νομίζω, ὁμολογῶ et similia, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 19. Πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. *Consentiunt omnes, pugnas decerni magis animorum quam corporum viribus.*

XXXVII. Ὡς etiam pro ὅτι ponitur, ubi loquitur quis ex alterius persona, ejus referens orationem rectam. Exemplum affert Budæus, pag. 560. ex Demosthenis Midiana pag. 412. Ὅθ' οὗτος, ὡς ἀπήλλαγμαι, περιῄει λογοποιῶν, ἔνδηλοί τινες ἦσαν ἀχθόμενοι. Illud ὡς ἀπήλλαγμαι, dicit ex persona Midiæ, cum reliqua sint Demosthenis verba. *Quum hic ubique prædicaret illud* EVASI (h. e. se evasisse), *palam indignabantur nonnulli.* ubi ὡς necessarium est ad indicandum alterius orationem referri.

XXXVIII. Interdum particula ὡς ὀξύτονος est, s. acuto notatur; cujus duplex ratio est, altera, quod rei comparatæ postposita non sine emphasi pronunciatur; altera, quando pro οὕτως ponitur, cujus ratio mox patebit. Postponitur apud Hom. Il. Λ. v. 237.

— Μόλιβος ὥς, ἐτράπετ' αἰχμή.

Cuspis est retusa, ut plumbum.

XXXIX. Pro οὕτως ponitur in illo Homerico et sic in aliis ejusmodi, v. c. Ὣς ὅγε κοιρανέων δίεπε στρατόν. *Sic ille imperans instruxit exercitum.* Ὣς οἱ μὲν πονέοντο κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην. *Sic hi quidem laborabant per acrem pugnam.* Plenius: *Sic dixit; sic instruxit exercitum; sic laborabant, ut modo narravi.* Interim et extra poësin frequens illud, οὐδὲ ὥς. *Ne sic quidem.* Sic et ὡς et ὥς relata sunt, ut ὡς et οὕτως. Hom. Il. Α. v. 512.

— Θέτις δ', ὡς ἥψατο γούνων,
Ὣς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα. —


Thetis vero ut apprehenderat genua, sic amplectebatur adhærens. Eodem modo τὼς et ὡς inter se referuntur. e. c. Il. Γ. v. 415.

Digitized by Google

Μή μ' ἔρεθε, σχετλίη, μὴ χωσαμένη σε μεθείω,
ΤΩΣ δέ σ' ἀπεχθήρω, ὩΣ νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα.

Ecce ὡς ἄτονον et τως relata. *Ne,* inquit, *me lacesse, ne irata te deseram, et sic te odio persequar, ut nunc miro amore amplector.*

XL. Insolentius Theocritus non solum, inverso ordine, ἀπόδοσιν, præfixo ὥς, præmittit, sed illud ὥς acuit, sequente οὕτως cum optativo, suppresso, opinor, ἂν, ita ut duæ videantur esse ἀποδόσεις sine protasi. Verba sunt Idyll. VIII. v. 88. ubi Daphnidis victoris, in certamine cantandi, lætitiam comparat hinnulo saltanti, et Menalcæ victi tristitiam luctui sponsæ recens nuptæ;



ὯΣ μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνήλατο, καὶ πλατάγησε
Νικήσας, ΟΥ'ΤΩΣ ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο.
ὯΣ δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
Ὥτερος, ΟΥ'ΤΩ καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Pro ὡς νεβρὸς ἅλοιτ' ἂν, ὥς ὁ παῖς ἐχάρη καὶ ἀνήλατο· ὡς δὲ νύμφη ἀκάχοιτ' ἂν, ὥς ὁ ἕτερος κατεσμύχθη. *Ut hinnulus matrem saliendo petit,* seu *peteret, sic puer gavisus exiliit et plausum edidit: et ut sponsa nupta tristis est, ita alter dolore cruciabatur, et animum mœrore demisit.*

II.

De Particulis cum ὩΣ *conjungi solitis.*

I. ὩΣ ἊΝ sæpe ita conjunguntur, ut ἂν tantum verbum, quicum componitur, non particulam ὡς afficiat; de quo nihil necesse est dicere. Est tamen ubi τῷ ὡς subjunctum, ipsum afficere videtur ἀορίστως, h. e. ipsi infinitam addere significationem, præsertim quum modum vel tempus notat. In casu priori notat *quomodocunque,* sequente subjunctivo, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 2. 1. Βοηθῦσιν ἐπὶ τὰ ἄκρα, ὡς ἂν ἕκαστος δύνηται. *Conscendunt montium vertices, quomodocunque potest quisque, opem laturi.*

II. Est ubi proportionem notat, et potius redditur *prout,* Gr. καθὰ, ut vult Thomas Mag. pag. 934. in hoc Sophocleo, in Ai. Flag. v. 1387.

Ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχῦ χρηστός γ' ἔσῃ.

Prout feceris, ubique bonus eris. Vide et Aristot. de Rep. lib. I. cap. 8. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῦς ἄλλυς, ὡς ἂν ἡ χρεία συναναγκάσῃ. *Et similiter de reliquis, prout usus postulaverit.*

III. Manifestissime afficit τὸ ἂν τὸ ὡς, neque ad sequens verbum

Digitized by Google

pertinet, ubi rem actam referens cum imperfecto construitur, ut in ep. pag. ad Corinth. cap. XII. comm. 2. Οἴδατε, ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὩΣ ἊΝ ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι. *Nostis, vos fuisse gentes, ad idola muta, prout ducebatis, abreptos.*

IV. Ut ὡς pro ὅτι vel ἐπεὶ de tempore certo, ita ὡς ἂν pro ὅταν vel ἐπὰν de tempore incerto adhibetur. Sic in Tab. Ceb. pag. 168. Προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. *Imperat vero intrantibus, quid facere oporteat, simulac vitam ingressi fuerint.*

V. ὭΣ ΓΕ est *quantum quidem*, vel *quod quidem*, vel *quatenus quidem*, ubi τὸ γε vim limitandi non deponit. ut apud Plat. in Phædr. pag. 230. [T. X. p. 286. ed. Bip.] Ἡ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. Dissimulari puto ἔξεστι. *Fons gratissimus sub platano fluit aqua admodum frigida, quantum quidem pedibus experiri liceat.* Interdum ὥς γε interrupte scribitur, quod non prorsus negligendum videtur, quia sic positum, non totum quid, sed partem restringere videtur, nempe illud, cui subjicitur, atque ita ad illud ὡς non pertinet proprie. ut, cum Gobryas apud Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 13. rogat, an sibi verum dicere liceat; respondet ille: Νὴ Δί', ὡς ψεῦδός γε οὐδεμία ἐρώτησις δεῖται. ubi γε restringit τὸ ψεῦδος elliptice. q. d. Οὕτινος ἂν μὴ δεομένη, ψεῦδος γ' οὐ δεῖται. *Quatenus, quicquid desiderat interrogatio, mendacium saltem non desiderat.*

VI. Particula ὭΣΠΕΡ si usum spectamus, vix ac ne vix quidem in sensu ὁμοιωματικῷ differt ab ὡς, sin consideramus affixæ particulæ περ nativam indolem, ὥσπερ significat plus quam ὡς, augetque τὴν ὁμοίωσιν, ut si Latine dicas *plane ut.* Sufficiat unum ex Platone exemplum. Ita ille in Euthyd. pag. 278. [T. III. p. 18. ed. Bip.] Ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες, χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον. *Plane ut illi, qui scamna sessuris furtim subtrahunt, gestiunt et rident, postquam ruentem ac supinum viderint.* Et, quia περ universi partes significat, cum πάνυ notet universum ἁπλῶς, si exactissime rem tangere cupiamus, sensus erit: *Quacunque ratione res comparatas consideraveris, omnia erunt simillima, singula gemina.* Ut autem ὡς et οὕτως, ita ὥσπερ et οὕτως relata sunt. Exempla nusquam non obvia, vid. Epist. ad Rom. cap. V. comm. 19. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. *Nam plane ut per unius hominis* etc.

Est igitur hic agnoscenda πρότασις et ἀπόδοσις, paritque aliquam obscuritatem, quando οὕτω longo post intervallo sequitur, quare etiam vel ipsum ὥσπερ, vel cognatum ὡς repetitur cum particula οὖν, sequente ἀποδοτικῷ οὕτως. Sic in eodem cap. comm. 12. Ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. *Plane ut per unum hominem peccatum intravit mundum.* et quæ plura ibidem et sequen-

Digitized by Google

tibus commatibus includuntur quasi parenthesi, quæ pertinent ad similitudinis amplificationem. Tandem comm. 18. repetito principio, sic pergit Apostolus, revocans illam priorem πρότασιν: Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα. Sequitur ἀπόδοσις: Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς δικαίωσιν ζωῆς. *Hinc ergo sequitur, ut per unum delictum culpa redundat in omnes homines ad supplicium: ita etiam, per justam unius satisfactionem, justificationem vitæ redundare in omnes homines.*

Est et ubi tota apodosis extrinsecus est arcessenda, ut in Evang. Matth. cap. XXV. comm. 14. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους. *Etenim plane ut aliquis peregre proficiscens vocat proprios servos.* In sequentibus nulla est ἀπόδοσις, sed supprimitur intelligendum: Οὕτως ἐστὶ τὰ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, vel si quid aptius.

Alioquin ipsum ἀποδοτικὸν οὕτω tutius reticetur sæpe, sed tunc fere sequitur ἀπόδοσις, ut cum dicimus ῥήγνυται ὡς χύτρα, pro οὕτω ῥήγνυται, ὡς χύτρα. Inelegans minus quam intricatum tamen sequitur, ut apud Heliodor. lib. I. cap. 29. Ὥσπερ θανάτῳ, τῷ κακῷ βεβλημένην, καὶ ὥσπερ ψυχῆς, τοῦ Θεαγένους ἀφῃρημένην. *Malo, tanquam morte, ictam, et Theagene, tanquam anima, privatam.*

Familiare quoque est Græcis post ὥσπερ, suppresso οὕτω, subjungere καί, ut etiam post ὡς. vid. Aristot. de Rep. lib. I. cap. 2. init. Εἰ δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν. *Si jam quis a principio res nascentes inspexerit, plane ut in reliquis, etiam in his optime hoc modo perspexerit.* Illud enim οὕτω non respicit τὸ ὥσπερ, sed sequentia.

VII. Poëtis peculiare est particulas aggregatas, interposito alio vocabulo, sejungere. Exemplum est apud Hom. Il. Α. v. 211.

Ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.

Ubi ὥσπερ non similitudinem, sed modum designare autumo. *Conviciare verbis, quomodocunque volueris.*

VIII. In ὭΣΠΕΡ ἌΝ particula ἂν non afficit ὥσπερ, sed pertinet ad verbum, ut ap. Plat. Apolog. pag. 23. Ὥσπερ ἂν εἴποι. *Plane ut si dicere velit.* Dicitur et ὡσπερανεί, ut apud Dem. pro Cor. Ὑμᾶς δὲ δέδοικα, μὴ παρεληλυθότων τῶν καιρῶν ὡσπερανεὶ κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι τῶν πραγμάτων ἡγούμενοι, μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε. Verba sunt pag. 244. *At vereor, ne vos, elapsa occasione, res plane ut diluvio abreptas existimantes, frustra vobis de his negotium facessi putetis.* Ubi si rem diligentius excutimus, videbimus omnes particulas in ὡσπερανεί concurrentes suum posse præstare officium. Sic ὡς similitudinem infert, cujus vim περ auget una cum ἂν ἀοριστολογικῶς, conditionis notam servante εἰ. Nempe ὡς comparat dilapsam occasionem cum diluvio, quod omnia delet et obruit: περ hanc similitudinem omnibus numeris absolutam notat: ἂν modum desig-

Digitized by Google

nat non terminatum, q. d. quacunque parte res contemplamur, omnia sunt gemina. Denique εἰ conditionem habet, sed latentem ob mutatam inter dicendum constructionem, quæ ita restitui possit: Ἡγούμενοι γεγενῆσθαι κατακλυσμὸν τῶν πραγμάτων, ὥσπερ ἂν εἰ γένοιτο κατακλυσμὸς τῶν ὑδάτων. Ubi vero constructio sarta tecta servatur, disjunctim scribitur ὥσπερ ἂν εἰ, ut apud Æschin. ep. XI. Τὴν δ' ἰσχὺν πάλαι ποτ' ἰσχηκέναι μεγάλην, ὅμοιόν γε φαίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις, ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι, καὶ προκαλοῖτο τοὺς ἀντιγράφους, ἀναμιμνησκόμενος, ἧς ἴσχυσεν, οὐ τῆς παρούσης δυνάμεως. *Olim valuisse robore magno, simile mihi videtur, ac si quis Olympiæ sæpius victor, postea senio confectus nomen profiteatur, provocetque adversarios, commemorans, quas habuit, non quas nunc habet, vires.*

X. Particulæ ὡς jungitur quoque particula εἰ, relinquens, quamvis mutata structuræ ratione, vestigium tamen illatæ conditionis, ut apud Hom. Il. E. v. 374.

Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε, φίλον τέκος, Οὐρανιώνων
Μαψιδίως, ὡς εἴ τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ;

Pro ὡς εἰ ῥέζοις. *Quasi perpetrasses aliquid flagitii.* Manifestior est conditio, quando structura manet, ut apud Æschin. Socr. dial. de Morte: Καὶ ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο. *Et perinde ac si quis de Scylla aut de Centauro lugeret.* Raro ὡς ante εἰ supprimitur. Exemplum est apud Aristoph. in Ach. v. 558.

Ταυτὶ σὺ τολμᾷς, πτωχὸς ὤν, ἡμᾶς λέγειν;
Καὶ, συκοφάντης εἴ τις ἦν, ὠνείδισας;

Pro ὡς εἰ συκοφάντης τὶς ἦν. *Talia tu, cum sis mendicus, nobis objicis? Et conviciaris, quasi sim sycophanta.*

XI. Quando autem conjunctim scribitur ὡσεὶ, conditio latet, et vel ex præcedenti verbum repetendum, vel extrinsecus arcessendum: ut in Evang. Matth. cap. XXVIII. comm. 3 et 4. Τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. Et, ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Pro ὡς εἰ ἦν χιών, et ὡς εἰ ἦσαν νεκροί. *Quasi esset nix. Quasi essent cadavera.* Cæterum licet usus particularum ὡς et ὡσεὶ frequentissime sit promiscuus, ut hoc loco, (nam præcedit: Ἦν δὲ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπή.) tamen, ubi libet ὡσεὶ adhibere, non ideo statim dicendum est, particulam εἰ plane esse supervacaneam. Ergo ὡσεὶ non rem ipsam, sed aliquid simile notat, quod proxime ad rem accedit, quasi esset tale. Hinc στοχαστικῶς adhibetur in numero rotundo, et redditur *circiter*, ut in Evangel. Joann. cap. XIX. comm. 14. Ὥρα ὡσεὶ ἕκτη. *Circa horam sextam.* Sic Act. Apost. II. 41. Ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. *Animarum circiter tria millia.* Raro sequitur accusativus. vid. ibid. cap. X. comm. 3. Εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην ἡμέρας ὥσ-

Digitized by Google

γγελον τοῦ Θεοῦ. *Per visum ei oblatus est manifeste circa horam diei nonam angelus Dei.*

XII. Ut ὡσεὶ, sic 'ΩΣΠΕΡΕΙ' construitur, observato, siquidem rite attendimus, levi discrimine, quo propter particulam περ absolutiorem similitudinem intelligimus: εἰ additur conditionaliter, latetque conditio ob verbum dissimulatum, quod si addatur, malim ὥσπερ εἰ scribere, quam ὡσπερεί. Verbum ex ipsa ἀποδόσει repetendum intelligitur apud Eurip. in Or. v. 760.

'Ωσπερεὶ πόλις πρὸς ἐχθρῶν, σῶμα πυργηρούμεθα.

i. e. πυργηρούμεθα σῶμα, ὥσπερ εἰ πόλις πυργηρεῖται πρὸς ἐχθρῶν. *Perinde ac si urbs cingitur ab hostibus, ita clausi tenemur corpore.* Similiter verbum repetendum est, quando participium sequitur, ut apud Aristoph. Avib. v. 51.

Χ' ὡ κολοιὸς οὑτοσὶ
Ἄνω κέχηνεν, ὡσπερεὶ δεικνύς τί μοι.

Pro ὥσπερ εἰ χαίνοι ἄν, vel ὡσπερανεὶ χαίνοι. *Et hic graculus sursum hiavit, plane ut si hiaret aliquid mihi ostendens.*

Nonnunquam, ut aggregatarum particularum constet ratio, verbum extrinsecus est arcessendum, ut cum Plato ait in Cratylo, disputans, unde nomen 'Ερμῆς deducendum sit, pag. 408. [T. III. p. 279. ed. Bip.] 'Εξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων (nempe εἴρειν, *dicere*, et μήσασθαι, *impetu quodam vehementi ad rem cupitam agi*) τὸν τὸ λέγειν τε καὶ τὸ εἴρειν μησάμενον (τὸ δὲ λέγειν δή ἐστιν εἴρειν) τοῦτον τὸν θεὸν, ὡσπερεὶ ἐπιτάττει ἡμῖν ὁ νομοθέτης· Ὦ ἄνθρωποι, ὃς τὸ εἴρειν ἐμήσατο, δικαίως ἂν καλοῖτο ὑπὸ ὑμῶν Εἰρέμης· νῦν δὲ ἡμεῖς, ὡς οἰόμεθα, καλλωπίζοντες τὸ ὄνομα 'Ερμῆν καλοῦμεν. Hic ante ὡσπερεὶ videtur supprimi προτίθησι vel συνίστησι, vel si quid magis idoneum. Et sic sensus erit: *Igitur ex his ambobus, hunc deum, qui vehementi dicendi desiderio fertur, (nam* εἴρειν *idem plane est, quod* λέγειν,) *commendat nobis legislator, plane perinde ac si præcipiat: O homines, qui dicendi ardore fertur, jure vocetur a vobis* Εἰρέμης: *at nunc, opinor, molliori nomine* 'Ερμῆν *vocamus.* Nec sine supplenda ellipsi aggregatarum particularum officium servatur, quando res assimulata supprimitur, ut apud Aristid. in Hercule pag. 63. 'Αρετῆς ὡσπερεὶ πηγὰς τοῖς Ἕλλησιν ἐμηχανήσατο. *Virtutis tanquam fontes Græcis aperuit.* Tu supple: 'Αρετῆς γένεσιν sive ἀρχὴν ἐμηχανήσατο, ὥσπερ εἰ τὰς πηγὰς ἄν τις μηχανήσαιτο.

XIII. Additur et οὖν particula, ut fiat 'ΩΣΠΕΡΟΥ'Ν. Ob eandem caussam modo ὡσπεροῦν, modo ὥσπερ οὖν scribi, quam supra in ὡσπερανεὶ ostendi, credibile est: sive igitur ὥσπερ οὖν scribitur, disjunctis particulis, sive conjunctis ὡσπεροῦν, τὸ οὖν nihil ideo detrimenti capere debet, sed suum habet usum, suam potestatem, quæ est conclusiva, sæpius affirmativa.

Conclusivam vim exercet apud Ælian. V. H. lib. I. cap. 15. ubi,

Digitized by Google

cum Erycini festum Anagogia celebrant, Venus dicitur e Sicilia abire in Libyam, quum ἀφανῶς ἐκ τῶ χώρυ αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὥσπερῶν τῇ Θεῷ συναποδημῶσαι. Ex eo enim, quod columbæ, discedente Venere, disparent, concludere quis possit, eas una cum Venere, tanquam ejus comites aut pedissequas, abire. Et, quemadmodum τὸ ἂν particulam ὥσπερ ita afficit, ut fere Latinorum *utpote* exprimat; ita vicissim ὥσπερ vim conclusivam aliquantum imminuit, ostenditque vero simile potius, quam verum. Quin in hoc Æliani loco potest etiam τὸ ἂν reduci ad sensum affirmativum, quam particulæ potestatem supra exposui, et sic sensus foret, *quasi revera una cum dea abeuntes*. Certe Athenæus lib. IX. cap. 2. pag. 394. extr. quasi historiam ex Æliano hauserit, pro ὥσπερῶν scribit ὡς δή. Verba sunt: Τότ' ἂν αἱ περὶ τὸν τόπον περιστεραὶ ἀφανεῖς γίνονται, ὡς δὴ τῇ Θεῷ συναποδημῶσαι. Affirmativum sensum præfert manifestum in illo Socratis apud Plat. Apol. pag. 21. Οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι, ἐκ εἰδώς· ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἂν ἐκ οἶδα, ἐδὲ οἴομαι. *Hic putat, se aliquid scire, cum nesciat: ego contra, ut revera nescio, ita neque me scire puto.* Adde Ælian. V. H. lib. XIV. c. 47. Εἴ τις ἔχει πεπαιδευμένα ὦτα, ὥσπερῶν οἱ χειρεργοὶ τεχνικὰ ὄμματα. *Si quis habet aures eruditas, ut artifices revera oculos peritos.* Sed clarissime apud Plat. in Phædr. pag. 242. [T. X. p. 312. ed. Bip.] Εἰ δ' ἐστὶν, ὥσπερ ἂν ἐστι, Θεὸς—ὁ Ἔρως. *Sin Deus est, ut revera est—Amor.* Cosmas lib. VI. de magnitud. solis: Εἰ τῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ ἂν καὶ ἀληθές ἐστιν.

XIV. Additur et καὶ, ut fiat ῾ΩΣΠΕΡΟΥ῀Ν ΚΑΙ῀, ut in illo Platonis apud Budæum loco non designato: Τριχῇ διαστησώμεθα δημοκρατυμένην πόλιν, ὥσπερ ἂν καὶ ἔχει. Possit ita suppleri: ὥσπερ ἂν ὐ μόνον κινδυνεύει, ἀλλὰ καὶ ἔχει. *Trifariam a nobis constituatur discretum populare imperium, ut non solum videtur, sed etiam revera sic sese habet.*

XV. Quid sit ὥσπερ ἂν εἰ, supra vidimus; his quoque interseritur ἂν, ut fiat῞ΩΣΠΕΡ ΟΥ῀Ν ῎ΑΝ ΕΙ', servante ἂν vim affirmandi, apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] ῞Ωσπερ ὖν ἂν εἰ ἡμᾶς ἀνδριάντας γράφοντας προσελθὼν ἄν τις ἔψεγε. *Plane ut revera si quis nos simulacra pingentes adeat, et reprehendat.*

XVI. Non ago hic de particulis ὥς τε, cum distinctis voculis scribuntur, et ubi, repetito ὡς, copulativum τε diversa jungit, ut apud Apoll. Rhod. lib. I. v. 505.

> Ἤειδεν δ', ὡς πρῶτον Ὀφίων Εὐρυνόμη τε
> Ὠκεανὶς νιφόεντος ἔχον κράτος Οὐλύμποιο·
> Ὥς τε βίῃ καὶ χερσὶν ὁ μὲν Κρόνῳ εἴκαθε τιμῆς,
> Ἡ δὲ Ῥέῃ. —

Cecinit, ut primum Ophion et Eurynome, Oceani filia, tenuerint imperium cœli nivosi: utque vi manuum ille Saturno cesserit honore, hæc Rheæ.

Digitized by Google

XVII. Sequitur particula ὭΣΤΕ conjunctim scripta (nam de sejunctis particulis ὥς τε, quæ significant, *et ut*, *et quemadmodum*, dicere nihil attinet); non composita illa quidem, quod patet ex accentu, ut in ὥςπερ, sed aggregata, idque, ut ego quidem censeo, duplici ratione, vel τε rejiciente tonum in ὡς per se ἄτονον, vel prorsus amittente, quum subjungitur τε non τῷ ὡς, ut in similitudinibus, sed τῷ ὥς, quatenus ἐξύτονον est.

XVIII. Rejicit, inquam, tonum in ὡς ἄτονον, ἐν ταῖς ὁμοιώσεων προτάσεσιν apud poëtas, quippe qui amant antiqua, ubi rursus patet particularum apud vetustissimos liberalior usus, semper deficientis orationis vestigia servantium, quod posteris negligentibus, hinc creditum est, ὡς non tantum subsequentem particulam τε suo accentu regere, sed suam etiam ipsi significationem impertire, prorsusque illius significationem abolere, ut loquitur Devarius; atque ita ὥςτε plane nihil aliud notaret, quam ὡς, παρέλκοντος τῦ τε. Ego, qui hactenus a particulis omne otium defendi, in hac prostrema purum putum pleonasmum agnoscere non possum. Sed inspiciamus locos, ex quibus plurimis pauci sufficiant. Ita apud Hom. Il. I. v. 14.

—Ἂν δ' Ἀγαμέμνων
Ἵστατο δακρυχέων, ὥςτε κρήνη μελάνυδρος.

Surrexit autem Agamemnon fundens lacrymas, ceu fons aquis niger, Et Φ. v. 493.

Δακρυόεσσα δ' ἔπειτα θεὰ φύγεν, ὥςτε πέλεια.

Lacrymabunda deinde dea fugit, ut columba. Et sic Il. Ε. 136. In his et similibus, si versionem spectamus, et Latinorum consuetudinem, ὥςτε nihil aliud significat, quam ὡς simplex, atque ita τε abundat: sin antiquæ linguæ genium animadvertimus, non temere adjectum videbimus. Juvabit ἐλλείψεων hic rursus doctrina, supprimiturque aliquid ante ὡς, quod τε cum sequentibus connectit. E. g. in primo Homeri loco plenius legas: Δακρυχέων, καὶ ὕτω δακρυχέων, ὡς κρήνη. *Lacrymas fundens, et ita quidem fundens, ut fons.* Si itaque simpliciter ὡς κρήνη dixisset, simplicem intelligeremus comparationem: at, cum dicat ὥςτε, videmus præter comparationem, etiam amplificationem. q. d. Lacrymas fundens, et tanta quidem copia, quantam fundit fons aquarum copiam. Servit ergo amplificationi, quæ perit, absente τε.

XIX. Similiter jungitur τε particulæ ὡς in usu potentiali, quando notat *utpote*, plane ut ἅτε, apud Hom. Il. Γ. v. 381.

— Τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη
Ῥεῖα μάλ', ὥςτε θεά. —

Illum vero eripuit Venus facillime, et utpote Dea. Quod si ῥεῖα non adderetur, vel hoc, vel simile intelligi deberet.

Digitized by Google

XX. Subjungitur etiam ΤΕ τῷ ʽΩΣ, quatenus est ἐξύτονον pro ὥτως, quando amittit prorsus accentum; idque locum habet in similitudinum ἀποδόσεσιν, ut in epist. ad Rom. cap. VII. comm. 4. Utitur ibi Apostolus similitudine, inque tribus prioribus commatibus docuerat, legem Mosaicam similem esse marito, qui jus habet in uxorem, quamdiu ipse vixerit. Hæc sunt προτατικά· sequitur ἀπόδοσις comm. 4. Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Pro καὶ ὣς, h. e. ὥτως, nam sequens καὶ est ἐπιδοτικόν. *Et sic vos quoque, fratres mei, peremti estis legi per corpus Christi.* Beza reddit *Itaque*, quasi sit illativum, quod minus placet, quia ex eo, quod, mortuo marito, uxor libera est, non sequitur, Christianos quoque liberos esse a lege. Sed mera est similitudo: quemadmodum uxor, mortuo marito, libera est; ad eundem quoque modum etc. nisi *itaque* scripserit, pro *et ita*. Recte habet Castellio, *ad eundem modum*. Sic potest etiam intelligi Aristot. lib. I. de Rep. cap. 2. Ὁ λόγος ἐπὶ τῷ δηλοῦν ἐστι τὸ συμφέρον καὶ τὸ βλαβερόν· ὥστε καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον. *Sermo est idoneus indicando, quid utile sit et noxium; et sic quoque quid justum sit et injustum.* Sic malim, quam quod habet interpres: *ergo etiam.* Non enim hoc agit illic Philosophus, ut ex eo, quod sermo indicat utile et noxium, colligat, eum indicare justum atque injustum.

XXI. Præstat tamen usum collectivum, qui facile ex potestate ὁμοιωματικῇ nascitur, quia conclusio necessario congruam iis, ex quibus colligitur, similitudinem habet, ut in Evang. Matth. cap. XII. comm. 12. ubi interrogant nonnulli Servatorem, num liceat Sabbatorum tempore sanare. Interrogationi interrogationem opponit: *Quis vestrum ovem, in foveam delapsam tempore sabbati, non extrahat? At quantum ovi præstat homo?* Tum concludit: Ὥστε ἔξεστι τοῖς σαββάτοις καλῶς ποιεῖν. *Ergo licet sabbatis benefacere.* Proprie: *Quemadmodum licet tempore sabbati ovem servare, et homo ovi longe præstat: sic licet quoque sabbatis benefacere.* Et apud Plat. in Phædro pag. 233. [T. X. p. 292. ed. Bip.] Τοιαῦτα ὁ ἔρως ἐπιδείκνυται· δυστυχοῦντας μὲν, ἃ μὴ λύπην τοῖς ἄλλοις παρέχει, ἀνιαρὰ ποιεῖ νομίζειν· εὐτυχοῦντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια παρ' ἐκείνων, ἐπαίνου ἀναγκάζει τυγχάνειν. *Talia efficit amor; in rebus adversis, quæ aliis dolorem non adferunt, ut ea videantur acerba, facit; in prosperis vero, quæ voluptatis nomine digna non sunt, ea ipsorum laudibus commendentur.* Hinc colligit: ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοὺς ἐρωμένους, ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει. Utrolibet modo recte vertas: *Et sic multo magis*, et, *Quare multo magis amasios miserari, quam invidere debemus.*

XXII. In formandis consequentiis, si quid recte observavi, indicandi modum postulat, frequentissimeque jungitur præsenti tempori. Redditur tunc *ergo, idcirco, quare, itaque.* vid. Aristoph. in fine Thesmoph.

Ἀλλὰ πέπυσται (an πέπαισται?) μετρίως ἡμῖν· ὥσθ' ὥρα δή 'στι βαδίζειν.

Sed satis nobis lusum est: quare tempus est abeundi. Et sic ὥστε prorsus convenit Latinorum particulæ *Itaque*, similiter conflatæ ex *ita* et *que*. Epict. cap. 64. Enchir. *Cum quis*, inquit, *tibi maledixerit, memento, illum fuisse opinatum, id a se officii gratia factum: non igitur fieri potest, ut sequatur, quod tibi, sed quod sibi videtur.* Tunc infert: Ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅστις καὶ ἐξηπάτηται. *Quare, si male judicaverit, ille læditur, quicunque deceptus fuerit.* Sed plena exemplis omnia.

Cum *imperfecto indicativi* construit Lysias Orat. Fun. pag. 514. ubi, postquam acceptam cladem, et triginta tyrannos Athenis constitutos esse narraverat, ita concludit: Ὥστ' ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι, καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους. *Quare æquum erat super hoc sepulcro Græciæ causa tonderi capillos, et lugere, qui hic sepulti erant.*

Cum *perfecto indicativi*. Xenoph. Cyrop. III. 2. 16. ubi Armenius, enumeratis Cyri beneficiis, ita concludit: Ὥστε καὶ προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας ἀναπεφήναμεν. *Quare comperti sumus etiam alias tibi debere gratias.* Ita Apostolus scribens ad Gal. cap. III. comm. 24. ex eo, quod ante fidem sub legis præsidio erant fideles, concludit: Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν. *Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum.*

Cum *aor. α'. indicativi* apud Xenoph. Cyrop. II. 1. 21. Κατέλιπε τοῦτο μόνον αὐτοῖς, τὸ σὺν μαχαίρᾳ καὶ γέῤῥῳ καὶ θώρακι μάχεσθαι· ὥστε εὐθὺς αὐτῶν παρεσκεύασε τὰς γνώμας, ὡς ὁμόσε ἰτέον εἴη ἐπὶ τοῖς πολεμίοις, ἢ ὁμολογητέον μηδενὸς ἀξίους εἶναι συμμάχους. *Hoc dumtaxat iis reliquit, ut gladio, crate et lorica instructi pugnarent. Itaque statim eorum animos paravit, ut illico in hostes irruerent, aut fatendum esset, ipsos nullius pretii esse socios.*

Cum *futuro indicativi* construit Aristophanes in Pace v. 1034. Τίς οὐκ ἂν ἐπαινέσειεν ἄνδρα τοιοῦτον, ὅστις πόλλ' ἀνατλὰς ἔσωσε τὴν ἱερὰν πόλιν; Ὥστ' οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ὢν ζηλωτὸς ἅπασιν. *Quis non laudaret virum talem, quicunque multa passus servarit urbem sacram? Quare nunquam non admirandus erit omnibus.* Et Plato lib. IV. de Rep. pag. 420. [T. VI. p. 327. ed. Bip.] ubi custodibus urbis præter necessarium victum nihil concedit amplius, additque: Ὥστε οὐδ' ἂν ἀποδημῆσαι βούλωνται ἰδίᾳ, ἐξέσται αὐτοῖς etc. *Quare, ne si velint quidem privati commodi gratia peregre abire, hoc iis non licebit.*

XXIII. Cum imperativo constructum concludit vel adhortando, vel dehortando. Et adhortando quidem apud Lucian. Dial. Mort. II. in principio: Οὐ φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὭΣΤΕ ἢ ἐκεῖνόν ποι ΚΑΤΑ'ΣΤΗΣΟΝ, ἢ ἡμεῖς μετοικήσομεν εἰς ἕτερον τόπον. *Non ferimus, o Pluto, Menippum hunc canem juxta nos habitantem: quare aut illum aliquo traduc, aut nos migrabimus alio.* Et in pr. ad Cor. ep. cap. X. comm. 12. ὭΣΤΕ ὁ δοκῶν ἑστάναι, ΒΛΕΠΕ'ΤΩ μὴ πέσῃ. *Quare, qui sibi stare videtur, videto, ne cadat.*

XXIV. Prolixiori demonstrationi, epilogi instar, cum imperativo

hortando aut dehortando subjungitur, ac rei probatæ velut coronidem adjicit, plane ut ἂν, de quo supra. Exemplum est in ep. pr. ad Cor. cap. XV. comm. 58. Postquam per totum hoc caput certis argumentis corporum resurrectionem probaverat Apostolus, concludit: Ὥςτε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε, εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. *Quare, fratres mei dilecti, estote stabiles, inconcussi, semper abundantes in opere Domini, gnari, laborem vestrum non esse inanem in Domino.* Similiter cap. XIV. multis argumentis demonstrat, donum prophetandi omnium esse præstantissimum, cui demonstrationi finem imponens, addit comm. 39. Ὥςτε, ἀδελφοὶ, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν. *Itaque, fratres, prophetandi studio ardete.*

XXV. Subjunctivus ubi sequitur, is pendet a præmissa particula μὴ, aut alia voce ex μὴ conflata, ut μήποτε etc. ut apud Plat. in Phædr. pag. 238. [T. X. p. 303. ed. Bip.] Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε· τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι· ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος, προϊόντος τοῦ λόγου, γίνωμαι, μὴ θαυμάσῃς. *Silentio ergo me audi: nam re vera locus videtur esse divinus: quare si forte in ipso sermonis progressu lymphatus fuero, ne mireris.* Et pag. 245. [Bip. 317.] Ὥςτε τοῦτό γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα. *Quare hoc ipsum quidem ne formidemus.*

XXVI. Interrogationi præmissa aliquod indignationis indicium infert, ut in ep. ad Gal. cap. IV. comm. 16. Ὥςτε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν; *Itane inimicus vester factus sum, vera vobis dicens?* Aut saltem absurditatis, si reddimus, *An ergo?*

XXVII. Frequentius adest vocula interrogativa πῶς, ut fiat ὭΣΤΕ ΠΩΣ, ut apud Lysiam adv. Agorat. pag. 226. Ὥςτε πῶς οὐκ ἐπ' αὐτοφώρῳ σὺ εἶ ὁ ἀποκτείνας; *Et sic, quomodo non?* i. e. *Quare, qui fieri potest, ut in ipso facto deprehensus, homicida non sis?* Plat. in Phædr. pag. 231. [T. X. p. 289. ed. Bip.] Ὥςτε πῶς ἂν εὖ φρονήσαντες, ταῦτα καλῶς ἔχειν ἡγήσωνται περὶ ὧν οὗτοι διακείμενοι βούλονται; *Quare quomodo, quibus sana mens est, existimare possint, mentem horum ac voluntatem ad ea, quæ pulcra sunt, adspirare?*

XXVIII. Ὥςτε τί habet Lucian. Dial. Mort. Tom. I. 437. Σχολὴν ἄγομεν· ὥςτε τί οὐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσοντες; *Otium agimus: quare, quid obstat, quominus abeamus recta ad descensum, ambulaturi?*

XXIX. Ex usu collectivo fluxit ἀποτελεστικὸς s. *eventum signans.* e. c. Joann. III. 16. Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥςτε τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. Quod proprie sit ex Græcorum idiomate: *Sic enim Deus dilexit mundum, ut etiam dederit filium suum unigenitum.* Ita Xenoph. Cyrop. II. 2. 10. Πειθανοὶ δ' οὕτως εἰσί τινες, ὥςτε, πρὶν εἰδέναι τὸ προςταττόμενον, πρότερον πείθονται. *Adeo nonnulli sunt obedientes, ut et pareant, antequam quid imperatum sit.* Et II. 2. 5. Ἐνταῦθα δὴ οὕτω βαρέως ἤνεγκε τὸ πάθος, ὥςτε ἀπήλωτο μὲν αὐτῷ, ὃ εἰλή-

φει ὄψον, ὃ δ' ἔτι αὐτῷ λοιπὸν ἦν τοῦ ἐμβάμματος, τοῦτό πως ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαί τε καὶ ὀργίζεσθαι τῇ τύχῃ δυσφορούμενος ἀνέτρεψεν. *Hic tandem causam tam graviter tulit, ut, consumto, quod cepisset, obsonio, id quod embammatis erat reliquum, animi fortunæ irascentis commotione everteret.* Plat. in Euthyphr. pag. 5. [c. 4. ed. Fischer.] Ἐμὲ δὲ οὕτως ὀξέως ἀτεχνῶς καὶ ῥᾳδίως κατεῖδεν, ὥστε ἀσεβείας ἐγράψατο. *Me vero adeo acute ac facili vultu adspexit, ut impietatis dicam scripserit.* Idem in Euthyd. pag. 287. Οὕτως εἶ Κρόνος, ὥστε, ἃ τοπρῶτον εἴπομεν, νῦν ἀναμιμνήσκῃ; *An adeo es fatuus, ut, quæ antea diximus, nunc memineris?* In his omnibus exemplis videmus, ὥστε ἀποτελεστικὸν, i. e. quando effectum notat, et *ita ut* redditur, quoties οὕτω præcedit, constanter modum indicandi amare.

XXX. Verum, ubi τοιοῦτο vel τοσοῦτο præcedit, mutua dictionis forma, promiscuus videtur esse infinitivus aut indicativus. Infinitivi exempla sunt apud Platonem et Strabonem. Ita enim ille epist. III. pag. 230. Τὸ δὲ νῦν ὑπάρχον περί σε τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρός σε. *Rerum vero tuarum præsens status est talis, ut omnes, qua patet orbis, in unum locum oculos conjiciant, et in hoc ipso in te maxime.* Hic lib. XIX. pag. marg. 643. ubi describit Ioniam: Κολοφώνιοι καὶ ἱππικὴν (ἐκτήσαντο), ἐν ᾗ τοσοῦτον διέφερον τῶν ἄλλων, ὥσθ', ὅπου ποτὲ ἐν τοῖς δυσκαταλύτοις πολέμοις τὸ ἱππικὸν τῶν Κολοφωνίων ἐπικουρήσειε, λύεσθαι τὸν πόλεμον. *Colophonii etiam equitatu tantum valuerunt, ut, quoties quondam in ancipitibus prœliis Colophoniorum equitatus succurrebat, bellum dirimeretur.* Contra indicativum habet Isocr. in Nicocl. pag. 65. Τοσούτου γὰρ δέω τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ὥσθ' ἕτεροι μὲν, ἢν καὶ μικρῷ μείζω τῶν ὁμόρων δύναμιν ἔχωσιν, ἀποτέμνοντες τῆς γῆς, καὶ πλεονεκτοῦν ζητοῦσιν· ἐγὼ δ' οὐδὲ τὴν διδομένην μοὶ χώραν ἠξίωσα λαβεῖν. *Nam ab alienarum rerum cupiditate tantum absum, ut, cum alii, si vel tantillum finitimis prævaleant, agrorum partem illis eripiant, quibus suam potentiam augere student; ego ne illam quidem regionem, quæ mihi datur, accipere voluerim.*

XXXI. Usus ἀποτελεστικὸς imprimis est notabilis in longioris narrationis clausula, ut apud Lucian. Dial. Triton. et Nereid. Postquam Triton narravit totam Andromedæ historiam, ita concludit ἐπιφωνηματικῶς: Ὥστε ἀντὶ θανάτου γάμον οὐ τὸν τυχόντα εὕρετο. *Adeo ut pro morte connubium non ignobile invenerit.* i. e. Καὶ ὥς. *Atque ita.*

XXXII. Optandi modus ubi sequitur, is non debetur particulæ ὥστε, sed intercedenti ἂν, ut apud Eurip. Or. v. 379.

Ὥστ' οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἂν εἰσιδών.

Ita ut ipsum, si viderem, non noscerem. Aristoph. in Ach. v. 941. de vase:

Digitized by Google

Ἰσχυρόν ἐστιν, ὥστ' οὐκ ἂν κατεαγείη·

Tam validum est, ut non frangatur. Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 82. Ὥστε καὶ ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε τάδε. *Adeo ut hæc alios docere possitis.*

XXXIII. Subjunctivus ubi sequitur, is aliunde dependet, ut cum μὴ intercedit, apud Plat. in Phædr. pag. 227. [T. X. p. 281. ed. Bip.] Οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστε οὐ μή σου ἀπολειφθῶ. *Tantum me cepit audiendi desiderium, ut a te minime discessurus sim.* Aristoph. Vesp. v. 112.

Μοχλοῖσιν ἐγκλείσαντες, ὥστ' ἂν μὴ 'ξίῃ.

Vectibus concludentes, ne exeat.

XXXIV. Vidimus proportionis usum particulæ ὡς supra sectione 1. Idem quoque particulæ ὥστε cum infinitivo observandus apud Lys. Or. fun. pag. 520. Τοὺς μὲν παῖδας αὐτῶν ζηλῶ, ὅτι νεώτεροί εἰσιν, ἢ ὥστε εἰδέναι, οἵων πατέρων ἐστέρηνται· ἐξ ὧν δ' οὗτοι γεγόνασιν, οἰκτείρω, ὅτι πρεσβύτεροι, ἢ ὥστε ἐπιλαθέσθαι τῆς δυστυχίας τῆς ἑαυτῶν. *Ipsorum filiorum sortem laudo, quod juniores sunt, quam ut scire possint, quibus parentibus orbati: eorum autem, ex quibus hi nati sunt, misereor, quod ætate sunt provectiores, quam ut calamitatis suæ obliviscantur.* Particulæ τε ut usus servetur, eadem iterum hujus ratio sit post ὡς, quam supra notavimus post οἷος, quomodo etiam potest resolvi: nempe νεώτεροί εἰσι τῶν οἵων τε εἰδέναι, et πρεσβύτεροι τῶν οἵων τε ἐπιλαθέσθαι i. e. νεώτεροι ἢ τηλικοῦτοι, ὥστε etc.

XXXV. Usum τελικὸν, sive finalem, quem notavi supra in ὡς, vix ausim adscribere τῷ ὥστε, neque ei tamen derogabo. Ratio est arcta affinitas inter effectum et causam finalem. Certe ὥστε cum infinitivo construitur, ubi res nondum sortita est effectum, atque ita commode redditur *ut*, i. e. ἵνα. Vide Xenoph. Cyrop. III. pag. 73. Ἐγὼ, ὥστε ἀπελάσαι Χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα. *Ego magni ponderis pecuniam darem, ut Chaldæos ab his montium jugis depellerem.* Et Thucyd. lib. IV. cap. 23. extr. Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι, καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει, σκοποῦντες καιρὸν, εἴ τις παραπέσοι, ὥστε τοὺς ἄνδρας σῶσαι. *Peloponnesii vero, in continente castra habentes, et munimenta oppugnantes, observantes, si qua forte se daret occasio, ut cives suos servarent.*

XXXVI. Neque etiam, quem notavi supra in ὡς, usum ἀφηγηματικὸν τῷ ὥστε audacius denegaverim, quanquam exempla sunt rariora. Occurrit apud Isocr. in Archidam. pag. 245. Εἰ δὲ πολλάκις γέγονεν, ὥστε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι. *Sin sæpe factum est, ut etiam illi, qui potentia prævalebant, ab imbellioribus vincerentur.* Etiam apud Eurip. in Or. v. 52.

Digitized by Google

Ἐλπίδα δή τιν' ἔχομεν, ὥστε μὴ θανεῖν.

Aliquam spem habemus, fore, ut non moriamur. Quamquam hi duo loci possunt referri ad sensum ἀποτελεστικὸν, propter quod in priori diserte additur γέγονεν, h. e. *evenit ut*, in posteriori supprimi posse videtur; ita ut integra sit oratio, ἐλπίδα ἔχομεν, συμβήσεσθαι, ὥστε etc.

XXXVII. Subobscurum videtur, quid sibi velit ὥστε γὰρ apud Plat. de Rep. V. pag. 475. [T. VII. p. 57. ed. Bip.] Ὥστε γὰρ φιλοθεάμονες πάντες ἔμοιγε δοκοῦσι τῷ καταμανθάνειν χαίροντες, τοιοῦτοι εἶναι. Nam, quominus sit αἰτιολογικὸν, obstat τὸ γάρ· nec sensus ἀποτελεστικὸς facile cum γὰρ αἰτιολογικῷ concurrere videtur. Conjicio, ὧς pro οὕτως poni, ita ut ὥς τε γὰρ idem sit quod καὶ γὰρ οὕτως. Nempe rogaverat Socrates, num ille, qui proclivis est ad quamlibet disciplinam gustandam, et alacri animo ad discendum fertur, jure philosophus sit dicendus? Respondet Glauco: Πολλοὶ ἄρα καὶ ἄτοποι ἔσονταί σοι τοιοῦτοι. *Ergo multi importuni erunt tibi tales.* Sequitur ratio: Ὥς τε γὰρ φιλοθεάμονες etc. *Etenim sic omnes spectaculorum amatores, discendi studio ducti, mihi videntur esse tales.*

Digitized by Google

ACCESSIO OBSERVATIONUM

DE

ARTICULIS, NOMINIBUS, VERBIS, ET PRÆPOSITIONIBUS,

PARTICULARUM NATURAM INDUENTIBUS.

I. Hactenus de particulis Græcorum: restat, ut de articulis, nominibus, verbis et præpositionibus, quatenus particularum naturam induunt, breviter disseramus.

II. Ordior a ΤΩ͂Ι, quod pro τούτῳ, et hoc pro διὰ τοῦτο positum, accipit vim αἰτιολογικὴν, poëtis quam oratoribus longe frequentius. e. c. apud Hom. Il. E. 894. ubi Jupiter increpat Martem a Diomede vulneratum, quem ait pugnas semper oblectare, matrisque habere ingenium, additque:

Τῷ σ' οἴω κείνης τάδε πάσχειν ἐννεσίῃσιν.

Idcirco credo, tibi hæc evenisse ejus consiliis. Sic τῷ νῦν Homerus adhibet. Exemplo sit Il. B. v. 254.

Τῷ νῦν Ἀτρείδῃ, Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν
Ἧσαι ὀνειδίζων. —

Maledixerat Agamemnoni Thersites: respondet Ulysses, rerum Græcorum adhuc esse incertum eventum: et *ob id*, ait, *nunc*, h. e. *propterea sedes convicia jactans in Agamemnonem.* Ubi votum aut desiderium præcedit, notat effectum vel consequentiam, sequente ἂν vel poëtico κε, reddique potest *tum*, vel *sic*, ut apud Hom. Il. B. v. 373.

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν,
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

Utinam, o Jupiter, et Minerva, et Apollo, tales mihi decem consiliarii essent Achivorum, sic vel *tum cito caderet urbs regia Priami.*

Digitized by Google

III. Articuli subjunctivi tertius casus fœminini generis ᾗ primum adverbii, deinde et particulæ naturam assumit. Quando sub adverbii forma prodit, vel quietem designat in loco, et intelligi vult dativum, seu potius ablativum μερίδι· vel motum per locum, quum potius dissimulari videtur ὁδῷ. Hinc recte subscribitur ἰῶτα. Rem aut personam in loco versantem notat ap. Plat. in Phædr. pag. 246. [T. X. p. 321. ed. Bip.] Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. i. e. ὅπου οἰκεῖ. *Talis est alarum natura, ut earum vi id, quod grave est, elevatum in altum tollatur, ubi deorum genus habitat.* Pro eodem ᾗχι dicit Homerus Il. Α. v. 607. Dicitur et ᾗπερ, ubi περ vel habet sensum ἀοριστολογικὸν, *ubicunque*, vel retinet vim primitivam exprimentem *prorsus, omnino*, e. c. Thucyd. lib. IV. cap. 53. extr. Καὶ λῃσταὶ ἅμα τὴν Λακωνικὴν ἧσσον ἐλύπουν ἐκ θαλάσσης, ᾗπερ μόνον οἷόν τ' ἦν κακουργεῖσθαι. *Et simul piratæ Laconicam minus infestabant ex mari, qua parte omnino sola infestari poterat.* Ast, cum motum per locum notat, supprimuntur ablativi ὁδῷ, ἐξόδῳ, διεξόδῳ, quarum vocum si qua præcedit, ad quam referatur ᾗ, articuli subjunctivi naturam non deponit, et significat *qua, qua via.* Sed fit particula, quando vel nihil præcedit, ad quod referatur, vel a præmissæ vocis genere aut numero discedit, ut apud Platon. in Phædr. pag. 251. [T. X. p. 331. ed. Bip.] Τὰ τῶν διεξόδων στόματα, ᾗ τὸ πτερὸν ὁρμᾷ. *Meatuum ora, qua penna nititur emergere.* A loco facilis deducitur metaphora translata πρὸς τὸ νοητόν· nam, quemadmodum loca cæteræque res corporeæ alia parte aliter se habent, eodem modo res, quæ sub cogitationem cadunt, alia ratione, alio modo explicari possunt, dicique e. g. partim dura, partim mollia etc. Inde sit, ut ᾗ limitet rationem et fortasse modum. Rationem, ut cum redditur *quatenus*, vid. Plat. Apol. Socr. pag. 72. Συνεπισκέψασθε δὲ, ᾗ μοι φαίνεται ταῦτα λέγειν. *Mecum perpendite, quatenus mihi videatur hæc dicere.* Sed clarius in Phædr. pag. 247. [T. X. p. 323. ed. Bip.] Καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν, οὐδ' ᾗ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα. *Perspicit scientia, non quatenus generatio adest, neque fortasse quatenus alia in alio est.*

IV. Ut ῟Ηι ἀναφορικῶς, sic ΤΗ῀ι δεικτικῶς limitat rationem, ubi crebro τῇ μὲν, τῇ δὲ sunt relata, ut significet, *partim — partim.* Ita Euripid. in Orest. v. 356.

> ῏Ω δῶμα, τῇ μέν σ' ἡδέως προσδέρκομαι
> Τροίαθεν ἐλθών· τῇ δ' ἰδὼν καταστένω.

O domus, partim cum voluptate te adspicio Troja reversus: partim videns gemo. Et Aristot. Ethic. lib. VI. sub fin. Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν. *Socrates partim recte quærebat, partim errabat.*

V. In his omnibus particula ante vel post se pronomen ταύτῃ intelligi vult, quod non raro additur, ut apud Plat. in Phædone

Digitized by Google

pag. 78. Ἆρ' οὖν τῷ μὲν συνθέτῳ ὄντι φύσει προσήκει τοῦτο πάσχειν, ταύτῃ, ᾗπερ συνετέθη; *Nonne igitur convenienter accidit rei, quæ composita est, aut cujus hæc sit natura, ut componi possit, ut eadem ratione dissolvatur, qua composita est?* Ast, ubi admista est obliqua interrogatio, non intelligi potest ταύτῃ, sed ᾗ, quæ nonnunquam relativorum usurpatio est, ponitur pro πῇ. Ita Plat. in Euthyphr. pag. 10. Πάντα τὰ τοιαῦτα μανθάνεις, ὅτι ἕτερα ἀλλήλων ἐστὶ, καὶ ᾗ ἕτερα; *An intelligis, omnia hæc similia inter se differre, et quatenus differant?*

VI. Ex ἄλλο discretivo, τὶ infinito et ἢ comparativo aggregatur ἌΛΛΟ ΤΙ Ἢ, cujus multus usus est in interrogationibus figuratis; non quod ipsum ἄλλο τι ἢ interroget, sed, dissimulato ἆρα, μὴ, aut simili ἐρωτηματικῷ, interrogationibus adhibetur. Vulgo redditur *Nonne?* vel *Nunquid?* ut apud Plat. in Gorg. pag. 481. Εἰ μὲν γὰρ σπουδάζεις τε, καὶ τυγχάνει ταῦτα ἀληθῆ ὄντα, ἃ λέγεις, ἄλλο τι ἢ ἡμῶν ὁ βίος ἀνατετραμμένος ἂν εἴη τῶν ἀνθρώπων; Reddit ille: *Si enim serio loqueris, et hæc, quæ dicis, sunt vera, nunquid nostra hæc humana vita perversa atque profligata est?* Sed potest pressius verti: *An vita nostra aliud quid erit, quam perversa?* Et pag. 503. Ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιστον λέγων, ἃ ἂν λέγῃ, ἄλλό τι ἢ οὐκ εἰκῇ ἐρεῖ; Interpres: *Bonus ille vir, et qui in dicendo optimum illum finem sibi proponit, nonne certum quiddam respiciet, non vero temere dicet?* Ubi, si τὶ notat *certum quid*, vim interrogativam unico τῷ ἄλλο attribuere videtur: cum utrumque nominis naturam ac constructionem servare possit, si reddimus: *An vir bonus, et qui, quæcunque dicit, dicendo optimum finem sibi habet propositum, aliud quid dicet, quam quod non temere sit?* Certe nulla particulæ umbra supererit, quando citra interrogationem ponitur, ut apud eundem in Phædr. pag. 245. extr. [T. X. p. 319. ed. Bip.] Εἰ δ' ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. *Si res ita se habet, ut id, quod se ipsum movet, anima sit, necessario inde sequitur animam esse neque genitum, neque mortale quid.* Ubi vero ipsum per se interrogat, tunc τί acuitur et præmittitur τῷ ἄλλο, ut apud Epict. cap. 73. Ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; *Si vero ipsam enarrationem admiratus fuero, quid aliud nisi grammaticus evasero pro philosopho?*

VII. Propius ad particularum naturam accedit, ἄλλο τι, cum non sequitur ἢ, tumque videtur poni ἐλλειπτικῶς pro εἰ μὴ ἄλλο τι δοκεῖ σοι. Nec necesse est, ut ἄλλοτι mediæ sententiæ interjiciatur, cum etiam inchoare orationem possit, ut apud eundem lib. II. de Rep. pag. 369. quem locum Budæus, cum quo sentit Devarius, pro significatione τοῦ ἆρα affert. Verba sunt: Φέρε δὴ, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; Ἄλλοτι, γεωργὸς μὲν εἷς· ὁ δὲ οἰκοδόμος· ἄλλος δέ τις ὑφάντης. ἢ καὶ σκυτοτόμον αὐτοῖς προσθήσομεν, ἤ τιν' ἄλλον τῶν περὶ τὸ σῶμα θεραπευτήν; sive, ut editio Basileensis habet, θεραπευτῶν; Respondet alter, Φαίνεται. Quæ verba licet sub interrogationis notam inferre. Reddo itaque: *Agedum, quomodo civitas tanto*

apparatui sufficiet? Nisi aliud quid statuis, esto unus agricola, alius domorum structor, alius textor. An et sutorem his adjiciemus, aut alium quempiam opificum eorum, quorum labor in corporis cultu versatur?

VIII. ΟΙ'ΟΝ vel ΟΙ'Α proprie adjectiva particularum loco sæpe ponuntur, et significant *ut*, vel *quemadmodum*, ut apud Lycophr. v. 121.

> Χέρσον περάσας, οὐχὶ ναυβάτῃ στόλῳ,
> Ἀλλ' ἀστίβητον οἶμον, οἷά τις σιφνεὺς
> Κευθμῶνος ἐν σήραγγι τετρήνας μυχούς.

Potuisset dicere οἷός τις. *Per terram iter faciens, non navali classe, sed per viam inviam, ut talpa aliqua per rimas occulti meatus perforans abditos recessus.* Etsi autem non omnes, varios tamen usus habet eosdem, quos ὡς. Nam ut ὡς et plenam et fictam similitudinem notat, ita et οἷον. Plenam, quando sine protasi occurrit, ut apud eundem in Critia pag. 113. Αὐτὸς δὲ τὴν ἐν μέσῳ νῆσον, οἷα δὴ θεὸς, εὐμαρῶς διεκόσμησεν. *Ipse vero in medio insulam, utpote deus, facile exornavit.* Non similitudine Dei, sed revera Deus. Et App. Alex. lib. 1. Θαῤῥεῖν, οἷα ὕπατον, ἐκέλευον. *Bono animo esse jubebant, utpote consulem.* Plane ut ὡς supra sect. 1. §. 4. Fictam habet similitudinem, quando redditur *quasi*, ubi significamus, aliquid fieri tali modo, cum revera ita non fiat, qualem usum supra notavi ibid: in ὡς. Exemplum habet Plat. Epist. VII. pag. 339. Μετὰ δεήσεως οἷον ἐξωθούντων με. De iis, qui *ipsum precibus quasi expellerent.* Sic pro ὡς quoque limitativo ponitur apud Euripid. in Orest. v. 32.

> Κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνὴ, φόνου.

Ego etiam cædis fui particeps, ut mulier. h. e. quantum per sexum licuit. Latendum etiam εἰκαστικῶς vel στοχαστικῶς ponitur, plane ut ὡς supra sect. 1. §. 5. 6. Exemplum est apud Thucyd. lib. IV. cap. 90. Τὸ στρατόπεδον προαπεχώρησεν ἀπὸ τοῦ Δηλίου οἷον δέκα σταδίους. *Exercitus a Delio recessit decem circiter stadia.* Si ὅσον dixisset, potuisset intelligi τόσον: nunc plane pro ὡς adhiberi videtur. Denique pro ὡς ponitur intensive, et admirandi causa, de quo vide supra ὡς sect. 1. §. 7. Tale est illud apud Hom. Od. Β. v. 239.

> — Οἷον ἅπαντες
> Ἧσθ' ἄνεῳ. —

Quam omnes sedetis muti!

IX. Cum præstat usum παραδειγματικὸν, h. e. in proferendis exemplis ad rem dictam confirmandam, notatque *exempli causa*, s. *verbi causa*, aliquando ellipseos beneficio ad syntaxin reduci facile potest, aliquando vix ac ne vix quidem. Prioris exemplum est

Digitized by Google

apud Plat. in Phædon. pag. 70. Ἆρ' ὁυτωσὶ γίγνεται ἅπαντα, ὀυκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία, ὅσοις τυγχάνει ὂν τοιῦτόν τι; οἷον τὸ καλὸν τῷ αἰσχρῷ ἐναντίον πυ, καὶ δίκαιον ἀδίκῳ· καὶ ἄλλα δὴ μυρία ὕτως ἔχει. ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐστί τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι, ἢ ἐκ τῦ αὐτῷ ἐναντίυ· οἷον, ὅταν μεῖζόν τι γίγνεται, ἀνάγκη πυ ἐξ ἐλάττυς ὄντος πρότερον, ἔπειτα μεῖζον γίγνεσθαι; *An ita fiunt omnia, nempe non aliunde, quam ex contrariis contraria, quibus tale quid accidit? Exempli gratia, pulcrum turpi est utique contrarium et justum injusto, et infinita alia ita sunt comparata. Videamus, an necesse sit, quibus aliquid contrarium est, illud non aliunde uspiam nasci, nisi ex eo, quod ipsi sit contrarium. Verbi causa, quum magnum quidpiam nascatur, necesse utique sit, prius ex eo, quod minus est, natum mox majus fieri.* Ubi bis obvio bis sua structura restitui potest, hoc modo: Οἷον τὸ καλὸν τῷ αἰσχρῷ ἐστιν ἐναντίον. Et: Οἷον τῦτ' ἔστιν, ὅταν μεῖζόν τι etc. Posterioris exemplum suppeditat Aristot. de Rep. lib. 1. pag. 11. Ἔστιν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τύτων· οἷον Χάρητι δὴ τῷ Παρίῳ, καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ. *De his rebus a nonnullis scriptum est: exempli gratia, a Charete Pario et ab Apollodoro Lemnio.* Ubi vix ac ne vix quidem τοιῦτο vel ἐστὶν intelligi potest, quod τῷ οἷον suam reddat syntaxin.

X. Ut οἷον qualitatem, ita ὍΣΟΝ quantitatem designat. Refertur autem ad τόσον, vel τοσῦτο, e. c. Theognid. v. 93. Εἴ τις ἐπαινήσσει σε τόσον χρόνον, ὅσσον ὁρῴη. *Si quis te laudaverit tantum temporis, quantum viderit.* Limitat autem *vel* magnitudinem; ut in illis medicorum ὅσον ὀβολὸν, ὅσον κόγχην, *circiter obolum, quantum concha capit; vel* locorum longitudinem s. spatium, ut apud Plat. Phædr. p. 229. [T. X. p. 284. ed. Bip.] Ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια, *circiter duo vel tria stadia; vel* temporis spatium, ut apud Xenoph. Cyrop. II. p. 60. Ἐπειδὰν ἀποκοιμηθῇς, ὅσον μέτριον. *Postquam somno indulseris modico, s. quantum sat fuerit.* h. e. ἀποκοιμηθῇς ἐπὶ τοσῦτον χρόνον, ἐφ' ὅσον μέτριον ἂν ᾖ. Plene dicitur ἐφ' ὅσον χρόνον. ut 1 Cor. VII. 39. Neque usum hunc ellipticum amittit, quoties subjungitur superlativis aut similis potestatis nominibus, qualia sunt θαυμαστὸν ὅσον, μέγιστον ὅσον. Adverbio tamen μάλιστα præponitur, ut ὅσον μάλιστα. Imo etiam multitudinis numero dicitur θαυμαστὰ ὅσα, ut apud Plat. Hipp. maj. pag. 282. [T. XI. p. 7. ed. Bip.] Χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. *Mirum quantam pecuniæ vim cepit.*

XI. His ita perceptis, reliqua, quæ syntaxi accedunt, fiunt planiora. Eadem enim ratio est in ἐφ' ὅσον, ἐφ' ὅσα, εἰς ὅσον, ὅσον ἐπὶ, ὅσον ἀπὸ etc. Sic, ὕπνος ἐφ' ὅσον ἥδιστος, pro ὕπνος ἐπὶ τοσῦτο προβεβηκὼς, ὅσον ἐστὶν ἥδιστος. Et, Ἐν κύκλῳ περιφράσσυσιν, ἐς ὅσον μακρότατον. Tu post περιφράσσυσιν intellige ἐς τόσον, tum post ὅσον supple δύνανται vel δυνατὸν περιφράσσειν. Alteram partem supplet Plat. in Phædr. pag. 277. [T. X. p. 385. ed. Bip.] Τὸν ἔχοντα εὐδαιμονεῖν ποιῦντες εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα. *Possessorem suum tanta felicitate beant, quanta in hominem cadere potest.* Porro, Ἀφαιρεῖται ἡμᾶς χρήματα, ὅσον ἐπ' αὐτῷ. pro, Ἀφαιρεῖται ἡμᾶς χρήματα τοσῦτον τρό-

Digitized by Google

τον, ὅσον ἐπ' αὐτῷ. Similiter, ἐλοιδόρει ὅσον γε ἀπὸ τοῦ λόγου τούτου. *Quantum ex his verbis colligo, convicia dicebat.* Suppleo: Τοσοῦτο, ὅσον γε ἀπὸ vel ἐκ τοῦ λόγου εἰκάσαι ἔξεστιν. Similis ellipsis admittenda est, quoties sequitur infinitivus, ut in Epigrammate:

> Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
> Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.

Pro, καρποφορήσω τοσοῦτο, ὅσον ἐξαρκεῖ ἐπισπεῖσαι, vel εἰς τὸ, vel ἐπὶ τὸ ἐπισπεῖσαι. Construitur et in multitudinis numero cum infinitivo, plane ut ὡς εἰκαστικὸν, cum neque ἐξαρκεῖ, neque δυνατὸν, neque δεῖ intelligi commode potest. Tale est illud Luciani Tom. III. adv. Indoct. Ὅσα γε κἀμὲ, Σύρον ὄντα, εἰδέναι. *Quantum quidem ego, Syrus homo, sciam.* Supprimi εἰκὸς, aut si quid aptius, verosimile est. Sic idem in Jove Tragœdo: Οὐχ, ὅσα γε κἀμὲ ὁρᾷν. *Non, quantum quidem et ego videam.*

XII. ὍΣΟΝ ΟΥ', quod etiam scribitur ὁσονοὺ, proprie, *quantum non,* Latine redditur *tantum non,* in quo τὸ οὐ tollit quantitatis cumulum, quominus fiat, sed ita tamen, ut fere fiat, quod per adjectum vocabulum exprimitur. Ut quando dicimus, *Tantum non periimus.* Gr. Ὅσον οὐκ ἀπολώλαμεν. Proprie, *quantum non periimus.* ita explicari potest: Τοσοῦτο τοῦ ἀπολωλέναι ἀπείχομεν, ὅσον ἐξαρκεῖ εἰς τὸ μὴ ἀπολωλέναι. *Tantum ab interitu abfuimus, quantum,* h. e. *ut unice hoc possimus dicere, nos non periisse, nec ultra.* i. e. *fere periimus.* Sic Thucyd. lib. I. cap. 36. Τὸν μέλλοντα καὶ ὁσονοὺ παρόντα πόλεμον dicit *futurum et tantum non præsens bellum.*

XIII. Confundunt fere ὁσονοὺ et ὅσον οὔπω, pro quo etiam ὅσον οὐδέπω dicunt; at ὅσον οὐ significat *fere, tantum non:* ὅσον οὔπω vel οὐδέπω autem *jam jam, mox, tantum nondum,* proprie *quantum nondum.* e. c. Herodian. lib. I. cap. 13. Ὀλέθρου τοιούτου τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω. *Exitii illis quidem jam factum auctorem, nobis vero jam jam futurum.* Et Lucian. in Merced. Conduct. cap. 31. Ὅσον οὐδέπω τεθνηξομένῳ ἔοικας. *Videris similis esse jam jam morituro.* Interrumpitur ὅσον οὐδέπω, interposità particula δὲ, apud Thucyd. lib. IV. cap. 125. Νομίσαντες, πολλαπλασίους μὲν ἢ ἦλθον, ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὐδέπω παρεῖναι. *Putantes, plures adversus se venire, quam veniebant, et mox adfuturos.* Construitur et non ineleganter cum substantivo, præcedente articulo, ut apud Heliod. lib. X. cap. 28. Τὴν ὅσον οὐδέπω σφαγὴν ἀναμένων. *Mactationem singulis momentis exspectans.*

XIV. Sed ὅσον μὴ et ὅσον μήποτε pro natura particulæ μὴ non negat, sed prohibet: vel, si negat, partem totius negat. Ita Sophocles in Trachin. v. 1221.

> Ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μή ποτε ψαύων χεροῖν.

Tantum ne ipse manus nunquam admoveam. Pro ὅσον μὴ dixit ὅσα

μὴ Thucydides lib. IV. cap. 16. Φυλάσσειν δὲ τὴν νῆσον Ἀθηναίους μηδὲν ἧσσον, ὅσα μὴ ἀποβαίνοντας. *Custodirent nihilominus insulam Athenienses, tantum ne in eam descenderent.*

XV. Pronomen ΤΙ` encliticum sæpe habet vim μειωτικὴν, et significat fere *quodammodo*, aut *quippiam*. Genuina itaque potestas particulæ est aliquid demere adjectæ parti, cui adhæret, sive illud nomen adjectivum est positivum, ut in ep. post. ad Cor. cap. XIII. comm. 5. Εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε. *Nisi aliquatenus rejectanei estis.* Ita Ter. in Andr. Act. II. sc. 6. v. 7. *Num illi molestæ* QUIPPIAM *hæ sunt nuptiæ?* Sive jungitur comparativo, ut apud Xenoph. Cyrop. lib. III. pag. 79. Εἴ τι ἐκείνους φοβερωτέρους ποιήσομεν. *Si eos aliqua in parte formidolosiores reddemus*, vel *aliquantum formidolosiores*. Verbo juncta, ejus vim imminuit. Euripides in Or. v. 1102.

Μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.

Manebo, si de hoste aliquam vindictam sumere potero. Thucydides particulam affectæ voci præfigit lib. IV. cap. 21. Ἐν τῷ τότε δεομένων τι μᾶλλον σπονδῶν. Reddit interpres: *Quod fœderibus tunc multo magis indigerent.* Imo *plusculo magis*, h. e. *paulo magis*, *quam* alias.

XVI. Contra ubi τὶ negatur per particulam ἀρνητικὴν, tantum abest, ut vim verbi imminuat, ut potius augeat. Ita Agamemnon apud Hom. Il. Α. v. 243.

Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Neque quicquam scit conjicere ex præteritis de futuris. i. e. *Omnino nihil scit.* Sic, *Nihil prorsus mirum*, Gr. οὐδέν τι θαυμαστὸν, apud Xenoph. Cyrop. VIII. pag. 208. Imo auget τὶ citra negationem, sed non nisi elliptice, suppresso nomine μέγα, σεμνὸν, μεγαλοπρεπὲς, aut simili, ut cum Plato ait in Phædr. pag. 242. fin. Σεμνύνεσθαι ὥς τι ὄντε· *Gravitatem præ se ferre, quasi aliquid sint.* Pro μέγα τι.

XVII. Sed ΤΙ′ interrogativum, cum per se simpliciter interrogat, tum suppressæ voculæ efficiunt, ut interrogatio instituatur de causis, idque quadrifariam: sunt enim eæ vel ratiocinativæ, vel efficientes, vel impulsivæ, vel finales. In causam ratiocinativam inquirit Socrates, cum in Phædro Platonis pag. 86. rogat: Τί οὐκ ἀπεκρίνατο; *Cur non respondit?* Potest intelligi διὰ, ut sit διὰ τί; *propter quid?* Suppletur ellipsis in Evang. Matth. cap. IX. comm. 11. Causam efficientem notat ibid. cap. VIII. comm. 27. Τί δειλοί ἐστε; *Quid est, quod vos facit meticulosos?* Potest hic intelligi ὅτι. De causa impellente quærit ibid. cap. XI. comm. 7. Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; q. d. *Quid est, quod vos impellit ad exeundum in eremum spectaturos?* Vel, intercedente negativo, rogat de causa ἀποτρεπτικῇ, ut apud Eurip. in Or. v. 107.

Digitized by Google

Τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας;

Quæ causa est, quæ tibi dissuadet mittere filiam Hermionen? Ellipsin particulæ ὅτι suppletam videmus in Act. Apost. cap. V. comm. 4. Denique quæritur de causa finali apud Demosth. de Cherson. pag. 39. Τί οὖν πρεσβεύετε; *Quorsum ergo mittitis legatos?* Supprimitur hic βουλόμενοι· Τί οὖν βουλόμενοι; *Qua mente? Quo consilio?* Integrum habet idem de Cor. pag. 336. Τί βουλόμενοι μετεπέμψασθε; *Quo consilio arcessivistis?*

XVIII. Particulæ ΤΙ' ΓΑ'Ρ; varie vertuntur, vel *quidni?* vel *quid enim?* vel *quid igitur?*

Et primo quidem post interrogationem figuratam, negativam vim habentem, nominis naturam non omnino exuit, imo servat integram, dummodo ellipsi locum demus, ut ut recte vertitur *quidni?* Apud Euripidem in Or. v. 481. rogat Tyndareus:

Μενέλαε, προσφθέγγῃ νιν, ἀνόσιον κάρα;

Menelae, an alloqueris eum, impurum caput? Hæc interrogatio continet aliquam negationem: negat enim fas esse hominem matricidam compellare. Respondet Menelaus: Τί γάρ; ubi τί non potest poni pro διὰ τί; qui enim est? *Nam propter quid?* sed intelligitur verbum, κωλύει puta, aut simile. Τί γὰρ κωλύει; *Quid enim impedit?* Et hoc ipsum quoque est ἐλλειπτικὸν, repetito ex antecedentibus προσφθέγξομαι. *Alloquar; quid enim obstat?*

Secundo post interrogationem nudam rectamque vehementer affirmat in responsionibus, atque ad nudam illam interrogationem interrogatio figurata respondet; ut apud Plat. in Sophist. pag. 232. ubi rogat hospes, an Sophistæ discipulis facultatem contradicendi in his quoque rebus, quæ manifestæ sint in cœlo et terra, tribuere possint? Respondet Theætetus: Τί γάρ; scilicet κωλύει. *Quid enim obstat,* cur non possint? Intellige δύνανται ἀντιλογικοὺς ποιεῖν, quia nihil impedit, quo minus possint.

Tertius usus est ἐν ταῖς προλήψεσιν, cujus exemplum est in Ep. ad Rom. cap. III. comm. 3. ubi objectioni contra Judæorum gentis præstantiam, quam præcipue Apostolus in eo consistere dixerat, quod illis oracula divina erant commissa, occurrens ait: Τί γὰρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; Μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; Μὴ γένοιτο. *Quid enim, si nonnulli non crediderunt? An ipsorum nulla fides fidem Dei destruet? Absit.*

Quartus usus est in responsionibus affirmativis, in quibus τὸ γὰρ rationem flagitat, cur ea, quæ dicta sunt, non ita se habeant: et τί interrogando negat, aliter se rem habere non posse. Ut apud Plat. in Phædr. pag. 258. [T. X. p. 349. ed. Bip.] Socrates ait: Τοῦτο μὲν ἄρα παντὶ δῆλον, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν αὐτό γε τὸ γράφειν λόγους. *Ergo hoc quidem omnibus est perspicuum, non turpe esse scribere orationes.* Respondet Phædrus: Τί γάρ; *Quid enim?* seu, *Cur enim?* scilicet *turpe sit.* Oratio tota elliptica, nonnullis tum ante, tum post τί

Digitized by Google

γὰρ suppressis. Ante τί γὰρ supprimuntur ex superioribus repetenda, post τί γὰρ vel eadem vel similia intelligenda, ita ut plenius sic verba resolvi possint: Οὐκ αἰσχρὸν τὸ γράφειν· τί γὰρ ἂν εἴη τοῦτο αἰσχρόν; h. e. *Quæ* i. e. *nulla ratio inveniri potest, cur hoc turpe sit.*

Quintus usus est in orationis processu, in quo, priori rejecto, alterum substituitur; ut si dicas: *Si illud non sit probabile, an ergo hoc?* Habet exemplum Xenoph. lib. IV. Memorab. pag. 789. ubi quæritur, an is, qui ad panem opsonium adhibet, merito dicatur ὀψοφάγος. Quo negato, iterum rogat: Τί γάρ; ἐάν τις ἄνευ τοῦ σίτου τὸ ὄψον ἐσθίῃ ἡδονῆς ἕνεκα, πότερον ὀψοφάγος εἶναι δοκεῖ; *Quid igitur? si quis sine pane opsonium edit deliciarum causa, an is videtur esse opsoniorum helluo?* Reddo, *Quid igitur?* ut γὰρ sit συλλογιστικὸν, de quo usu dixi supra suo loco.

Sextum addo usum, quando sequitur ἀλλ' ἢ, non tantum initio orationis, ut cum dicimus: *Quid enim aliud, nisi amentia est?* Τί γὰρ ἄλλ' ἢ ἄνοιά ἐστι; sed etiam in media sententia, ubi γὰρ stabilit aut probat justam agendi causam, et τί interrogando negat, aliud fieri aut debuisse, aut potuisse. Occurrit apud Heliod. Æthiop. lib. VIII. cap. 7. Καταλαβοῦσα τὴν Χαρίκλειαν ἐν ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσι, καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ πενθοῦσαν; Verbatim: *Deprehendens Charicleam in lamentis et lacrymis, et quid enim aliud quam lugentem?* i. e. *et lugentem; quid enim aliud?* h. e. *Nihil enim aliud* reliquum erat miseræ, *quam* lugere.

In primo usu additur et particula δὴ, sive βεβαιωτικὴ, sive παρακελευστική. ut apud Plat. in Politic. pag. 292. [T. VI. p. 77. ed. Bip.] ubi agitur de triplici imperiorum forma, rogatque Hospes: Τί οὖν; Οἰόμεθά τινα τούτων τῶν πολιτειῶν ὀρθὴν εἶναι; etc. *Quid igitur? An putamus aliquam ex his civitatibus rectam esse?* Respondet Socrates: Τί γὰρ δὴ καὶ κωλύει; *Quid enim obstat?* Significat nihil obstare: negationis vim auget interrogatio simul et exhortatio, qua hospitem incitat, ut ipse proferat, si quid inveniat, quod impedire possit. q. d. *Dic age tu ipse, si quid invenire possis, quare hoc non ita sit.*

XIX. Aggregatæ particulæ τί δέ; *quid? quid vero? quid autem?* superaddendi aliquid, et quidem notabile, potestatem habent, ex quibus alterum τί observatione aliquid dignum promittit, quod rei propositæ novum pondus addat: alterum δὲ transitioni inservit, ut apud Aristoph. in Plut. v. 172.

Τί δέ; τὰς τριήρεις οὐ σὺ πληροῖς; εἰπέ μοι.

Chremylus ibi magna ambitione ostendere conatur, pecuniæ obedire omnia, et propter eam cuncta inter mortales fieri: enumeratis itaque multis, addit hoc tanquam memorabile et ad rem imprimis faciens: *Quid vero? Triremes nonne tu comples? dic mihi.* Usus frequentissimus est, cum, absoluta una, ad alteram orationis aut disputationis partem accedimus; ut cum ostendisset Socrates apud Plat. in Phædr. Lysiam in oratione sua definitionem neglexisse,

Digitized by Google

transiens ad aliud vitium ait pag. 264. [T. X. p. 358. ed. Bip.] Τί δέ; τἆλλα οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆσθαι τὰ τοῦ λόγου; *Quid vero? Reliquæ orationis partes nonne videntur sparsim disjectæ?* Est ubi τί δὲ in oratione ἐλλείπει, ut apud Eurip. in Phœniss. v. 731.

Εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλλοιμεν ἐκ λόχου;

Pro, τί δ᾽, εἰ. *Quid si noctu ex insidiis irruamus?*

Adjicitur et particula δή, q. d. *Quid vero nunc?* Vel potest servare δὴ usum παρακελευστικόν, ut in illo Platonis in Protagora pag. 358. [Bip. III. 185.] Τί δὲ δή, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιόνδε; αἱ ἐπὶ τούτου πράξεις ἅπασαι, ἐπὶ τοῦ ἀλύπως ζῆν καὶ ἡδέως, ἆρ᾽ οὐ καλαὶ καὶ ὠφέλιμοι; Exhortando, quasi dicat: *Agite vero, viri, hoc mihi respondete: nonne omnes, quæ in hac re versantur, actiones, ut quis ab omni tristitia ac metu remotam vitam agat, sunt pulcræ et utiles?* Et mox iterum: Τί δὲ δή; ἀμαθίαν ἆρα τὸ τοιόνδε λέγετε, τὸ ψευδῆ ἔχειν δόξαν, καὶ ἐψεῦσθαι περὶ τῶν πραγμάτων πολλοῦ ἀξίων; *Agite, hoc mihi respondete. An inscitiam tale quid dicitis, nempe opinionem falsam habere, et falli in rebus magni momenti?*

Quia exhortatio non fit, nisi in re seria, hinc sponte profluit particularum usus in iis, in quibus maxime dominatur et quasi triumphat oratio. Exemplum esto apud eundem in Euthyphr. p. 14. Enumeraverat Socrates multa, e quibus quid ad usum hominum consequeretur, rogaverat, ut sensim perveniret ad id, quod volebat maxime, nempe ad commoda, quæ capimus ex cultu divino. Ubi ergo eo devenit, sic quasi ex integro rogat: Τί δὲ δή; τῶν πολλῶν καὶ καλῶν, ἃ οἱ θεοὶ ἀπεργάζονται, τί τὸ κεφάλαιόν ἐστι τῆς ἀπεργασίας; *Age nunc hoc mihi responde: ex multis et præclaris bonis, quæ dii præstant, quid palmarium est, et quasi summa?*

Ubi vero minus manifesta est exhortationis nota, minus etiam ἐμφατικὸν est τὸ δή, quo casu crediderim servare primariam notionem temporis, nec ultra; et notare *nunc, jam,* ut in Hippia, loco modo allato, inter crebrius repetitum τί δὲ semel occurrit τί δὲ δὴ pag. 575. Τί δὲ δή; Ἀνθρώπου ψυχὴν κεκτῆσθαι etc. *Jam vero, quid tibi videtur* etc.

Sed aptissima et tantum non necessaria est particulæ δὴ accessio in orationum aut disputationum conclusionibus, in quibus τὸ δὴ a primaria notione, actum maturum exprimente, non recedit: deductis enim jam omnibus, quæ ad rem probandam idonea visa fuerint, jam maturum videtur tempus cuncta ad propositum finem referendi. Exemplum est apud Plat. in Rep. lib. V. pag. 469. [T. VII. pag. 44. ed. Bip.] Consilium auctoris erat Reip. suæ cives a bellis civilibus deterrere, ne in propria viscera sævirent. Id facit per ambages: Τί δέ, inquit, πρὸς τοὺς πολεμίους πῶς ποιήσουσιν ἡμῖν οἱ στρατιῶται; *Quid vero? Adversus hostes quomodo se gerent nostri milites?* Et primum quidem quærit, an Græci Græcos in servitutem redigere debeant. Mox de præda agens, inquit, Τί δέ; σκυλεύειν etc. *Quid? An Græci de Græcis spolia agent?* Deinde pag. 470. Τί δέ; similiter quærit de agrorum vastationibus. Tandem eadem

Digitized by Google

pag. extrema, superioribus negatis, concludens, negat bella inter eos esse gerenda, seditiones, si quæ fuerint ortæ, esse componendas etc. id quod maxime intendebat superior disputatio; quæ non a τί δὲ, sed a τί δὲ δὴ inchoat: Τί δὲ δή; Ἣν σὺ πόλιν οἰκίζεις, οὐχ Ἑλληνὶς ἔσται; Δεῖ γ' αὐτὴν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀγαθοί τε καὶ ἥμεροι ἔσονται; et quæ sequuntur. *Jam vero, dic hoc age. An ea civitas, quam tu condis, non est Græca? Oportet certe, inquit. An igitur cives non erunt boni et mites?*

XX. De τί δ' οὔ; nihil fere notatu dignum habeo, nisi quod hoc discrimine differt a πῶς δ' οὔ; quod hoc omnem modum, quo quid fieri non possit, sed τί δ' οὔ; rationem, cur quid non fiat, excludit. Plat. lib. V. de Rep. pag. 462. [T. VII. p. 19. ed. Bip.] Ἡ δέ γε τῶν τοιούτων ἰδίωσις διαλύει, ὅταν οἱ μὲν περιαλγεῖς, οἱ δὲ περιχαρεῖς γίγνωνται ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παθήμασι τῆς πόλεώς τε καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει. *Hæc talium privata ratio (civitatem) destruit, ubi ad eosdem urbis et communium rerum casus alii vehementer dolent, alii gaudio exsultant.* Respondet alter: Τί δ' οὔ; *Quidni?*

XXI. Illud tamen præterire nolim, τί δ' οὔ; non semper respondere toti orationi, quæ præcesserit, sed aliquando parti, ut cum sententia negativum quid admixtum habet. Sic apud Plat. in Sophista pag. 245. init. [T. II. p. 257. ed. Bip.] Τό γε μεμερισμένον, πάθος μὲν τοῦ ἑνὸς ἔχειν ἐπὶ τοῖς μέρεσι πᾶσιν, οὐδὲν ἀποκωλύει, καὶ ταύτῃ δὴ πᾶν τε ὂν καὶ ὅλον, ἓν εἶναι. *Nihil impedit, quo minus id, quod divisum est, unius affectionem in omnibus partibus habeat, et hactenus omne illud et totum, esse unum.* Respondet alter, Τί δ' οὔ; Non τί δ' οὐ κωλύει etc. Sic enim aptius esset τί γὰρ scilicet κωλύει; sed, τί δ' οὐκ ἂν εἴη ἕν; *Quidni esset unum?* Nisi dicamus, τί δ' οὐκ οὐδὲν κωλύει; quod nescio, an Græcum sit.

XXII. Ex ΤΙ' interrogativo et ΜΗ`Ν affirmativo conficitur concedendi formula in responsionibus affirmativis, more Latinis insueto; quis enim apud eos assentiens respondet *quid sane?* Cæterum affirmatio est tam valida, ut a confirmatione fere nihil differat. Τί enim interrogando significat, nihil omnino excogitari posse, quod præcedentibus adversetur, id quod τὸ μὴν stabilit. Hæc Platoni imprimis est familiarissima. Vide eum lib. V. de Rep. pag. 453. [T. VII. p. 11. ed. Bip.] ubi aliquis rogat: Οὐκοῦν ἄλλο καὶ ἔργον ἑκατέρῳ προσήκει προστάττειν τὸ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν; *An igitur aliud tribuendum opus est, quod utriusque naturæ conveniat?* Respondetur: Τί μήν; h. e. *Quidni?* s. *Quid impedit, quo minus hoc ita?* Sed, quandoquidem τί μὴν affirmandi vel potius confirmandi potestatem præfert natura sua; usus voluit, quæ sunt vocabulorum fata, ut etiam adhibitum sit in dictionibus simpliciter assentientium, ut apud eundem in Phædr. pag. 229. [T. X. p. 284. ed. Bip.] ubi Phædro roganti: Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; *An vides igitur illam altissimam platanum?* respondet: Τί μήν; *Quidni?* Et in Phædr. pag. 272. [Bip. 375.] rogat Socrates: *An*

igitur vis, ut sermonem tibi referam, quem super his audivi? Respondet Phædrus: Τί μήν; *Quidni?*

XXIII. Particularum ΤΙ΄ ΟΥ̓Ν junctarum duplex usus est. *Prior*, quando duo aut plura proponuntur, ex quibus quid verum sit, disquiritur, quodque verum esse necesse sit: ut cum Socrates ait apud Plat. in Phædr. pag. 263. [Bip. 357.] ita naturam hominum esse comparatam, ut apud ipsos alia sint comperta ac plana, alia dubia et ambigua. His præmissis, rogat: Τί οὖν; Τὸν ἔρωτα πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή; *Quid ergo? Dicemusne amorem esse ex his, quæ sunt ambigua, an quæ non?* Si res sunt vel certæ vel ambiguæ, hinc sequitur, amorem esse alterutrum: hinc additur particula οὖν. Utrum autem sit, rogat particula τί. *Alter* usus est ἐν ταῖς τῶν προλήψεων προτάσεσι, quando ex superioribus deducta, plerumque falsa, consequentia proponitur. Fingit, qui loquitur, sibi objectionem, et quasi admirans interrogat: Quid ergo? Si hæc ita sunt, an non alterum illud sequitur, quod admittendum non est? Sic Socrates apud Platonem in Phædro, postquam probaverat, amorem esse cœcam et amentem cupiditatem, pag. 242. quasi palinodiam canens, fingit obstupescere se, quasi absurdum ac profanum quid ex ore exiisset. Τί οὖν; inquit, Τὸν Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης καὶ θεόν τινα ἡγῇ; *Quid ergo? An Amorem non arbitraris filium esse Veneris et Deum?* Mox subdit: *Si Deus est, ut re vera est, non potest esse res mala.*

XXIV. ΤΙ΄ ΠΟΤΕ ponitur, quando cupidissime interrogamus, notante ποτὲ desiderium ardens cognoscendi, quod ignoratur, ut supra dictum cap. XLV. §. 5. 8. Poëtæ utramque particulam conjungunt et in unam vocem contrahentes dicunt τίπτε, imo sequente adspirata vel vocali vel diphthongo τίφθ᾽, ut τίφθ᾽ οὕτως ἕστηκε; ut lib. Φ. v. 369.

Ἥρη, τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν;

O Juno, quid tandem filium tuum impellit contra fluentem meum? Sed et extra poesin τίπτε invenio apud Dem. de Cherson. pag. 42. Τίπτ᾽ οὖν ἐκείνως τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν προσφέρεται; *Cur tandem illo modo cum reliquis, et non eodem modo vobiscum agit?* Interrumpuntur τί et ποτὶ, fortasse metri gratia, apud Aristoph. in Pac. v. 61.

Ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ᾽ ἡμῶν τὸν λεών;

O Jupiter, quid tandem vis facere populo nostro?

XXV. Verba, quæ particularum naturam induunt, sunt ἄγε, ἴθι, φέρε, εἰπέ. Et Ἄγε quidem verbi naturam servare potest, quoties cum secunda imperativi persona construitur, ut in illo in Dioge-

Digitized by Google

nem Cynicum proceleusmatico, quod exstat apud Laertium in Diog. pag. 415.

Διόγενες, ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
Ἐς ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

Diogenes, age dic, quis te exitus rapuit ad orcum? Rapuit me canis ferox morsus. Et apud Arist. in Pac. 357. Ἄγε, φράζε. *Age, dic.* At vere particulæ naturam assumit, quando construitur cum diversis personis et numero. Sic *prima* singularis sequitur apud Hom. Il. Α. v. 542.

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι. —

Eia, age, vel *si vero vis, age, capite annuam.* Cum *tertia singulari imperativi* construit idem Od. Θ. v. 542.

Ἀλλ' ἄγ', ὁ μὲν σχεθέτω. —

Verum age, hic quidem cesset. Frequentius sequitur prima pluralis subjunctivi, ut apud eund. Il. Ε. v. 249.

Ἀλλ' ἄγε δὴ χαζώμεθ' ἐφ' ἵππων. —

Verum age, jam cedamus conscenso curru.

XXVI. Si vere ἄγειν est etiam ἰέναι, ut Hesychius notat, et inde rite deducitur vis adhortandi, non dubium est, τὸ ἄγε, repudiato verbi regimine, in particulam plane abiisse, imprimis cum præmittitur verbo ἴωμεν, et dicitur ἄγε ἴωμεν. Si enim verbi naturam sequitur, non tantum personarum obstaret diversitas, sed bis idem diceretur ἴθι ἴωμεν. Exempla sunt apud Aristoph. in Vesp. v. 1256.

Ἄγε νῦν, ἴωμεν. μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.

Age nunc, eamus, nihil nos detineat. Et in Pace, v. 851.

Ἄγε νῦν, ἴωμεν. εἰπέ μοι etc.

Age nunc eamus. dic mihi etc. Construitur etiam cum prima pers. fut. ind. ut Hom. Il. Ι. v. 167.

Εἰ δ' ἄγε, τοὺς ἂν ἐγὼ ἐπιόψομαι. —

Si vero vis, age, hos quidem ego deligam. Et Od. Π. v. 348.

Ἀλλ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν. —

Verum age, navem nigram trahamus.

Digitized by Google

XXVII. Cum secunda plurali frequenter etiam construitur, licet servet formam singularis numeri. Exemplum est apud Hom. Od. Θ. v. 250.

Ἀλλ' ἄγε, Φαιήκων βητάρμονες, ὅσσοι ἄριστοι,
Παίσατε. —

Verum age, quotquot Phæacum optimi estis saltatores, ludite.

XXVIII. Imo construitur cum plurali δεῦτε ipsum singulare, apud Hom. Od. Θ. v. 11.

Δεῦτ' ἄγε, Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες.

Huc age, Phæacum doctores et principes.

XXIX. Quamvis ἄγε cum omnibus personis utriusque numeri possit construi, non tamen necesse est, ipsum servare terminationem numeri singularis: ut enim dicimus: ἄγε, σκέψασθε, et ἄγε δὴ, σκεψώμεθα, ita et dicitur: ἄγετε, σκέψασθε, et ἄγετε, σκεψώμεθα. Exemplum suppeditat Homerus Il. Η. v. 194.

Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήϊα τεύχεα δύω,
Τόφρ' ὑμεῖς εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.

Verum agite, dum ego bellica arma induam, interim vos supplicamini Jovi Saturnio regi. Ubi verbi naturam servare potest, ut ἄγετε, εὔχεσθε, perinde sit atque ἴτε καὶ εὔχεσθε. Sed manifeste particula est, quando sequitur prima pluralis, ut apud eundem Il. Ι. v. 26 et 700. et Ξ. v. 74.

Ἀλλ' ἄγετ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες.

XXX. Particula ΦΕ'ΡΕ usum ac potestatem habet eandem, ac particula ἄγε. Tantummodo pluralis formæ φέρετε, ut τῦ ἄγετε, nulla habeo exempla. Primo, si quis se ipsum excitat, adhibet φέρε cum prima persona singulara subjunctivi, cujus exemplum est apud Aristoph. in Vesp. v. 901.

Φέρε νῦν ἅμα τήνδ' ἐγχεάμενος κἀγὼ ῥοφῶ.

Agedum, simul hanc infundam et ego, atque sorbebo. Frequentissime consequitur aoristus α'. subjunctivi. Aoristum β'. tunc habere locum censeo, ubi verbum in aoristo α'. non usitatum est, ut apud Aristoph. in Pace v. 360.

Φέρε δὴ, κατίδω, ποῖ τὺς λίθυς ἀφέλξομεν.

Age jam, dispiciam, quorsum hos lapides dimoveamus. Servat quo-

Digitized by Google

que constanter formam singularis, etiamsi plures excitantur. Sic cum prima pluralis construit Plat. in Euthyphr. pag. 7. Φέρε δὴ, ἐπισκεψώμεθα, τί λέγομεν. *Agedum, disquiramus, quid dicamus.* Et Demosth. adv. Leptin. pag. 369. Φέρε δὴ, κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν. *Agedum, et illud inquiramus.* Cum secunda plurali construit Demosthenes de Rhod. Libert. pag. 81. Φέρε γὰρ, πρὸς θεῶν σκοπεῖτε. *Agedum enim, per Deos considerate.* Sæpe autem post Φέρε sequitur καί; ut apud Diog. Laërt. lib. III. pag. 217. Φέρε καὶ περὶ τούτων διαλάβωμεν. *Age et de his videamus.*

XXXI. Ex imperativo quoque facta particula ἼΘΙ hortativa, etiam quando cum secunda persona singularis construitur, ut in illo Homeri Il. Β. v. 8.

Βάσκ', ἴθι, οὖλε Ὄνειρε, θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Vade, age, perniciosum somnium, ad celeres naves Achivorum. Cum prima persona aoristi α. subjunctivi construit Plato in Philebo paulo post principium [T. IV. p. 209. ed. Bip.]: Ἴθι δὴ, πρὸς τούτοις διομολογησώμεθα καὶ τόδε. *Age vero, præter hæc etiam illud mutuo assensu statuamus.* Ita ex Platonis Gorgia Thom. Mag. pag. 891. Ἴθι δὴ, καὶ τόδε ἐπισκεψώμεθα. *Agedum et illud disquiramus.*

XXXII. Imperativus εἰπὲ numeri singularis formam servat, etiam quum plures compellantur. Hoc in casu puto, non ἁπλῶς notare *dicite*, λέγετε aut εἴπατε; sic enim nuda esset imperandi forma et notio absque exhortatione: verum poni pro ἄγε, εἴπατε, ita ut simul imperet et impellat; atque hoc modo particulæ naturam induens sustentat utriusque potestatem et officium. Vide sis Aristoph. in Acharn. v. 318.

Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται;

Ecce, alloquitur *populares*, et dicit, *dic mihi, quid parcimus lapidibus?* pro *Agedum, dicite.* Sic εἰπὲ et verbi significationem retinet, et particulæ potestatem una cum natura, quæ flexione est invariabilis, assumit: neque enim solum sufficit ἄγε, nisi εἴπατε intelligatur: neque εἴπατε, quia hortamentum abest.

XXXIII. E præpositionibus cum suo regimine particularum naturam induentibus, primo loco notanda est ἈΝΘ' ὯΝ, quæ constat ex præpositione ἀντὶ vicem vel remunerationem significante, et genitivo plurali relativi, neque semper particulæ vicem explet, quia sæpe reddi potest: *pro quibus.* Sed tum demum fit particula, quando nihil præcedit, ad quod ἀνθ' ὧν referatur, vel potius factum remunerandum aut puniendum sequitur, ut plerumque, vel præcedit. Sic in Act. Apost. cap. XII. comm. 23. Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ. *Statim ipsum percussit angelus Domini, pro eo quod non tribuerat gloriam*

Digitized by Google

Deo, et apud Ælian. V. H. lib. XIII. cap. 28. Ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν. *A canibus est laceratus fugæ supplicium luens.* Hinc usum accepit αἰτιολογικὸν, non tamen plenissimam potestatem; ut γὰρ vel ὅτι, quod in genere omnem causam, unde unde petitam, indicat; at ἀνθ' ὧν peculiarem tantum eam, quæ ex meritis nascitur, quo facit locus ex Actis Apost. modo notatus, ubi ἀνθ' ὧν reddi potest *quia, quoniam:* sed tutius, et particulæ naturæ convenientius tamen *pro eo quod.* Ubi igitur ἀνθ' ὧν præfigitur facto, commode redditur *quia:* ubi vero præfigitur supplicio, vel remunerationi, potius est concludentis nota, redditurque *quare, quamobrem, quocirca,* ut apud Lycurg. Orat. adv. Leocr. c. 18. ubi recitata jurisjurandi formula, ait: si Leocrates juravit, manifesti perjurii reus est, neque tantum in vos injurius, sed etiam in deos impius fuit: Εἰ δὲ μὴ ὀμώμοκεν, εὐθὺς δῆλός ἐστι παρεσκευασμένος οὐδὲν (f. μηδὲν) ποιήσειν τῶν δεόντων· ἀνθ' ὧν δικαίως ἂν αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τιμωρήσησθε. *Sin non juravit, eo ipso palam est, ita se jam a principio paravisse, ut nihil facturum eorum, quæ facere oportet: quare jure ipsum pro causa deorum supplicio afficiatis.* Ita concludit salutis nostræ assertor, Christus, in Evang. Luc. c. XII. comm. 3. Nihil, inquit, est opertum, quod non in lucem sit proditurum: ἀνθ' ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσονται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμιείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων. *Quocirca, quæcunque in tenebris dixeritis, in luce audientur: et, quod in aurem in penetralibus locuti fueritis, prædicabitur in tectis.* Ubi manifeste particula est; frustra enim ad verbum reddideris *pro quo*, vel, *pro eo quod.*

XXXIV. ἘΦ' ὯΙ cum particulæ naturam induit, significat *ea conditione ut,* Construitur cum *futuro.* ut ap. Thucyd. Σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. *Ea lege fecerunt inducias, ut captivos reciperent.* Item cum infinitivo, at apud Xenoph. lib. VI. Hist. Gr. pag. 593. Ἐψηφίσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τούς τε ἁρμοστὰς ἐκ τῶν πόλεων ἐξάγειν, τά τε στρατόπεδα διαλύειν. *Decreverunt Lacedæmonii accipere pacem his conditionibus, ut et præfectos ex urbibus educerent, et exercitus dimitterent.* Et de Agesil. pag. 665. init. Πῶς ἂν οὗτος ἐθέλοι τὰ ἀλλότρια ἀποστερεῖν, ἐφ' ᾧ κακόδοξος εἶναι; *Quomodo ille velit aliena rapere ea conditione, ut male audiat?* Sic et ἐφ' ᾧ μή. v. c. Xenoph. lib. IV. de Exp. Cyr. pag. 321. Οἱ δ' ἔφασαν ἀποδώσειν, ἐφ' ᾧ μὴ καίειν τὰς κώμας. *Illi vero dicebant, se reddituros ea conditione, ne vicos exurerent.* Cum aoristo ά. construit Apost. Paulus scribens Philippensibus c. III. comm. 12. Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. *Non quod jam consecutus sum, aut jam perfectus, sed persequor, si forte prehendam, qua conditione a Christo Iesu comprehensus sum.* q. d. Ea lege me Christus comprehendit, ut omni ratione id persequar. Cum futuro indicativi, et, quod non admodum frequens, ubi narratur res præterita, apud Thucyd. lib. IV. c. 30. Εἰ βούλοιντο ἄνευ κινδύνου τοὺς ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρας σφίσι τά τε ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς κελεύειν παραδοῦναι, ἐφ' ᾧ φυλακῇ τῇ μετρίᾳ τηρήσονται. *Si vellent imperare militibus in insula, ut*

Digitized by Google

sine periculo et arma et se ipsos tradant ea conditione, ut modica custodia servarentur. Nisi potius dicamus, ἐφ' ᾧ retinere naturam relativi, ita ut conditio non sequatur, ut in ἐφ' ᾧτε, sed præcedat, nec modica custodia deditionis sit conditio, contra deditio custodiæ modicæ: et tum non reddendum, *ea conditione ut*, sed *qua conditione.* Cum subjunctivo, adjecto ἂν, construi, liquet et Xenoph. Memorab. lib. I. pag. 730. Πότερον, ὅτι τοῖς μὲν λαμβάνουσιν ἀργύριον ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀπεργάζεσθαι τοῦτο, ἐφ' ᾧ ἂν μισθὸν λαμβάνωσιν. *Utrum, quod illis, qui pecuniam accipiunt, necesse sit præstare id. qua conditione mercedem accipiunt.*

XXXV. At ἐφ' ᾧτε infinitivum postulat. Xenoph. de Exp. Cyri lib. VI. pag. 390. Δέξιππον δὲ αἱρεθέντα οἶδα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἄρχειν τῆς πεντηκοντόρου, ἣν ᾐτησάμεθα παρὰ Τραπεζουντίων, ἘΦ' ᾯΤΕ πλοῖα συλλέγειν, οἷς σωζοίμεθα. *Dexippum vero electum ab exercitu scio, qui imperaret actuariæ navi quinquaginta remorum, quam a Trapezuntiis petieramus, ea lege, ut cogeret naves, quibus servaremur.*

XXXVI. Cum futuro quoque infinitivi construitur, ut apud Xenoph. lib. III. Hist. Gr. pag. 502. ubi Tithraustes Timocrati aurum tradit, jubetque illud dare præfectis urbibus, ἐφ' ᾧτε πόλεμον ἐξοίσειν πρὸς Λακεδαιμονίους. *ea conditione, ut bellum Lacedæmoniis facerent.* Aoristus α. infinitivi sequitur apud eundem lib. II. pag. 462. Αἱρεθέντες, ἐφ' ᾧτε ξυγγράψαι νόμους. *Electi ea conditione, ut leges conscriberent.*

XXXVII. Vox composita ΚΑΘΟ' ex præpositione κατὰ significante *secundum*, et relativo ὃ, qua forma dicitur παρὸ et διὸ, proprie notat *secundum quod*, et potestate est limitativa; atque ita aut parum, aut nihil differt ab ὅπῃ, de quo supra diximus.

XXXVIII. Quod igitur attinet ad primitivam particulæ potestatem, indicat totius limitatam partem, idque propter ὃ, relative. Limitatio autem non uno modo instituitur. Vel limitari potest species, ut cum dicimus καθὸ ἄνθρωπος, *quatenus homo;* vel limitatur modus, ut in ep. ad Rom. cap. VIII. comm. 26. Τὸ γὰρ, τί προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. *Nam, quid precemur, secundum quod decet,* h. e. *quomodo decet, nescimus.*

XXXIX. Adjecta particula ἂν pro vi ἀοριστολογικῇ limitationem laxat, ut cum dicimus, καθὸ ἂν βούληται. *Utcunque voluerit.* Pro ἂν ex stylo novi Testamenti dicitur ἐὰν, quemadmodum legimus ὃ ἐὰν, ὅπου ἐὰν, pro *quicunque, ubicunque.* Sic καθὸ ἐὰν dixit Apostolus scribens in posteriori ep. ad Corinth. c. VIII. comm. 12. Καθὸ ἐὰν ἔχῃ τὶς, εὐπρόσδεκτος· οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. *Secundum quodcunque,* h. e. *prout quis habet, acceptus est; non prout non habet.*

XL. Limitationem quoque vagam reddit particula τι addita, estque hujus ΚΑΘΟ'ΤΙ commodus usus in rebus eventum nondum

Digitized by Google

sortitis, ut apud Thucyd. lib. IV. c. 118. Ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καθότι ἔσται ἡ κατάλυσις τοῦ πολέμου. *Consilia conferre, qua maxime ratione bellum componi possit.*

XLI. Ut καθὸ, ita καθότι causam designare potest, quatenus κατὰ, *secundum*, etiam convenientiam notat, quæ est inter causam et effectum. Exemplum est in Evang. Luc. c. I. comm. 7. Καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισαβὲτ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. *Nec illis erat proles, quandoquidem Elisabet erat sterilis, et uterque provectus ætate.* Convenientia apparebit clarius, si, mutata loquendi forma, dicimus: κατὰ τὸ τὴν Ἐλισαβὲτ στεῖραν εἶναι, καὶ ἀμφοτέρους προβεβηκότας εἶναι.

XLII. Ut καθὸ qualitatem, ita καθόσον quantitatem limitat, consistente vi limitandi in κατὰ, quantitatis notione in ὅσον. ut apud Plat. in Phæd. pag. 64. extr. Οὐκοῦν ὅλως δοκεῖ σοι ἡ τοῦ τοιούτου πραγματεία, οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ, καθόσον δύναται, ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι; *Nonne ergo videtur tibi hujusmodi hominis cura versari, non circa corpus, sed in eo, ut illam avocet et ad animam convertat?* Locutio est elliptica, suppresso κατὰ τοσοῦτον, ut κατὰ τοσοῦτον ἀφεστάναι, καθόσον δύναται. Et, Κατὰ τοσοῦτον ἀπειργασάμενος, καθόσον ἦν δυνατόν. Plenam orationem habet Lysias a Budæo excitatus pag. 130. Καθόσον ἕκαστος οἷός τ' ἦν, κατὰ τοσοῦτον ἐβοήθει. *Prout quisque poterat, tantam opem ferebat.* In his et similibus commode redditur *quatenus*.

XLIII. Etiam κατὰ plurali ἃ jungitur, sed affixo περ, ut fiat compositum καθάπερ, in quo κατὰ limitat, ἃ ἀναφορικῶς constituit limitationis materiam, et περ sapit nativam indolem, augendo et amplificando τὴν ὁμοίωσιν, quem usum fere præstat totum καθάπερ. Dicitur autem pro κατὰ ταῦτα ἅπερ. Exemplo sit illud Platonis in Conviv. pag. 173. [T. X. p. 166. ed. Bip.] Καί μοι ὡμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. *Et mihi confitebatur, plane ut ille narraverat.* i. e. convenienter omnibus, quæcunque ille narraverat. Et epist. V. in principio: Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα, καθάπερ ἐπέστελλες, τῶν σῶν ἐπιμελούμενον, περὶ ταῦτα διατρίβειν. Pro κατὰ ταῦτα, ἃ ἐπέστελλες. *Euphræo fui auctor, ut, qui curam rerum tuarum suscepit, in ea perseveret, plane ut mihi scripsisti.*

XLIV. Ut aurem ὡς, ita et καθάπερ significat *utpote*, qui usus nascitur ex limitatione, quæ certis finibus circumscribit ac terminat, utrum quid fieri possit, aut non possit; liceat, aut non liceat: vide Plat. ep. VIII. pag. 356. Βασιλέα δὲ τῶν τοιούτων δικῶν μὴ ἐξεῖναι δικαστὴν γίγνεσθαι, καθάπερ ἱερέα, καθαρεύοντα καὶ δεσμοῦ καὶ φυγῆς. *Regi vero talibus judiciis interesse, nefas, utpote sacerdoti* (proprie *secundum id, quod sacerdos est) qui purus esse debet a vinculis et exilio.* Convenit hic *utpote*, quippe paulo ante sacrorum ac religionis summam auctoritatem penes regem esse voluerat.

XLV. Adjicitur et particula εἰ, et una voce effertur scribiturque

Digitized by Google

καθάπερεὶ, quæ vocula adjecta addit aliquam conditionis notam, rursus non sine ellipsi. E. g. dicit Plato, sive is potius fuerit Dio, scribens ad Perdiccam Macedonum regem, quæ epistola invenitur inter Platonicas numero quinta, pag. 321. Ἔστι γὰρ δή τις φωνὴ τῶν πολιτειῶν ἑκάστης, καθαπερεί τινων ζώων. *Est enim vox aliqua singularum civitatium, plane ut quorumdam animalium.* Quod si post εἰ in καθαπερεὶ intelligimus ex præcedentibus repetitum, φωνὴ ἐστι, plenior erit oratio: κατὰ ταὐτὰ, καθ' ἃ φωνή ἐστι ζώων τινῶν, vel καθ' ἃ ἂν εἴη.

XLVI. Occurrit in Novi Fœderis paginis καθὼς pro καθὸ vel καθάπερ, quod dubito an antiqua admittat Græcia: non enim solent præpositiones componi cum adverbiis. Mœris tamen sine ulla dubitatione scribit: Καθότι, Ἀττικῶς· καθὼς δὲ Ἕλληνες. Pro καθὸ invenitur in ep. Petri poster. cap. I. comm. 14. Ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι. *Propinqua est tabernaculi mei destructio, sicut significavit mihi Dominus noster Iesus Christus.* Et ep. poster. ad Cor. cap. VIII. comm. 15. Καθὼς γέγραπται. *Sicuti scriptum est.* Limitat modum in ep. poster. ad Timoth. cap. III. comm. 1. Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς. *Ut doctrina Domini propagetur, et illustretur eodem modo, quo et apud vos.*

APPENDIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

I.

DE PARTICULARUM LINGUÆ GRÆCÆ SERIE ET COGNATIONE UNIVERSA.

1. *Particulæ* sensu latiore dicuntur voculæ inflexibiles linguarum, quo sensu nomen illud adverbia, præpositiones, conjunctiones, et interjectiones complectitur. Proprie autem et speciatim Particulæ sunt eæ, quæ alias *conjunctiones* dicuntur, i. e. voculæ inflexibiles, quæ vel ipsam enuntiationum *separatim* et per se spectatarum formam designant, vel relationem, quæ inter duas vel plures enuntiationes intercedit, significant.

2. Quum *separatim* spectantur enuntiationes, vel *qualitas* earum, vel *quantitas*, vel *relatio* inter subjectum et prædicatum, vel denique *modus*, quo prædicatum subjecto tribuitur, considerari potest.

3. Quum igitur *qualitatis* ratio habetur, enuntiatio est vel affirmativa s. aiens, vel negativa. Et enuntiatum quidem simpliciter affirmans non eget particula. Negativa autem enuntiatio utitur particula οὐ vel οὐκ, e. c. θεὸς οὐκ ἐστὶ κακός.

4. Affirmationis tamen vis vel augeri potest, vel extenuari. Et *augetur* quidem vis affirmationis particulis ἀτεχνῶς, ἐτεὸν, ἦ, μὴν, πάνυ; denique jurandi particulis νὴ, aut ναὶ μά.

'Ατεχνῶς proprie significat, nos serio et sine fallacia aut simulatione rem affirmare. Inde fit, ut respondeat Latinorum *revera*, *prorsus*, Germanorum autem *wahrhaftig*. e. c. θεῖος εἶ περὶ τοὺς λόγους καὶ ἀτεχνῶς θαυμάσιος.

Simile est ἐτεόν· ut quum dicitur παραφρονεῖς ἐτεόν. Differt tamen utrumque, quod ἐτεὸν etiam interrogationibus adhibetur; ἀτεχνῶς non item.

Ad vim affirmandi augendam interdum præponitur ἦ· ut in Homeri versiculo ἦ δὴ λοίγια ἔργα. *Sane hoc damno sum est inceptum.*

Idem præstat particula μὴν, quæ tamen non initium facit sententiæ, sed semper verbo cuidam postponitur; ut σοφὸς μὴν ὁ τοιοῦτος. *Sapiens profecto talis est.*

Utraque particula fortius etiam asseverat conjuncta ἦ μὴν, ut Germani dicunt: *Gewiss und wahrhaftig.*

Digitized by Google

Apud poëtas quoque περ adhibetur ad vim affirmationis intendendam. Significat autem *valde*, et magis afficit prædicatum sententiæ quam copulam, quæ Logicis dicitur. Ut apud Homerum: *σοι αἶσα μίνυνθά περ, tibi ævum est valde breve.*

Πάνυ cum verbis, adjectivis et adverbiis conjunctum asseverat. Sic *πάνυ σφόδρα, admodum vehementer; πάνυ δέομαι, etiam atque etiam peto.*

Νὴ et *ναὶ μὰ* jurandi particulæ sæpe adduntur affirmationibus, ut *νὴ Δία, νὴ τὼ Θεώ, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον.*

5. Quum autem extenuatur vel imminuitur affirmandi vis, vel *simpliciter* imminuitur adjectis particulis *ἄν*, vel *τάχα*, vel *πως*; vel etiam *gradus* imminutionis notatur, ita ut vel multum, vel parum abesse ad affirmandi potestatem dicamus.

Si multum abest, adhibetur particula *σχολῇ, vix (kaum)*. Si parum, ponitur *μόνον οὐ*, vel *μόνον οὐχί, pæne, tantum non (beynahe)*.

6. Negandi vis augetur et intenditur particulis *οὐδαμῶς, οὐ πάνυ*, item jurandi particula *μὰ* (ut *μὰ Δία, μὰ τὸν κύνα*) in qua *οὐ* vel diserte additur, vel intelligitur.

Extenuatur autem dubitandi formulis, in quibus ponitur *μὴ*, præmissis timendi verbis, ut *φοβοῦμαι μὴ, δέδια μὴ* etc.

7. Utramque tam affirmandi quam negandi vim confirmat particula *γε*, *sane, scilicet (freylich, wohl)*. Sic *πάνυ γε, σφόδρα γε, καλῶς γε, οὐδαμῶς γε, οὐ πάνυ γε* dicitur.

8. Si de *quantitate* enuntiationum vel ambitu quæritur, vel *universales*, vel *particulares*, vel *singulares* sunt; quæ tamen differentia non est ejusmodi, ut particulis proprie sic dictis notetur.

9. Fieri tamen potest, ut universalitas affirmationis ad certam conditionem restringatur. Id significatur particula *ἄτι*, *quatenus*.

10. Deinde certa res, aut singularis aliquis casus potest excipi, quo minus aliquid de omnibus valeat. Ejusmodi exceptio sæpe particula *πλὴν* designatur, e. c. *πάντες, πλὴν ἑνός.*

Exceptionem firmat particula *γε*, quæ tum vertitur Latine *saltem, certe*, Germ. *wenigstens*. E. C. *εἰ μὴ πάντες, ἀλλὰ μέρος γε.*

11. Sequitur ea enuntiationum diversitas, quæ ex *relatione* inter *prædicatum* et *subjectum* oritur, unde sunt vel categoricæ, vel hypotheticæ, vel disjunctivæ.

12. Hypotheticæ enuntiationis pars antecedens notatur particulis *εἰ*, vel *ἐὰν*, vel *ἄν*. Sic: *Εἴ εἰσι βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί.* Sed inter *εἰ* et *ἐὰν* hoc interest, quod *εἰ* solum conditionem logicam, sine respectu ad tempus notat; *ἐὰν* vero respicit temporis consequutionem, adeoque

Digitized by Google

non intellectum solum attingit, sed usum quoque rerum et experientiam supponit. Hoc acute exposuit Hermannus in notis ad Vigerum pag. 794. " Εἰ particula est plane logica et quæ simpliciter ad cogitationem refertur. Ἐὰν autem ad experientiæ significationem adhibetur. Dicere licet: Εἰ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί, non ἐὰν ὦσι βωμοί. Rem comparatione exemplorum illustrabo. Εἰ τοῦτο γίνεται significat: *Sumo hoc fieri, utrum possit fieri vel futurum sit, nec ne, nihil curo.* Εἰ τοῦτο γένοιτο, *sumo hoc fieri, et fieri posse, vel futurum esse credibile est.* Εἰ τοῦτο ἐγένετο, cum indicativo præteriti, *sumo hoc fieri, sed fieri non potest, vel non est futurum.* Ἐὰν τοῦτο γένηται, *sumo hoc fieri, et potest omnino fieri, sed utrum vere futurum sit, nec ne, id nescio, verum experientia cognoscam.*"

Hypotheticis enuntiationibus cognatæ sunt optandi formulæ, quibus adhibentur particulæ εἰ, εἴθε. (αἰ, αἴθε.)

Quum hypothesi affirmanti opponitur negativa, dicitur εἰ, sequente εἰ δὲ μή, vel ἄν, sequente ἂν μή, vel ἐάν, sequente ἐὰν δὲ μή.

13. Disjunctio enuntiationum notatur particula ἢ — ἤ. E. c. ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι.

Si disjunctio tantum sit hypothetica, notetur per εἴτε — εἴτε, *(sive hoc sive aliud.)*

Si disjunctionis omnia membra removenda sunt, adhibetur οὔτε — οὔτε, e. c. οὐδείς, οὔτε θεῶν, οὔτ' ἀνθρώπων.

14. Quod denique ad modum attinet, quo prædicatum subjecto tribuitur, de iis enuntiationibus, in quibus simpliciter asseritur, aliquid aut esse aut non esse, nihil necesse est dicere. Eæ autem, quibus aliquid vel posse fieri, vel necessario fieri, dicitur, particulis quibusdam designantur. Et illas quidem enuntiationes logici *problematicas*, has *apodicticas* nominant.

Problematicis igitur, s. potentialibus enuntiandi formulis inservit particula ἄν. Sic λέγοι ἄν τις, *dicere aliquis possit.* οὐκ ἄν ποτ' εὕροιμι, *nunquam invenire possim.*

Et in his quidem sæpe adjicitur nota indefiniti vel modi, vel loci, vel temporis. Indefinitum modum significat πως, locum πυ, tempus ποτέ.

Necessitas rei in enuntiationibus apodicticis non particulis, sed aliis loquendi formulis exprimitur.

15. Hactenus de enuntiationibus simpliciter spectatis.

Sequuntur enuntiationes inter se compositæ, earumque multiplex relatio.

16. Hic primum enuntiationes inter se simpliciter copulantur. Huic copulæ significandæ adhibentur particulæ καί, μὲν et δέ, ἄλλως τε καί. Et καὶ quidem nihil aliud significat quam duas enuntiationes deinceps poni inter se connexas. Μὲν et δὲ simul diversitatem notant, arctiusque utramque enuntiationem inter se vinciunt. Ἄλλως τε καὶ significat aliquid generatim quidem verum esse, maxime

Digitized by Google

autem certa in re valere. Itaque respondet Latinorum formulæ *quum alias tum præsertim in hoc;* sæpeque tantum vertitur *præsertim.*

17. *Discrimen,* vel *oppositionem* adeo duarum enuntiationum notant particulæ ἀλλὰ et δὲ, quæ propterea vel adversativæ vel discretivæ appellantur.

18. *Comparandis* enuntiationibus inserviunt ὡς et εὖτε.

19. Consequutionem notant particulæ αὖ, αὖθις, αὖτε, πάλιν, sic ut simul actus repetitionem designent. Ἐπεὶ significat actum præcedentem; εἶτα δὴ, consequentem. Temporis in consequutione limitem notant ἕως, ἄχρι, μέχρι.

20. Rationem et causam rei significant ἅτε, γὰρ, ἐπεὶ, ὅτε, ὅτι.

21. Finem s. causam, quam dicunt finalem, ἵνα, ὅπως, ὄφρα, ὡς, ὥστε.

22. Conclusionem in ratiocinando significant ἄρα, οὖν, οὐκοῦν, νυν enclitica.

23. Concessivæ sunt particulæ μὲν, περ.

24. Effectum vero, qui non obstante quocunque alio, seu concessis quæ opponebantur, tamen evenire dicitur, designant ἔμπης et ὅμως.

25. Hactenus de significatione particularum græcæ linguæ, quibus in omni oratione locus est, sive sit perpetua, sive inter colloquentes partita. Sed sunt aliæ quædam, quæ colloquiis sive veris sive fictis inserviunt.

Hic primum locum obtinent interrogatoriæ, ut ἆρα, μῶν, μὴ, πῆ, πῶς, cet.

Deinde responsoriæ, vel affirmativæ, ut ναὶ, vel negativæ ut οὐκ.

Denique eæ, quæ colloquentem excitant, ut δὴ, δῆτα.

26. Quum autem plures particulæ aggregantur, vel deinceps ponuntur, non abjicitur propria simplicium particularum significatio, sed singulæ suum sensum servant, etiamsi Latine aut Germanice non semper ad verbum omnes reddantur. Sic in πάνυ μὲν οὖν, πάνυ est affirmativum, μὲν concessivum, οὖν conclusivum.

Quare qui simplicium particularum vim recte assequutus sit, non hærebit in compositis, modo illud etiam teneat, sæpe fieri, ut quædam particulæ respiciant brevem quandam sententiam, non disertis verbis enuntiatam, sed, quia facile intelligitur, suppressam.

Digitized by Google

II.

SPICILEGIUM OBSERVATIONUM DE SINGULIS QUIBUSDAM PARTICULIS.

Ad pag. 27. §. 6. Nunquam in Ἄλλως τε καὶ, ubi *præsertim* notat, omitti posse τὸ καὶ, nuper etiam Hermannus docuit ad Viger. pag. 760. Idem tamen locum excitavit e Sophoclis Œd. Rege v. 1110. ubi ponitur ἄλλως τε; sed ibi significat *ac præterea*.

ad. p. 75. §. 3. μάλ' αὖθις est *iterum profecto*. Aristoph. Nub. 670. ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον: *ecce iterum profecto aliud hoc a te peccatum.* poniturque, ubi aliquid iterum fieri vix credibile erat, aut ubi cum vi et asseveratione dicitur αὖθις.

ad p. 77. §. 11. Αὖθις (ut αὖ) interdum pro δὲ positum respondere præcedenti μὲν notavit Hermannus ad Viger. pag. 761. exemplo usus Sophocleo ex Antig. 165. ubi post τοῦτο μὲν sequitur τοῦτ' αὖθις. Idem sic etiam αὖτε poni observavit, ut Homer. Odyss. XXII. 5. οὗτος μὲν — νῦν αὖτε.

ad p. 82. §. 1. Αὐτίκα sane quidem interdum præsentem rem significat, sed parum duraturam. Acute Hermannus ad Vig. pag. 761. inter hæc tria, τὸ νῦν δεινόν, τὸ παρὸν δεινόν, et τὸ αὐτίκα δεινόν, sic distinguit. " Τὸ νῦν δεινὸν significat malum nunc præsens, quum de eo loquimur. Τὸ παρὸν δεινὸν malum aliquo tempore præsens, quandocumque illud tempus sit, et ita quidem, ut non indicetur, utrum mutabile et brevi transiturum, an duraturum sit malum, ut τὸ παρὸν κακὸν θεραπεύειν. — Τὸ αὐτίκα vel τὸ παραυτίκα δεινὸν malum aliquo temporis momento præsens, sed non duraturum, immo cito transiturum. Euripides Suppl. 414. ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν, εἰσαῦθις ἔβλαψε. *qui nunc comis est et blandus, mox nocet.*"

ad pag. 155. §. 21. Optandi vim particulæ ΕΙ a nobis assertam egregie confirmat phrasis Homerica εἴ ποτ' ἔην γε, in cujus interpretatione omnes quos vidi interpretes, nuper etiam Heynius V. C. hæserunt. Itaque omnes Homeri versiculos, ubi ista loquutio occurrit, excutiamus.

Primum Helena his verbis utitur Agamemnonem conspicata Iliad. III. 180.

Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔην γε.

Levir autem erat meus, impudentis mulieris, utinam adhuc esset, aliquando certe fuit. Nempe εἰ dicitur pro *utinam* cum ellipsi verbi ἔσκε e proxime præcedentibus facile intelligendi. Itaque Eustathius οἱονεὶ

Digitized by Google

λέγουσα, ὡς οὐ νῦν ἐστιν, ἀλλά ποτ' ἦν; hactenus recte; nisi quod non ostendit, quomodo significatio ὡς οὐ νῦν ἐστιν lateat in verbis εἴ ποτ' ἔην γε. Hanc autem subesse facile perspicitur, si particulam εἰ pro *utinam* cum ellipsi vel aposiopesi positam sumamus. Itaque sic interpungenda sunt verba:

Εἴ· — πότ' ἔην γε.

Qui vertunt, *si quidem unquam fuit*, ridicule vertunt, quasi Helena potuisset dubitare, an unquam Agamemnon mariti sui frater fuisset. Nec melius Clarkius: *Si quidem meminisse fas sit;* vel *si unquam digna eram, quæ isto nomine vocarer;* et hoc quidem eo ineptius, quod trahi posset ad κυνώπιδος, prima persona verbi ἔην, quæ sine dubio hic est tertia. Dammius vertit: *quum olim essem quidem*, quo nihil est jejunius; certe debebat vertere *quum olim esset quidem;* nec tamen ἄποτε unquam potest pro ὁπότε poni. Ad sensum optime vertit Vossius noster:

Schwager mir war er vordem, der schändlichen:
Ach! er war es!

Iliad. Λ. 761. Nestor exclamat:

ὣς ἔον, εἴ· — πότ' ἔην γε, μετ' ἀνδράσιν!

Adeo fortis eram, (utinam adhuc esse possim;) aliquando certe fui inter viros. Quod hic brevius effert Nestor, idem plenius enuntiat his verbis v. 667. sqq.

οὐ γὰρ ἐμὴ ἲς
ἔσθ', οἵη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.
εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη,
ὡς ὁπότ' Ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη —

Il. Ω. v. 426.

ἐπεὶ οὔποτ' ἐμὸς παῖς, εἴ· — πότ' ἔην γε!
λήθετ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν·

quandoquidem nunquam meus filius, utinam esset, sed aliquando certe fuit, (vel: *utinam eum haberem adhuc; habui certe olim*) *deorum oblitus est.*

Odyss. Τ. v. 314.

ἐπεὶ οὔτοι σημάντορές εἰσιν ἐν οἴκῳ,
οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, εἴ· — πότ' ἔην γε!

Ridicule hoc vulgo vertunt: *si quidem unquam fuit*, quasi eum fuisse dubitari posset. Vertendum igitur est: *nequaquam sunt hodie*

Digitized by Google

rectores in ædibus, qualis Ulysses inter viros erat; (utinam adhuc esset; certe aliquando fuit!)

Odyss. Ω. v. 287. Laërtes dicit:

Πόστον δὴ ἔτος ἐστὶν, ὅτε ξείνισσας ἐκεῖνον
σὸν ξεῖνον δύστηνον, ἐμὸν παῖδ᾽, εἴ· — πότ᾽ ἔην γε,
Δύσμορον —

quotus jam annus est, ex quo hospitio excepisti illum, hospitem tuum infelicem, filium meum, (utinam eum haberem, habui quidem certe) infortunatum.—Nempe persuaserat sibi Laërtes, filium suum non amplius vivere, quod sequentia verba declarant. Optime hunc usum verborum εἴ· — πότ᾽ ἔην γε locus apud Terentium in *Heautontimorumeno* I. 1. 41. sqq. illustrat, ubi Menedemus

filium, inquit, *unicum adolescentulum*
habeo. Ah quid dixi habere me? immo habui, Chreme!
Nunc habeam, nec ne, incertum est.

Eodem modo εἴ ποτ᾽ ἔην sine γε usurpatur: Odyss. XV. 266. illustrat, ubi Telemachus ait:

πατὴρ δέ μοι ἐστὶν Ὀδυσσεὺς,
εἴ· — πότ᾽ ἔην· νῦν δ᾽ ἤδη ἀπέφθιτο λυγρῷ ὀλέθρῳ.

Pater mihi est Ulysses; utinam esset; fuit aliquando, debebam dicere, nunc vero tristi morte periit.

Ceterum hanc meam hujus formulæ explicationem probatam esse Viro doctissimo in censura Heynianæ Iliados editionis, quæ inserta est *Allgemeine Literatur-Zeitung* ann. 1803. Vol. II. pag. 335. eo majore cum voluptate cognovi, quo plus ei ex illius consensu et auctoritate roboris accessit.

ad p. 195. §. 3. Constructionem particulæ ἐπειδὴ cum optativo rectius explicavit Hermannus ad Viger. pag. 764. Nempe "ἐπειδὴ duobus modis construi potest cùm optativo, ut aliæ omnes similes particulæ; primo si verba continent cogitationem vel diversi hominis ab eo, qui loquitur, vel etiam ipsius loquentis, sed de qua ille, ut de aliena, loquitur; v. c. ἤθελεν εἰσιέναι, ἐπειδὴ ἀνοιχθείη, *volebat intrare, ubi apertæ essent fores;* id etiam dici potest ἤθελον, *volebam.*" [Nempe hic optativus post ἐπειδὴ sequitur, ubi in sententia antecedente, non ipsum factum aliquod narratur, sed id, quod aliquis cogitaverit futurum esse, vel facere voluerit.] "Deinde si significatur non certum tempus, quo aliquid semel factum est, sed repetitio rei fieri solitæ, quod eo fit, quia optativus cogitari aliquod e pluribus factis postulat, non illud certum, sed quodcumque velis. Ita in Platonis loco: ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη, ᾔειμεν παρὰ τὸν Σωκράτη; *ubi apertus esset carcer, introire solebamus ad Socratem.*" Idem recte

docuit, in particula ἐπὰν iisdem causis regi constructionem cum indicativo et cum optativo.

ad p. 378, 379. Constructionem particulæ ὅπως melius expedivit Hermannus ad Viger. pag. 767. ubi docuit, *conjunctivum* adhiberi, ubi de re præsenti sermo sit, v. c. οὐκ ἔχω, ὅπως εἴπω; *optativum*, quum res referatur ut cogitatio alterius; idque fieri maxime post præterita, quia tum optativus eo possit præteritum significare, quod indicet cogitationem rei fuisse præsentem illo tempore quod præcessit; e. c. τοῦτ' ἔπραττον, ὅπως ἀπολοίμεθα; *indicativum* futuri similiter ad rem indicandam, quæ futura cogitetur eo tempore, quod præcessit, e. c. ἕτοιμοί εἰσιν, ἔσονται, ἦσαν πράττειν, ὅπως ἔσται; *indicativum* denique præteriti, quum indicetur consilium, quod quis habuerit, nec tamen effectum reddiderit, e. c. ἐχρῆν σε Πήγασον ζεῦξαι, ὅπως ἐφαίνου τραγικώτερος, *ut magis tragicus visus esses.*

ad p. 379. §. 9. ὅπως nunquam significare i. q. οὕτως, et in illo loco Hecubæ legendum emendatius, ὁμοῖα, κισσὸς δρυὸς ὅπως, τῆσδ' ἕξομαι, bene monuit Hermannus ad Vig. pag. 768.

ad p. 433. sqq. Quamquam de particulis οὐκοῦν et οὔκουν multo melius quam alii disputavit Hoogeveenus, consulendus tamen est Hermannus ad Viger. pag. 769. qui quædam diligentius etiam et verius enucleavit. " Mirifice, inquit, perturbatus est hujus particulæ usus, ita, ut vix scias, quo te vertas. Librorum auctoritati non multum tribui potest, in tanta scripturæ varietate. Nam et sæpissime et facillime permutantur οὔκουν et οὐκοῦν. Grammaticorum autem sententia, ut mox ostendam, parum probabilis est. Hinc factum, ut recentiorum alii in interrogatione οὔκουν, alii οὐκοῦν scribere soleant. Grammaticorum sententia si vera est, mirum est οὔκουν scribi alio accentu, quam qui inest in his vocabulis si e disjunctis οὐκ ἂν contrahantur in οὐκοῦν. Contra οὐκοῦν si in interrogatione scribitur, repugnat hoc naturæ interrogationis, quæ peculiarem quemdam habet accentum, eumque in ea voce, qua res dubia continetur, ergo in priore syllaba, quæ continet negationem. Vid. quæ hac de re disputavi in lib. I. de emend. rat. Gramm. Græc. c. XIX. Porro οὔκουν quomodo, neglecta negatione, significare potest *ergo?* Non neglecta, recte potest; quia interrogatio de negando contrario probat id quod huic contrarium est, ut δεῖ ἄρα τοῦτο ποιεῖν idem est quod οὔκουν τοῦτο δεῖ ποιεῖν; Quæ quum ita sint, vereor ne deserenda sit grammaticorum sententia et sequendum id, quod rei natura pro vero habere jubet. Erit igitur οὐκοῦν idem quod οὐκ ἂν, i. e. 1.) *non ergo*: Eurip. Orest. 1606. οὐκοῦν σύ γε, *non ergo tu quidem.* 2.) *non sane.* Sophocl. Ajac. 1336.

Ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδε μοι
οὐκοῦν ἀτιμάσαιμ' ἄν.

attamen, quamvis talem se erga me præbuerit, non sane ego eum

Digitized by Google

contemnam; [ubi tamen præstat vertere *non ideo*, qua ratione hic quoque verus τοῦ οὖν in οὐκοῦν significatus tenetur.]

Sequitur οὔκουν, particula interrogationibus inserviens, id quod vel accentus indicat. Nam quum omnino in priorem syllabam Græci accentum in interrogatione retrahunt, tum ipsa interrogationis natura postulat, ut ea vox acuatur, quæ rem, de qua interrogatur, continet. Ea vox autem est οὐκ, quia de eo, an aliquid non sit, interrogatio est. Igitur οὔκουν 1.) est *nonne ergo?* Eurip. Orest. v. 1238. quum antea impensius invocati essent manes Agamemnonis,

οὔκουν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσει τέκνα;

nonne ergo, his auditis opprobriis, servabis liberos?— 2.) *nonne?* Sophocl. Ajac. 79.

οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;

[H. l. quoque, ut in ceteris ab Hermanno memoratis, οὔκουν potius est *nonne ergo*, quam *nonne* simpliciter.] Tertia hujus particulæ οὔκουν significatio, quæ *igitur* esse putatur, non est alia quam *nonne*. Verum ita sæpe adhibetur, ut commodius *igitur*, quam *nonne* verti possit; quamquam in aliis locis ne *igitur* quidem dicere licet. Hæc significationis ambiguitas, arbitror, induxit grammaticos, ut discriminis causa οὔκουν, ubi est *igitur*, scribendum putarent οὐκοῦν, ne acueretur negatio, quam putarent nullam esse. Sed errasse eos Hoogeveenus docuit in libro de particulis, quanquam non ille ita, ut exhauriret vim Græcismi. Afferam exempla primum. Sophocl. Antig. 91.

οὔκουν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

Ergo, si non amplius potero, quiescam. Plato Phædr. pag. 274. οὔκουν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι ἱκανῶς ἐχέτω, *ergo de arte et imperitia satis dictum esto.* Unum addam exemplum ex Hoogeveeno, in quo ille se mirifice torquet, Luciani in dial. mort. X. T. I. pag. 366. ubi Lampichus, omnem ornatum deponere jussus, οὔκουν, inquit, ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν. Explicatio horum exemplorum et quotquot similia occurrunt facillima est, si memineris, proprium hunc esse morem Græcis interrogationem in principio ponere, et reliqua dicere sine interrogatione. Namque uti dicunt οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὡς γενέσθω, quæ significant δρᾶσον, οἶσθ' ὅ; γενέσθω, οἶσθ' ὥς; ita iidem dicunt οὔκουν πεπαύσομαι· οὔκουν ἱκανῶς ἐχέτω· οὔκουν ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν, quorum omnium hæc vis est: πεπαύσομαι, οὔκουν; *quiescam, nonne?* ἱκανῶς ἐχέτω, οὔκουν; *satis esto, nonne?* ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν, οὔκουν; *at diadema me habere sine, nonne?* Atqui, *nonne* qui dicit, concludit ex præcedentibus. Quare sæpe perinde est, utrum sic loquatur, an *ergo* dicat. Nec tamen ubique sic est, ut in loco Luciani, ubi *ergo* adhiberi nullo pacto potest."

Digitized by Google

ad pag. 325. et 401. sqq. Discrimen particularum μὴ et οὐ multo dilucidius illustravit Hermannus ad Viger. pag. 773. sqq. " Οὐ negat rem ipsam, μὴ cogitationem rei. Hinc fit, ut οὐ absolute adhibeatur, nec pendeat ex alio vel addito vel intellecto verbo: οὐκ ἔστι ταῦτα. — Μὴ contra non aliter adhibetur, nisi aut addito, aut intellecto verbo, quo cogitatio, suspicio, voluntas significatur. Μὴ ταῦτα γένηται, scil. φοβοῦμαι. Μὴ τοῦτο δράσῃς, scil. ὅρα. Sæpius non tam verbum hujusmodi, quam cogitatio ipsa vel voluntas intelligitur. Μὴ κεῦθε, *noli celare*. Hæc differentia inter μὴ et οὐ, atque omnia ex his composita vocabula diligentissime servatur. Sed occurrunt loci, in quibus hæreas, utrum μὴ an οὐ dicendum fuerit. Illa facilia sunt ad decernendum. οὐ τολμήσεις, *non audebis*, de eo, quem scimus non ea esse audacia, ut hoc vel illud faciat; μὴ τολμήσῃς; *ne aude*, de eo, quem putamus adeo audacem esse, ut facere possit, quod priorem non facturum scimus. Quum ergo μὴ semper ad cogitationem alicujus referatur, patet primum, quare cum particulis iis, quæ conditionem aliquam exprimunt, μὴ, non οὐ jungatur, εἰ μή, ἐὰν μή, ὅταν μή, ὅτι μή. Nam hæ particulæ natura sua indicant, ponere aliquem aliquid cogitatione. Eodem modo sæpius pronomen relativum ὃς adhibetur, si in eo inesse volumus aliquam conditionem. Epictet. Enchir. 31. τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; Poterat dicere ἃ οὐκ ἔχει αὐτός, sed hoc discrimine, quod, si οὐ dixisset, sensus foret, *quæ quis non habet, quomodo ea dare potest alii? si μή, quomodo quis dare aliquid alii potest, si id ipse non habeat?* Soph. in Œd. Col. 806.

ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ
Δίκαιον, ὅστις μὴ 'ξ ἅπαντος εὖ λέγει.

Ita ibi legendum; abest in libris μή. *Neminem ego novi justum virum, nisi qui omnino æqua dicat.* Deinde μὴ frequentissime jungitur participiis, quod ubi fit, sensus proprie est, *si quis sit ejusmodi*. Perspicuus in hanc rem Sophoclis locus est in Œd. Col. 1154.

δίδασκέ με
ὡς μή εἰδότ' αὐτὸν μηδέν, ὧν σὺ πυνθάνει.

doce me, quasi si nihil istorum sciam. ——"

" De usu particularum μὴ et οὐ in oppositione negationum et affirmationum Hoogeveenus multa falso tradidit, ut μὴ negare partem, οὐ totum, et quæ sunt reliqua. Omnis ista disputatio ex iis, quæ supra diximus, facile dirimi poterit. Οὐ rem ipsam simpliciter negat, μὴ ut cogitatam. Φής, ἢ οὔ; dicunt Græci, non φής, ἢ μή; Cur? Quia non solent dicere, φημὶ μὴ εἶναι τοῦτο, sed οὔ φημι εἶναι. Itaque φής, ἢ οὔ; est φής, ἢ οὐ φής; Aristophanes in Acharn. 900.

ὅτι γ' ἔστ' Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή.

Μὴ dixit, quia ὅτι præcessit, quo caussa cogitata ab aliquo indica-

Digitized by Google

tur. Si dixisset simpliciter, ἔστ' Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή, perperam dixisset, debebat enim dici ἔστ' Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσι δ' οὐκ. Epictetus in fine Enchir. Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναί με δύνανται, βλάψαι δ' οὔ. Contendit Hoogeveenus prava ista opinione, quod οὐ totum, μὴ partem neget, in errorem inductus, Epictetum, si dicere voluisset, *alios lædere possunt, me non possunt,* dicere debuisse ἄλλους μὲν βλάψαι δύνανται, ἐμὲ δὲ μή. Falsum hoc est si quidquam. Nam quis ita loquatur, οὗτος μὴ δύναται ἐμὲ βλάψαι. Hic quoque dicendum erat, ἄλλους μὲν βλάψαι δύναται, ἐμὲ δ' οὔ. Si exemplo in re aperta opus est, refellat Hoogeveenum Sophocles in Œd. Col. 836. ubi Creonti εἶργου dicenti respondet Chorus:

σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.

Ibi ex Hoogeveeni sententia dicendum erat, σοῦ μὲν μή· Ut brevi complectar, in omnibus hujusmodi exemplis μὴ spectat ad rem aliquam cogitatam. Uno utar Platonis de Rep. VI. pag. 486. ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. Si dixisset καὶ οὔ, intelligeretur κρίνων, quod absurdum foret. Μὴ autem quum dixerit, hoc indicat, *si judicare vis, quodnam ingenium ad philosophiam aptum, quodnam ineptum esse statuas.*" Hactenus Hermannus, qui eodem modo de particulis μὴ οὐ rectius disseruit.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX PARTICULARUM.

Prior Numerus Paginam, secundus Paragraphum indicat.

A.

Digitized by Google

Δ.

Digitized by Google

E.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Π.

Digitized by Google

P.

Σ.

T.

Digitized by Google

Φ.

Ω.



FINIS.

Excudebat Andreas Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographus.

Digitized by Google

BOOKS

PRINTED BY ANDREW DUNCAN,

Printer to the University of Glasgow,

AND TO BE HAD OF RICHARD PRIESTLEY, LONDON.

I.

XENOPHONTIS CYRI INSTITUTIO, Ex Recensione et cum Notis THOMÆ HUTCHINSON, A. M. Græce et Latine.

Beautifully Printed with the Greek, Latin, and Notes, on the same Page; 10s. 6d. *Boards.*

II.

P. VIRGILII MARONIS OPERA, ad Lectiones probatiores diligenter emendata, et interpunctione nova sæpius illustrata.

Neatly Printed on Fine Paper price 4s. 6d. *Boards. A Common Copy for Schools, price* 2s. 6d. *Bound.*

III.

EURIPIDIS MEDEA, Græce et Latine, ex recensione PORSONIANA.

Beautifully Printed on a small type in a 24mo *Pocket size, Price* 4s. 6d. *Boards. A Common Copy for Schools, Price* 2s. 6d. *Boards.*

In the Press.

I.

T. LUCRETII CARI DE RERUM NATURA, Libros Sex, ad Exemplarium MSS. fidem recensitos, longe emendatiores, reddidit, Commentariis perpetuis illustravit, Indicibus instruxit, et cum animadversionibus RICARDI BENTLEII, non ante vulgatis, aliorum subinde miscuit GILBERTUS WAKEFIELD, A. B. Col. Iesu apud Cantab. olim Socius, 4. Tom.

This Second Edition of WAKEFIELD'S LUCRETIUS, is printed in 8vo. *in* 4 *Volumes, enriched with a collation of the five most valuable Editions of Lucretius by Dr. GERARD, Author of the Siglarium Romanum; from a MS. in the Library of the RIGHT HON. the EARL SPENCER. A very few Copies printed in the best manner on a beautiful Royal Paper, Hotpressed.*

II.

XENOPHONTIS DE CYRI EXPEDITIONE libri Septem, Ex Recensione et Cum Notis THOMÆ HUTCHINSON, A. M. Græce et Latine.

Uniform with the Cyropædia mentioned above, and containing the Addenda of the late Professor Porson.

III.

LAMBERTI BOS ELLIPSES GRÆCÆ, Cum priorum Editorum, suisque observationibus edidit GODOFREDUS HENRICUS SCHÆFER.


Accurately printed, uniform with HOOGEVEEN, from the Leipsic Edition of 1808.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google